

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870

1870


1870

1870

1870

1870


1870




132.7
132.8



182





d

del collegio della comp^a de Iesu de grana da Be^z
PRAXIS

SIGNATVR AE

GRATIAE R-11528

Clarissimi Iurisconsulti, & celeberrimi in Curia
Romana aduocati

D. QVINTILIANI MANDOSII,

OMNIBVS PONTIFICII ET CAESAREI

iuris studiosis, causarum patronis, & iudicentibus

in eadem curia maximè uersantibus

utiles, & necessaria,

HAC POSTERA EDITIONE AB AVCTORE

ipso reuisa, meliori ordine disposita, ac multis magnisq;

eiudem additionibus ubiq; locupletata.



VENETIIS, Apud Ioan. Variscum, & socios.

M D L X X I.

BRAXIIS

SIGNATARAE GRATIAE 9-11-88

Chingiumi Pergameli ex copiaj in Cate
Toloxus sanguini

D. GAVINTI ETIANI M. A. N. D. O. S. I. R.
OMINIBVS TOTISSIONI ET CARITATI
Praeferuntur, quibusq; in dignitate
in gratia, non in numero, vobis

Exposita, et in gratia, non in numero,
vobis, quibusq; in dignitate, vobis.



AENELLI, Vnde post Vnde post

M-D-LXXII

2

DIVO PIO V. PONT.

M A X.

QVINTILIANVS MANDOSIVS.



VM iam Pater Sanctissime libellum
super Signaturæ gratiæ stylo edi-
dissem, quem postea pluribus additis,
& immutatis uberiorem, atque emen-
datiorem reddidi, nunc pro communi
omnium utilitate typis excudendum tradere, tuoque
sacratisimo numini dicare, omnibus ex causis decre-
ui. Atque (ut cæteras omittam) ea est potissima, quod
si de Signaturæ obseruatione in concedendis, dene-
gandis, seu limitandis rescriptis gratiam concernenti-
bus, ac de Signaturæ gratiæ praxi, & theoria apud te
omnium qui sunt, fuerunt, & erunt, uirtute, sapien-
tia, & gloria longè principem tractarem, meritò re-
prehensione dignus uiderer, quippe qui, Dei uices in
terrī gerens, Signaturæ huiusmodi curam peculiarem
habere uideris: pieque, & prudenter eam immutas, mo-
deraris, instauras. Quamobrem ni scripta mea tuo sa-
no iudicio, ac censuræ subijcerem, profitererque, si a te
illa comprobentur apud omnes ualida futura, fateri
profecto cogerer, me in Phormionis peripatetici erro-
rem incidisse, qui cum apud Annibalem, qui multos
annos de imperio cū populo Romano omnium gen-
tium uictore strenuè certauerat, de officio Imperatoris
copiosissimè disseruisset, non iniuria reprehendi me-
ruit. Accipe igitur diuine princeps æquo animo obse-
cro hūc libellū, & me admitte, & uiue diu fœlicissimè.

A 2 DOMINI

DOMINI QVINTILIANI
MANDOSII ADVOCATI
ROMANI,

PRAXIS
SIGNATVRAE GRATIAE,

Cum suis clausulis, quibus concedi, denegari, & limitari solet, omnibus (præsertim in Romana curia uersantibus) utilis & necessaria, ab eodem auctore recognita, meliori ordine disposita, & multis magisq; additionibus ubique amplificata.



IGNATVRAE Gratiae amplissimus est campus, eiusque obseruationes diuersis temporibus diuerse fuerunt. Quot, & quibus modis gratiae beneficiarie, & alia signentur, tracta ui super Regula xxxij.de signa. per fiat, & per concessum, ubi etiam alia non uulgaria pro signatura Gratiae prosequuntur sum: Nunc stilum eiusdem signaturae perecurram: Et quia is potissimum circa beneficiorum prouisiones uersatur, ab il lis exordiar. Et quia plura a sacro Concilio Tridentino nouis similibus immutata fuere super ipsa signatura, ac gratiis cœcedendis, uel denegandis, nunquam tempus opportunius fese obtulit, q. nunc super huiusmodi signatura postremam apponere manum: Decetaque sacrosancti concilij prædicti proprijs in signatu ræ locis simpliciter, & prout iacent, citare.

Prius tractandum esset, quot modis gratia sumatur, pro quo diuus Thomas prima secundæ qd. 110.art.1. primum pro dilectione alicuius, secundò pro aliquo dono gratiis dato, tertiò pro recompensatione beneficii gratis dati, uideantur glo. & Docto. in cle. 1. de magi. & Archi in c.gratia 1. quæst. 1. ubi docet in scripturis octo modis accipi gratiam, sequitur Luc. de pen. subdens gratiam esse nomē generale, sicut est res, in l. 3. in uer. gratia. C. de iu. scic. lib. x. Gratiam facere, est ex strictiori iure aliquid im minuere, uel remittere. Liuius lib. 3. Omnim tibi Appi Claudi, que impiè, nefarie que per biennium alia super alia es ausus, gratiam tibi facio. Sic & facere gratiam ius iurandi, est ius iurandum remittere. Plaut. in Rud. Nihil hic tibi est, ne tu speres, ius iuriandi uolo gratiam facere. Gratia etiam pro dono, seu præmio 1. ad Corinth. 15. Gratia aurem Dei sum id quod sum: & gratia eius in me uacua non fuit etc. & 2. ad Corinth. 6. Adiurantes autem exortamur ne in uanum gratiam Dei recipiatis. Gratia item pro amore, dilectione, benevolentia, seu fauore. Num. 11. Et innueniam gratiam in oculis tuis. Caesar lib. 3. Bellii Galli. non multum post prin. Id factum (inquit) gratiæ uiter tulit Induciomarus suam gratiam inter suos minui. M. Tullius in prin. Oratio. pro P. Quin. Quæ sint rescripta gratiae, & quæ iustitiae, & in quibus inter se differant, uidere

videtur est apud Rebuffi in Praxi beneficiaria, sub titulo Diuiso rescriptorum, & rubricā de Differentijs inter rescripta gratiae, & iustitiae.

PROVISIONES.

Prouisionis nomen latissimum est, comprehēdens nominationem, postulationē, præsentationem, & collationem. cle. si. iun. glo. in uer. prouisione, de electio. cle. auditor, de rescr. Rot. 212. secundūm omnes, in fi. in no. Bellame. Dec. 621. Nos autē loquimur de prouisionibus, quae à summo pontifice sunt de beneficijs uacantibus per obitum, per resignationem, per mutationem, cessionem, seu alios similes modos.

Prouisiones ecclesiarum cathedralium, sive per obitum, uel per resignationē, seu alias, alio modo conceduntur, q̄ prouisiones beneficiorum inferiorum: quippe quae in concistorio proponuntur per aliquem Cardinalem, qui postea cedula signat, quae incipere solet. Hodie ad relationē nostram sanctissimus D. N. de cathedrali ecclesia &c. Fit etiam contracedula per uice cancellarium, quae similiter incipit, Hodie ad relationem Reuerendissimi D. mei N. Cardinalis &c. Sanctiss. D. N. de ecclesia &c. & contracedula consuevit esse breuior, super qua literę postea expediuntur, ut pragmatici omnes norunt. Et quod litterarum expeditio requiratur, alioqui promoti nec ad ministracionem ecclesiarum, quibus praefecti sunt, accipere possunt, nec admitti, & recipi debent, prout cauetur extra. In iuncte Boni. VIII. de electio. i. inter cōmu. que confirmata fuit per Ale. 6. Pium II. Innocentium VIII. & alios summos Pontifices.

An autem cedula prædictæ concistoriali standum sit, & credatur, & magis quam contracedula? affirmatiuè respondendum esse uidetur, hæ enim Originales sunt. ad Bar. in I. Sempronius Proculo fi. de lega. 2. Abba. in c. cum ex literis, in penul. not. de in inte. resti. & Fely. in c. pastoralis, col. penul. uersi. amplia. de iudi. & in c. cum P. Tabellio. in prin. de fi. initr. Insuper Cardinali creditur in sibi commissis, præser-tim quando in scriptis attestatur, maximè cum appositione sigilli, etiam ex consuetudine Ro. Cu. ad tradi. per Ant. in c. q̄ super his cir. medium, & Abba. cir. fi. de fi. in fltu. & ad Dec. Bellame. 636. in fi. & 183. Breuiter contrarium concludum fuit in Ro ta, quod immo cedula Cardinalis proponentis fides non adhibeat, sed contracedula. in causa Brixien. fructuum coram Sarnen. 9. Iunij. 1542. prout Dec. Putei 2. de fi. instru. causa erat inter Patriarcham Constant. cuius ego Aduocatus eram, & Ho-spitale magnum Brixie.

De qualitatibus Cathedrali præficiendi, & quae propositionem præcedere debent, relatione facienda, & referuando iudicio in aliud concistorium, & aliis circa hanc materiam, habemus nouissimē cap. 1. Decreti de reformatio. Sessio 24. alias 8. sub Pio III. concil. Tridenti.

In applicationibus prouisionum per obitum signandis per Papam nulla reseruatio expressa uel exprimenda denegari consuevit, & propterea admittitur clausula uidelicet [specialiter, uel generaliter reseruatum] & altera. Et cum clausula generalē reseruationem importante ex quavis causa, etiam dispositiū, uel cōditionaliter exprimēda. De reseruationibus generalibus, & specialibus uideatur Rot. 788. in anti. 338. in no. Fely. in c. in nostra, in s. core. de rescr. Et pro clausulis præmissis Gemin. confi. 12. ubi etiam declarat quot sint reseruationes, post medium, uer. secundo quia tacuit reseruationes, usque ad fi. confi. Sarnen. in tracta. Manda. de prouiden. nu. 114. & Rebuffi. in Praxi in forma signaturæ, in uer. specialiter, uel generaliter, cū iis quae subiicit pag. 3. & seq. & pag. 123. in uer. & cum clausula generalem reseruationem,

Beneficia si uacant per affectionem, aut confit. execrabilis, seu c. de multa. de pb. uel per deuolutionem, seu non promotionem ad sacros ordines, & sic de aliis uacan-

Q V I N T . M A N D O S I I .

di modis, ubi beneficia habent possessores, tunc in simplicibus per Cardinalē signan-
dis reseruatio prædicta etiam delert non debet.

Olim quando beneficia extra curiam uacabant per ingressum religionis, aut con-
tractum matrimonij, uel resignationem, nulla cancellabatur reseruatio.

Beneficia ualoris annui infra cc. ducatos non conceduntur Cardinalibus, neque
in titulum, neque in commendam, obstante Cœcilii ult. Lateranen. de quo per Cas-
sa. Dec. 2. de præben. & per Rebuffi in sua praxi, de rescr. in for. commu. nuni. 2. t. ubi
tamen quædam uerba parum decentia, ac maledica subdit. Ego pro Illultriss. D. meo
Cardinali Neapolitano obtinui cōcilio p̄dicto Lateranen. derogari: nec uolui dubita-
tioni locū relinquere, an, ex quo Papa ex certa sciētia commendabat, uideretur ha-
bilitare aduersus Concilium: Conciliaris enim constitutionis expresa derogatio re-
quiritur. Arch. in c. 1. in uer. noscarur, in fi. de consti. li. 6. Ioan. Andr. in c. 1. de excels.
præla. eo. lib. Feli. in c. nonnulli, post nu. 2. de rescr.

Quando Cardinalis in supplicatione commendæ de beneficio per obitum uacā-
te sibi facienda narrat defunctū fuisse familiarem suum continuum commēsalē,
additur clausula. [Et q̄ dispositiū dicatur, quod fuit familiaris continuus commen-
falis dicti Cardinalis.] alioqui forsū poneretur familiaritas cōditionaliter, nīhi
lominus ualeret commenda, hoc Papa non uult: pro qua additione uide Sarnen. de
manda. de prouiden. post nu. 115. uer. pro quo facit quod in simili &c.

Sex menses dantur Cardinalibus quo ad beneficia suorum familiarium obtainenda,
ut scilicet infra sex menses illa beneficia resignare, seu dimittere debeat: & licet ui-
deretur dicendum, q̄ currant à die habite possessionis, prout in similibus, & dissimili-
bus casibus uolunt iura, ut in l. in diem, & ibi per Bar. si. de condi. & demon. ubi
q̄ hæres iussus dare infra 30. dies, ante hæreditatis aditionem cogi non potest in c.
de multa, iunc. ibi nota. de præben. ubi Abb. nu. 6. in c. licet canon. §. is autem, iunc.
glo. in uer annum. & in c. commissa. §. annus, de elec̄tio. lib. 6 glo. fi. in c. si tibi cōces-
so, de præben. eo. lib. & Sarnen. q. 47. de Anna. Fuit tamen conclusum in Rota in cā
Sabinen. Archipresbyteratus coram R.P.D. Anto. Augustino 26. Octob. 1548. sex
menses huiusmodi non a die habite possessionis, sed à die prouisionis currere. Item
quando in supplicatione dicitur a die habite possessionis, q̄ requiratur derogatio
concilii Lateranen. prout in Dec. Cardina. Putei 25. de constitutio.

Beneficia uacantia infra duas dietas a Ro. Cu. Pontifex consert, illorumque prouī-
sionum supplications signat: Ratio est, quia sicut solus Papa consert beneficia uacā-
tia in Curia, quippe quæ sibi reseruata sunt, & nemo aliis in illorū collatione se
intromittere potest. c. 2. de præb. lib. 6. extra. ex debito. inter communes, de electio.
quæ constitutio ampliatur etiam procedere in beneficiis infra duas dietas uacanti-
bus. c. præsentि de præb. lib. 6. sic & solus Papa beneficia intra duas dietas uacantia
consert, supplicationsque collationum huiusmodi signat.

Intelligenda sunt proximè dietæ, ut uenientes ad Rom. Cu. seu ab ea recedentes
infra duas dietas non habeant proprium domicilium. præalle. c. præsentि, uersi. Dum
modo ibi (etiam si erat ad ipsam curiam reuersurus) eius domicilium, seu domus
propria non existat. & in libro nuncupato prouinciale, fol. 5. 8. uersi. Item beneficia
Cardinalium.

Clausula [De p̄senti mense Martii, seu alio ueriori in literis exprimendo.] raro cō-
ceditur: tolluntur. n. omnia illa uerba [Seu alio ueriori in literis exprimendo.] Ra-
tio præcipua est, quia P aulus IIII. statuit episcopos residentes in sex anni mensibus,
non residentes uero in quatuor beneficia suarum dioecesum conferre posse. Vult Pa-
pa in collatione beneficiorum per obitum uacantium certior redi, an ille mensis
uacationis sit episcopi, an suus, licet enim cum quocunque ordinario concurrere
possit

possit, & beneficia totius orbis, etiam antequam uacent, conferre, & de illis ad libitum disponere, etiam cestante negligentia ordinariorum c. cuncta per mundum q. quæst. 3. c. 2. de præben. lib. vi. cle. 1. in fi. ut lit. pend. Bald. in l. rescripta. C. de preci. impe. offe. Abb. in c. quia diversitatem, in 2. not. de cōcessi. præb. tamen quia Papa pér suam Regulam concessit ordinariis, ut liberè conferre possint in mensibus sex, uel quatuor, ut supra, non censetur eorum iuri p̄judicare uelle. c. ex parte 2. in fi. & c. super eo, uerfus fi. de offi. dele. c. quāmuis, de rescr. lib. vi.

Quando pertinet, q̄ uerus ualor exprimi possit, Papa tollit clausulam, alioqui posset exprimi ualor ad quancunque summan: quod maxime procederet, cum de iure ualoris huiusmodi expressio non requiratur, glōs. in cle. 1. in uer. dispensantes ante mediū, quā ibi sequuntur Card. & Imol de præbē. Abb. in c. ad aures, col. 3. & Feli. in 1. conclu. de rescr. & sic in materia fauorabili clausula illa indefinita multū operabit.

Sed quando conceditur clausula [q̄ uerior ualor augeri possit.] tunc uenit tertia pars tantum: Hinc cognosces quod clausula per Rebus. in Praxi beneficiaria in 3. par. signa. in uer. necon uerus ualor, posita parum inseruit, ex quo regulariter deletur, de stylo enim ualor exprimi debet ex forma regulæ de ualore, & ad ea quæ scribunt Abb. & Feli. in c. ad aures, de rescr. sed illa clausula Quod uerior ualor augeri possit] seu altera uidelicet. [Augendo, uel minuendo] quæ semper conce di solet, ualde utilis est, de qua uideatur per Rebus. ubi supra in uer. etiam in hac signatura.

Rota filius antiquus est, ut si expressio ualoris minus sexta parte q̄ debuerit, facta sit, ualida habeatur: nec Regulæ de ualore sit locus, quando camera leditur solum in sexta parte: Rationem huius filii, & limitationis ad sextam partem credo esse, quia sexta pars dicitur modica, seu parua quantitas. prout per Bar. in l. si societatem. §. arbitrorum, nu. 25. ff. pro socio. & Ancha. consi. 138. de natura, ante nume. 2.

Et in simili uidemus, q̄ licet res ecclesiastica in emphiteusim concedi non possit nisi ad sit ecclesiæ utilitas, toto titu. de reb. eccl. non alie. & extraua. Ambitioꝝ Pauli, 11. co. titu. inter commu. si tamē in locatione, seu Empphiteusi rei ecclesiasticae pensio sit sexta parte minor q̄ ipsius rei redditus, non dicitur locatio in damnum ecclesiæ. §. quia uero Leonis. in Auth. de non alie. §. seu Vers. in prædictis uero, in Authen. de alie. & emph. collat. 9. auth. perpetua. C. de sacro. san. eccl. canonizata in c. 2. §. per petua. 10. quæst. 2. Alex. consi. 79. circa primum, nu. 6. lib. 1.

Nunquā debet dari clausula uidelicet [q̄ diœcesis uera exprimi possit] nisi ponantur uerba uidelicet. In Italia, in Hispania, in Fracia, uel in Alemania, & tunc cū idiomā scit impetrans, quia Papa nollet dare Alemano beneficium in Hispania, uel in Vngaria &c. & Papa cuiilibet in dubio de beneficio in sua diœcensi prouidere uelle præfumitur, ad. c. neminem. 70. distin. & ad ea quæ adduco in 43. quæstio. 26. Regu. & tangam etiam infra.

De falsa expressione diœcesis, & quod si aliás de corpore constet, q̄ rescriptum non reddatur propterea in ualidum, uideatur tex. in c. significante. ubi Hostien. Imol. But. Abba. & Feli. post alios de rescr. & per Rebus. in Praxi bene. in 3. par. signa. pag. 137. in uers. diœcesis etiam uerior expressio fieri poterit.

Clericus aliquius terræ, uel oppidi, nulli episcopo, seu superiori subiectæ uel subiecti dubitari potest quomodo in supplicationibus, & aliis scripturis se nominare debat, licet enim quilibet clericus sub aliquius episcopi disciplina esse debat, ne acephalus dici possit, iuxta tex. in c. nulla ratione. 93. distin. & in c. Abbatibus. 18. q. 2. priuilegiati tamen acephali non sunt, Papa enim sublunt, ipseque Papa eorum epilcopus est, prout per glo. in alle. c. nulla ratione. Expressio ex stilo ita in supplicatione fieri debet. Supplicat. S. V. deuotus illius orator Franciscus Pucius de Pifcia clericus nullius diœcesis &c.

Q V I N T . M A N D O S I I

Neque conceditur, quod situatio beneficii exprimi possit, propter fratidem, aliquando tamen conceditur clausula [Etiam situationis &c.] de qua clausula videatur Rebū. in Praxi in 3. par. signa, in uer. etiam situationis, pagi. 135.

Nunquam debet prouideri alicui de beneficio extra suam nationem consistenti, argumento tex. in c. bonæ. 2. ante fi. ibi [Nec uellemus ei præficere alienū.] de postu. præla. & per nota. per Inno. in c. quia diueritatem, ante fi. de conceps. præben. Abba. in c. ad decorum. ante fi. de insti. ubi subdit, quod eslet ualde honestum, & fructuosum, ut quisque in patria sua obtineret, & sic unus non occuparet beneficia, uel stipendia alterius. Pro quibus uideantur quæ latius adduco in 41. quæst. 16. reg. Cancel. Quibus addo, quod inter Diuina maledicta connumeratur habere hominem ex aliena gente, qui non intelligatur. Deu. 28. [Adducet Dominus super te gentem de longinquo, & de extremis terræ finibus in similitudinē Aquilæ uolantis cum impetu, cuius lingua intelligere non possis.] & Hiere. c. 5. [Ecce ego adducam super uos gentem de longinquo &c.]

In præceptoriis Hierosolimitanis, & similibus aliud dicendum est: hæ nanc; etiā ab exteris obtineri consuevere: etiam quia sic institutæ, & fundatæ fuere, ut per Rebuffi de nominatio. quæst. 15. nu. 16. & in Praxi de rescr. mixtis, nu. 9. De præcepto riis tracto in 11. quæst. 3. Reg. Cancel. & quæst. 11. Reg. de infir.

Indubitate iuris est, laycum, qui prophanus dicitur, seu sacrī non initiatuſ, Bud. super. l. 1. §. exemplis. fi. de edi. edi. incapaces esse beneficiorum ecclesiasticorum. c. cum adeo. de rescr. ante fi. & ibi per Hostien. Ioan. And. & alios. c. 2. de insti. c. ex literis, de transactio. ratio est, quia spiritualia spiritualibus personis committenda sunt, Bal. in c. decernimus. per illum tex. de iudi.

Amplia quod collatio facta laico etiam postea superueniente clericatu non reuallatur, seu reuiuiscit, argumento tex. in l. quod in initio. ff. de reg. iur. & in c. non firmatur. eo. lib. vi. Ioan. And. in præalle. c. 2. de institutio. Phi. Franc. in c. fi pro clericis col. 1. de præben. lib. 6. & habemus simile in l. ex eo. ff. de milt. testa. ubi quod quis nō gaudet priuilegiis militari bus priu, quām ex eo tempore quo in numeris relatus fit.

Si layco cupienti militiæ clericali ascribi de beneficio prouidetur, Supplicationis formula à Signatura cōcedi solita hæc est. Supplicat. N. Scholaris Bononiæ. quatenus sibi militiæ clericali ascribi, seu clericali caractere insigniri cupienti speciale grantiam faciendo, beneficium &c. per obitum, seu per resignationem, vel cessionem. M. uacan. conferre, seu conferri mandare dignemini &c. uideatur Rot. 31. no. q. clericus, nu. 2. in anti. Staphi. super signa. fol. 25. in uer. similiter purus laycus incapax est. Sarnen. in tracta. expecta. nume. 89. uer. similiter purus laicus. Pariſ. conf. 125. an collatio. nume. 16. uolu. 4.

Signatura addere consueuit [Quamprimum clericali caractere insignitus fuerit.] Nonnūquam in fauore clericandi in eius prouisione conceditur clausula uidelicet, [Ex nūc prout extūc.] Quæ clausula notabilē effectū operatur, uidelicet perfectionē actus de præsenti collato effectū in tempus futurum, & unum tempus censetur alteri inesse, seu principium trahitur ad finem, & econtra. l. si ita stipulatus fuero. si Ti tius. in prin. & ibi Bal. in 2 summa. ff. de uerb. obliga. & in l. Arethusa. in 1. lectu. col. fi. uer. extra quero, quid si testator. ff. de fla. homi. idem Bal. in c. 1. col. 6. nu. 17. & ante. de milt. uafal. qui contu. est. in usi. seu. & in l. Gallus. §. nunc de lege, col. 1. uer. si uerò coniungantur simul ista dictiones. ff. de libe. & posthu. cle. 1. cum ibi nota. de conceps. præben. Alexan. post Ange. & Imol. in l. huiusmodi 2. nume. 3. in 2. not. ff. de uer. obli. Idem Alex. consi. 83. uifa facti, post nu. 8. uer. cōfirmatur hoc. lib. 2. Corn. consi. 278. cuius nomen, ante nu. 15. lib. 3. Feli. in c. licet causam, post nu. 6. de proba glo. prag. de conclu. eccl. Galli. post prin. in uer. ex nunc. Afflit. super Rub. quo tem po.

po.mil.nu.33.Loffre.consi.9.si pater, nume.13.& seq.Tiraq.de constituto.par.3.li-mi.2.nu.16.Pro decenti ratione concessionis clausule[Quamprimū clericali. &c.] pondero, quod paria sunt aliquid decere tempore habili, uel inhabili, si effectus con fertur ad tempus habile.l.quod sponsæ,C.de dona.ante nup.gi. in c. in omnibus 8.q.j. c.de uxore, & ibi Abb.de sepultu.

Pulchrū dubiū propositū fuit in Rota, prout Dec.Cardinalis Crescētii 169.de p-bē.Collatio Papē facta erat eadē die ei, qui in partibus hora secunda noctis factus fuerat clericus, quarebatur in cā Parmen.coram D.Piccolomineo an esset inualida, tanquam facta inhabili, & laico, an uero presumendum esset, collationem subsecutam tuisse clericatum, pro qua ultima opin. conclusum fuit tum propter actus ualiditatem, ad nota, per Ias.in l qui fideicommiss. C.de fideicom. & per Fel.in c. pastoralis,col.3.de rescr. quæ presumptio ualiditatis omnes alias superat.ad c. quoniā Abbas. & ibi per Dominum meum, de offi.dele. & per eundem Dec.consi. 344. applau dent, in fi.tum etiam propter horam certam clericatus, quæ anterioritatē presumi facit.ad Bal.in l.imperator, in 1.lectu.col.3.nu.4.f. de sta.homi. & ad alios, quos cito in 5.q.13.Reg nu.4.

Aliud dubium fuit in Rota, Translata fuerat pensio in fauorem afferentis se clericum, & dum super inualiditate translationis pensionis litigaretur, probabat translatarius per testes se translationis pensionis tempore habitum, & tentum fuisse p clericō, qd sufficere uidebatur, ad.Rot.263.not. p talis, & 311.clericus existens, in anti. per aduersarium autem producte fuerunt literæ clericatus translatarii, quæ habebant datam post huiusmodi translationem: unde Rota.conclusit pro nullitate translationis, ueritatem communi reputationi præferens: in causa Barchinonē. pension. prout Dec.Peregrini 2.de præsumptio.Vide etiam Gigan.de pensio.q.22. a num. 8. usque ad fi. quæstio.

Quod non constar de corpore beneficij, tunc non debet dari[Quod nomen, & cognomen defuncti uerius exprimi possint.] expressio unius dari pōt. Cum igitur ponitur clausula[Nominū,cognominū &c.]deletur cognominū, uel nominū. uideatur Rot.412.no.impetrans licet acceptet, in anti. & cons.Paris.15. circa dubio rum,nu.8.uol.4.

Si in pūsione dicatur[De ecclesia.S.N quæ forsā parochialis existit, prouidere dignemini.] cancellatur aliquando illa dīctio, forsā, quæ nihil certum ponit, sed dubium inducit, ut l.in commodato. S.sicut autem f. commo.l.in substitutione, iunc. gl.in uer.fortē.f. de uulg. & pupil.non nunquam clausula illa cōceditur, & operatur, ac si assertiuē dictum fuisse, p est parochialis.Rebuff.super concor.in for. manda aposto.in uer.dispensationum,in uer.uidi dubitari de eo.

De expressione nominis, & cognominis defuncti uideatur Rot.219. licet impe trans,in nou.gl.pragma.de colla. S. ita tamen,in uer.nominatorum. uers. sed si errat in modo acceptandi.Rebuff.in for.signatu.in uer.Ludouici, & ego tracto in 56. q Reg.de Anna.nu.4.

Beneficiorū urbis simplices, ac nouas prouisiones Pontifex signat etiā n , resigna tiones omnium canonicatū, &c. & non solum tanquam sit supra oēs prēlatos mun di.c.cuncta per mundum.9.q.3.cle.1.in fi.ut li.penden. sed etiam tanquam episco pus Romanus, ad c.si quis episcopus.ibi[Dignetur episcopus Romanus &c.]2.q.6 & in superscriptione.c.multum.3.q.6.

In prouisione canoniciatus & præbendæ conceditur clausula [Cum plenitudine iuris canonici.] quæ séper ab iis, qui sapiunt, apponitur, ut comprehendat stallum in choro, locum in capitulo, & omne aliud ius ad canonicos spectans, & etiam om nem honorem.c.proposuit,in fi.ibi[Mādamus quatcnus amoto ab ea præbēda quo libet

Q V I N T . M A N D O S I .

Ilibet detentore eam ipsi cum plenitudine honoris canonici assignetis.] de consel. præben.c. cum inter, in prin.de renuntiatio, c. pro illorum, in fi. de præben.ibi [recipiant in canonicum, & ea qua ad canonicatum pertinent cum italo chorii, & loco capituli ei audeant assignare.] Videatur Inn.in c. in literis, de rest.spo. Abb, in c. cum inter, nu. 1. & 2. de renun.Roma.con.482. in casu, nu. 2. Fel. in c. cum M. ante nu. 24. de constit. Staphi.super signa.iuxta primam impref. fol. 8. in præfa. uer. na scitur etiam alius effectus. Rebuff.super concor. de manda.aposto. §. primus. ad fi. in uer.præbendis, & in forma manda, apost in uer. cum plenitudine.

Regulare beneficium sicut commendatur quomodo cunque uacet, & inter clausulas ponatur clausula.[Et cum clausula cōmenda cedēdē] clausula huiusmodi deleri semper debet, propter beneficium conuentuale, uel claustrale, quod loco commendati beneficii nō conuentualis, uel claustral is sic recipere posset: unde indirecte consequi posset, quod non directe, contra tex. in l. athletas §. sed & qui tūc quæstū. ff. de his qui notan. infa. gl. magistra. in §. est autem casus in uer. habeatur. Insti. de hę re. insti. c. cum quid una uia, de reg. iur. lib. 6.

Quando prouidetur monasterio monialium de persona monialis illius, uel alterius monasterij, tunc debet semper addi clausula. [Et de consenu medietatis cōuen tus.] Sed posita hac clausula quero an consensus huiusmodi præstari debeat collegialiter, congregatis prius monialibus, an uero sufficiat quod ut singulæ cōsentiat? primam opin. ueriore puto, consensus.n. huiusmodi spectat ad illas, tanquam ad corpus uniuersitatis, seu collegij, ad tex. in l. & suum. §. fi. & ibi per Doct. fi. de paci, non autem ut ad singulas, iuxta tex. in l. per fundum. ff. de seruit. rusti. p̄dio. Et hanc distin. an aliquid spectet ad plures tanquam ad corpus, an tanquam ad singulos, facit Fede. de Sen. consi. 65. infra scriptæ quæstiones, in 4. dub.

Nunquam debet prouideri monasterio monialium de persona mulieris secularis, cum illa nesciat obseruantiam ordinis, ergo secularis docere nō potest regulam ordinis, discere enim quisque prius debet, quam doceat. Diuus Hyero. in Epist. ad Paulinum presbyterum, de omnibus Diuīux historiæ libris ante medium Hac (inqt) uniuersi presulmunt, lacerant, docent antequam discant. c. non negamus. in prin. 61. di fin. c. offici. uers. maximē pro eo quod antequam esset discipulus, uoluit esse magister. de electio. Alberti. in dictio. in uer. magister antequā discipulus. & si eas regulam uel obseruantiam docere uellet, falsam, seu adulterinam doceret. arg. tex. in §. hæc au tem tria. in proe. fforum. c. fi. 49. distin.

Beneficia regularia cathedralium ecclesiarum non conceduntur clericis secularibus per rationem tex. in c. cum de beneficio. de præben.lib. 6. nisi ad sex mēses à die adeptis pacifica possessionis computandos, & deinde in titulum cum opportuna habitus susceptione, & professionis regularis emilione. Hæc duo requiruntur, ne professione, uel habitu discrepent. c. duo sunt genera. j. respō. 12. q. 1. c. in noua. post medium. 16. q. 7.

Præceptoria cesaragustana regularis concessa fuit per Papam. clericis seculari in commendam perpetuam cum clausula[Attento quod illa clericis secularibus commendari consuevit] probabatur unica tantum concessio in similem commēdam: datum fuit in Rota an gratia huiusmodi sublisteret? pro opin. affirmativa uidebatur facere doctri. Bar. per illum tex. in l. mela. §. sed si alimenta, nu. 1. ff. de ali. & ciba, lega. & Bar. in l. 1. in 2. quæst. C. quomo. & quan. iud. ubi uult solitum dici præcedente unico actu, & ibi Pau. Castrén. nu. 4. dicit communem, licet Raph. contrarium tenuerit: idem uult Ale. conf. 5. si uera, nu. 23. uol. 5. & hanc dicit communem Dominus meus con. 44. præsens consultatio, nu. 1 1. Contrarium cōclusit Rota, quod immo commenda huiusmodi non ualeret, ponderando quod uerbum, consueuit, requirit plures

plures actus ad nota in l.3. C. de episco. audien. & in l.1. C. quæ sit lon. confue. Et ex defectu intentionis, Domini de Rota dixerunt gratiam huiusmodi non subsistere, prout Dec. Cardinalis Crescen.x. sub tit. de preben.

Si Cardinali prouidetur de beneficio regulari, tunc etiam dari debet in commendam tenendo unā cum alijs suis beneficijs, quæ obtinet; si uero daretur in titulu, tunc in fine dispensatio ponenda esset, vt illud obtinere posset, ut per Hier. Pau. in lib. nun cupato Prouinc. fol. 53. à ter. uers. si Cardinali prouidetur.

Prioratus, siue administratio monachalis committi alicui, uel conferri non potest, nisi ordinem monachalem expresse professo, cle ne in agro. §. ceterum prioratus de statu mona.c. cum de beneficio, iun-glo in uers. seculari. de præben. li. 6. Bart. Cassan. conf. 20. nu. 32. & sequen. Prouinciale fol. 54. a ter. uers. item nota, quod prioratus, ubi limitat, nisi in commendam daretur, tunc enim professio non requiritur.

Nousfime circa commendas, & prouisiones monasteriorum, Abbatiarum, prioratum, &c. habemus con. Trident. Sessio. ult. de regula. ca. 21. incipien. cum pleraque monasteria.

Monacho non confertur beneficium seculare dicte Moyse [Non arabis in boue simul & asino.] Deu. ca. 22. c. in noua, 16. q. 7. & sic non debent esse homines diuersæ professionis in eadem ecclesia, prealle. c. cum de beneficio, ubi omnes. de præben. lib. 6. c. cum causam. uers. quod cum secundum legem diuinam non sit in boue arandum, & asino; nec quisquam debeat uestem induere de lana, linoq; contextam. de elecio. c. quidam. in uers. cum autem maledictus sit homo, qui terram duabus viis ingreditur. de apost.

Quando impetratur beneficium per deuolutionem, de qua in c. 2. de concessio. præben. licet non sit deuolutum, ponuntur uerba uidelicet. [Seu per obitum cuiusdam. N. extra Ro. Cu. etiam defuncti uacet, etiam si specialiter. &c. Juel] Ex eo quod dictus. N. felicis recordationis Iulij Papæ III. familiaris &c. Generaliter reseruat. uerba. [Cancellantur omnia illa uerba uidelicet. [Seu per obitum &c.] bullæ enim dicteret. Vi accepimus deuolutum, & postquam etiam si per obitum &c.] & sic ualeret impetratio per obitum, et si beneficium non esset deuolutum, sicque Papa deciperetur.

Quando narratur beneficium deuolutum, tunc datur clausula [Et quod ultimus uerba uacationis modus, etiam si ex illo queuis generalis reseruatio, etiam in corpore iuris clausula resultet, habeatur pro expresso.] Quia uerba deuolutionis sūt pauca. De deuolutione & quomodo inducatur, & ad quid inuenta fuerit, declaro in. 90. q. reg. de An. nu. 2. cum pluribus sequen.

Gratificatio dari non deberet, quando est certa beneficij uacatio, cum Papa non soleat de uno beneficio duobus eodem modo prouidere, presertim hodie. Gratificationis autem clausula ponitur sub iis uerbis, uidelicet [Et cum clausula gratificationis] seu [Cum opportuna gratificatione, quatenus illi locus sit, latissime extendet.] que clausula operatur, vt illa munitus alterum excludat, prout per Prob. in addi. ad Mona. in c. duobus, de rescr. lib. 6. & in tract. pensi. par. 1. q. 18. nu. 35. Cassa dec. 2. nu. 2. de renum. Pro qua clausula uideri poterunt que posui in 14. queft. 33. Reg. nu. 22. & seq.

De gratificatione etiam in iure ciuili habemus tex. in l. si quis in graui, uers. quare & si seruus mulieris marito domino magis auxilio fuit, quam domine, vel contra, dicendum est ignosci ei debere. ff. ad Syllenia. & in l. fi. ibi, & electio erit heredis, & gratificationi locus. ubi gl. in uer. gratificationi dat concor. ff. de reli. & sum. iuste.

Clausula etiam [Anteferri] in impetrationibus per obitum pariter deleri debet, alio qui secundò prouisum, seu debilius ius habentem prius prouiso, seu validiori iure fulcito, contra iuris regulam, & contra equitatem plerunque preferri contingeret, ad c. penul. de præben. lib. 6. Ioan. An. in c. mandatum. & ibi omnes, de rescr. Rot. in no.

Q V I N T . M A N D O S I I .

no.9. Innocētianus qui de re. pmu. Pro qua clausula [anteferri] uideatur omnino Alle. Lapi 79. Innocētius.nu.1. consi. Card. 136. factum sic se habet uacantibus , Belle. consi. 33. quod si. col. 7. conclu. 7. in addi. ad 10. Mona. c. eum cui. de præb. libro. 6. Sarnen. de manda. de proui. nu. 117. & Fel. in c. causam col. 13. & in c. capitulum nu. 6. & ante. de rescrip.

Effectus igitur clausula [anteferri] erit, ut secūdus impetrās prius impetrati p̄fēratur. c. auctoritate. de conce. pb. lib. 6. Glo. pragma. de collatio. §. itē uoluit in uer. retro actiua, & sic cōtra regulā. c. capitulu. de resc. c. tibi qui, & c. duob. eo. ti. li. 6. Rot. 223. not. qđ in casu. & 401. not. si unus in anti. & 100. si unus. & 106. gratia in forma in no. & cōtra tex. in l. quotes in utriusque. ff. de reg. iur. & c. qui prior. eo. lib. 6.

An aut̄ pp clausula [anteferri] secūdus præferatur primo habēti ius in re, concludē dū est negatīve, sed qđ solum habenti ius ad re, præall. c. auctoritate. Arch. & Gemi. in c. si poltquā de præb. li. 6. gl. pragma. de colla. §. cui rei, in uer. antelationum.

Epi nō possunt dici familiarēs Cardinalium pp ipsorum præminentem dignitatē, imò Papa ipsos fratres appellat. c. cū olim frater episcope. de præscrip. ca. ex parte. 1. in prin. & postea ibi alias ad te frater Eboracen. de offi. dele. Cardinales uerō non epis, filios nominat, ut p Rebus. super concor. in forma manda. apostolici in uer. fra tri pag. 527. ponit tamē, & cōcedi cōsueuit clausula [Et quod exprimi possit an dictus. N. epis fuerit familiaris cōtinuus cōmensalis alicuius Cardinalis, dum in minoribus erat] qđ qua per Staph. super signa. fo. 50. à ter. uer. primū quod in indulto.

Illi clausula [Et qđ ultimus uerā uacationis modus, si ex illo quā eius generalis re seruatio etiam in corpore iuris clausa, refultet, habeatur pro ex preffō] addūtur hēc uerba, uidelicet. [Præterquā per obitū apud sedē] pro quibus uideatur Sarnē. in tract. manda. de proui. ante nu. 115. uer. putarem tamen, qđ quando impetrantur &c.

Quā ponitur clausula uidelicet. [Et cū suspēsione quartūcunq; reseruationū, unio nū, gratiarū expectatiuarū &c.] illa uerba séper deleri debēt, quia plures tenent, qđ re seruationes, uniones &c. tunc quā beneficia uacant, sint sortitæ effectum, qui autem plenius scire uoluerit quōd, modis unio sortiatur effectum, uideat quā scripsi in 5. q. 12. reg. Cancella. reuocatoriæ unionum.

Suspēsionis hmōj clausula nonnūq; conceditur, & quid operetur uide Cassa. Dec. 10. de cōcel. præb. & Dec. 5. nu. 2. & 4. & Dec. seq. de referuatio. ubi inter alia discutit an illa clausula præseruet gratiam, quam suspendit. De clausula suspensionis loquā etiam infra, dum de resignationibus tractabo.

Quā in supplicatione Cardinalis ponitur derogatio priuilegiorū, & indultorū populo. R. cōcessorū, de qua initia de derogationib. illa supflua elt, cū Cardinales sint, & habeātur pro ciuib. Romanis, & isti uerē sunt patritijs scripti in diademate principis, cuius dñr verē filij, & plus alijs priuilegiati reperiuntur. Io. An. in c. uni. de schism. li. 6. c. 1. de off. leg. eo. li. & Romæ, seu alibi ubi sūmus Pōtifex reperitur, residere tenētur. c. bonæ. 1. de poltu. præla. ibi, Cardinalis præsentia utilior &c. c. 2. de cle. non resi.

Et qđ Cardinalis haberi debeat pro ciue Romano, & gaudere debeat statutis, & priuilegijs Romanis, probo a simili, uel ab idētitate rōnis, seu a fortiori: clerici. n. seu monachi in aliqua ciuitate existētes gaudēt priuilegijs ciuitati illius, ea p̄sertim rōne: qđ sustinent onera sp̄ialia in loco, & illorū orationib. conseruatur ciuitas, & illorū ministerijs, & sacrificijs, & liberarunt a peccatis, & in necessitatib. laicorū participat in omnib. ut p Anch. con. 61. 11. q. uer. p̄terea ecclesia. Pau. Caltré. cons. 296. ad primū col. 1. Dec. consi. 114. & pro tenui col. 2. ad fin. Rip. resp. 4. num. 9. de legi. Præmisa multo magis militant in Cardinalibus, quorum etiam consilio & Vrbs, & orbis Christianus regitur, & gubernatur.

Quando in prouisionib. dignitatū maiorum, uel principalium, exprimuntur fructus,

Etus.2.4.floren.4.mar.& in clausulis ponuntur uerba, uidelicet. Qd̄ fructus augeri possint ad uerū ualorem regulā non obstante, tolluntur hæ uerba, quia Papa non dat forsitan beneficium talis ualoris, ad c.ad aures. & ibi per docto.de rescrip.

Magistratus, siue prioratus ordinis sanctæ Trinitatis redemptionis captiuorū non commendancur, sed semper dantur in titulum.

Hospitalia nō cōseruntur, sed eorū administratio, uel guberniū conceditur, redditus uerò in personarū miserabilium usum cōuertuntur, cle, quia contingit. §. ut aut de reli.domi.cle, per literas & ibi doct, de præb. Rot. 58. quidam in ciuitate, in anti. Fel. in c.in nostra corre. 12. de rescr. Syl.de bene.par.3.q.2.num.x.in 11.quali. Boni. Vita.in cle, dispensiosam,nu.31.de iudi.

Hospitalarij aut tutoribus, & curatoribus æquiparantur. Bal.in l.beneficiū in 1. lectu, post nu.6 fl.de const.prin.Rot.71.no.quod ubi, in anti.Sozzi.confi. 18 t. uisis capitulisi nu.1.uer.nam prædicti mallarii lib.2. & ideo adimi debent illa uerba, uidelicet. [Ex quauis causa in literis exprimenda.]

Eremitoria si conferantur, pro illis clausula præmissa concedi debet. De eremo & eremitis loquar infra, dum de licentia testandi tractabo.

Aduertendum tamen est, quod aliqua hospitalia in titulum conferuntur, & in illis aliud dicendum esset, ad confi. Fede.de sen. 130. factum tale est, quedam domus, per Io.Fran.Pani.in tracta.de offi.ac pote.cap.sedē uacan.in 1.q.2.par. nu.5. & seq. uer. & idem credo de hospitalibus.

Monasteria ualoris ultra ducētū ducatos non dantur per signaturam, sed cōsistotia liter, & hæc sunt reseruata per reg.2. Cancel. uideri poterunt quæ super ea scripsi.

Clausula, & cū absolutione à censuris, ordinaria est, & semper conceditur ad esse eti, ne dubitari cōtingat an impetrans tpe datae gratia esset excōicatus, prouisio.n.sa Etia excōicato inualida est, c.poitulasti.de cle.excom.mini. c.cum dilectus cum glos. in uer.a suspensi, de confuse.Bal.in c.decerimus per illum tex.de iudi.

Amplia ēt si excōicatus sit occultus, uel excōicationem ignoret. Rot.Bellame. 66. decretum reformationis, col. 2.ner. & hinc elt. & Cassa.Dec. 1. & 17. nu. 6. de præb. In quibus aūt excōicatio non obſit, & in quibus differat ignorans se excōicatu ab eo qui fecit, uide Rot.195.acceptata in nou. cum sua addi.præall.Dec.Bellame.66. & Cas fa.1.de præb.ac Fel.in c.2.col.2. post nu.4.de rescr.

Amplia etiam si collatio, uel prouisio fieret motu proprio Card.in cle.1. §.1.q.4. de reli.domi.

Amplia siue quis sit excōicatus a iure, siue ab homine Imo. in c. cum dilectus in gl.magna cir.fi.de confuse.Rot.363.no.quod excommunicatio in anti.

Amplia ut nec collatio, seu prouisio facta excommunicato superueniente absolutione, subsiftat, seu ualida redatur non superueniente noua collatione, seu prouisio ne, ad c.dudum, 1. de elect.c.non firmatur.de reg.iur.lib.6.

Aliquando illi clausulæ additur etiam in casibus Regulæ de Insordescen. quod tangam infra inter derogationes regularum.

Clausula in corpore l'applicationis: [q] obstantia beneficiales, ac dispensationes oratoris, seu oratorū habeātur pro expressis.] ante hoc tēpus indistincte concedebatur, & erat magni momenti, quia non erat opus narrare quæ beneficia oratoriā obtinuerit, quotcunq; essent, dummo non essent incompatibilia illi, de quo denno pro uidebatur, nec erat opus dispensationis obtentæ mentionem facere, nunc clausula p̄dicta semper tollitur in prouisionibus per obitum, unde necesse est impentranti beneficiorum omnium, quæ iam obtinuerat, singularem, & specificam mentionem facere, alioqui gratia omnino inualida esset, c.cum adeo, & c.poitulasti.c. si proponente, de rescr.p.cum teneamur cum gl.in uer.substentari, post prin. & c.super inordinata cum

Q V I N T . M A N D O S I I

cum gl. si. in fi. de præb. c. si motu proprio, in 2. respon. & ibi in gl. uers. modicum, & gl. seq. & glo. in c. is. cui. in uer. sufficiens. de præb. lib. 6. ubi colligitur ampliatio etiam si beneficium iam obtentum esset modicum, ut etiam de illo mentio fieri debeat, dū aliquid obtinetur.

Clausula p̄dicta [& qd̄ obstantia ac beneficiales] ēt hodie datur in resignationibus, seu cessionibus & pro illis pensionariis, quibus per Papā pensiones ex cā prouisionū per obitum reseruantur. An aut̄ in illis casib⁹, in quib⁹ uel quando clausula hm̄bi cō cedi consuevit, legatus de latere possit illa clausula uti, seu illam concedere, ad partes discutit Luc. Pau. Rosel. in indice ad opera Fran. Are. in uer. legatus sive, quē doct. ad hoc citat Reb. sup̄ cōcor. in for. man. Apo. i uer. p̄ expressis, uer. an legatus de latere.

In gratia [perinde ualere] deberet etiam concedi dicta clausula: Et quod obstantia ac beneficiales, prout annotauit Hieron. Pau. in suis recollectis. fol. 64. dum de perinde ualere loquitur uersi. item nota, quod in dicta gratia ponuntur non obstantia beneficiales.

Clausula] Necnon clausulae nullatiua, & infectiuæ ēt proprii tituli, ac possessio nis exprimi possint] concedi solet, sed aliquā delentur illa uerba: Ac possessionis, quæ si fuissent in casu positio per Cassa. dec. 6. de præb. mea quidem sententia contrarium decidendum erat, & sic non oblitissit præcedens occupatio, nec etiam mala fructuū pceptio, sed in terminis Cassa. uel dicta uerba: Et possessionis, per signaturam deleta fuerant, uel per ignauiam formantis supplicationem posita non erant.

DEROGATIONES IURISPATR ONATVS.

Derogationibus iurispatronatus quando sit locus, & quō petendꝝ, & concedende sint, habemus regulam 40. iuxta ordinem antiquum. ibi latius tangam omnia quæ hic desiderari possint, interim pauca subiiciam.

Iuripatronatus laicorum solus Papa derogat, ratio est quia laici illud habent ex mera gratia ipsius Papæ, arch. in ca. si quis, nu. 2. 16. q. 3. Roc. 33. 1. supposito. ante nu. 8. Mil. in Repert. in uersi. Papa potest derogare etiam iuripatronatus & docto. communiter in c. quanto de iudi. in c. i. de præben. & in ca. quoniā de iu. patro.

Derogatur iuri patronatus laicorum, etiam nobilium & illustrium quando ēt ex fundatione uel donatione pro medietate, & hoc ex gratia, cum tali iuripatronatus non facile derogandum sit. Anto. de Butri. Abbas. & Cardin. in capit. dilectus ad fi. de offi. lega. Fel. in tract. quan. lite. aposto. noce. patro in 1. limi. Roc. in tracta. iu. patro. in uer. competens alicui q. 2. 4. uers. limita.

Dum uacant beneficia per obitum apud sedē, derogatur ēt in totum', rōnem eam esse crediderim, quia licet plenaria dispositio beneficiorum ecclesiasticorum ad Papam pertineat, collationem tamen beneficiorum apud sedem apostolicam uacantiū specialius cæteris antiqua consuetudo Romanis Pontificibus reseruauit, prout ad literam dicit tex. in c. 2. de præben. li. 6. c. præsent. eo. tit. & li. extra. ex debito Ioan. 22. inter commu. sub. tit. de electio.

Regum iuri patronatus nunquā derogatur, ēt si beneficia apud sedem uacarent p̄ obitum. Io. Mona. Io. And. & Gemin. in c. 2. de præb. li. 6. Paris. con. 114. cū reservatio. nu. 14. 18. & seq. uol. 4. Staph. super signa. de modo, & ior. impetrans. uers. Terrio an sit locus. Rebuff. in 3. par. signa. nu. 64.

Iuri patronatus laicoruā Papa in dubio præiudicare uelle nō censem, nec præsumitur nisi exprimatur, uel exp̄ressè deroget. gl. in cle. 2. in uer. apostolicis de p̄. xeb. quā sequit Abb. in c. dilectus de offi. lega. nu. 4. ubi hanc cōm̄ teſtaſide in uoluerūt Doct. in c. dilectus, & in c. quoniā de iu. patr. & q̄ derrogatio iurispatronatus nō cōprehendit.

prehendat regiū, uideatur in præall. Reg. Cancel. 40. & per Parif. dicto con. 114. nu.
21. uol. 4. & per Fel. quan. lite. apo. noce. patro. col. 6. Amplia. 8.

Iuripatronatus clericorum semper in totum derogatur, ratio est quia illi facile
præiudicatur. c. dilectus. & ibi glo. in uer. concessione uerfic. hic consueuit distingui,
& Abb. & aliij de offi. lega. c. cum dilectus de iu. patron. Felyn. in tracta. quan. lite.
apolt. in 3. limi.

Iurispatronatus mixti clericorum, & laicorum etiam derogatio conceditur in to-
tum, ratio uidetur esse, quia cum sit mixtum, non potest dixi laicorum tantum, cui in to-
tum, nō derogatur tui si magis dici potest clericorum q̄ laicorum, uel quia magis sa-
piat iuspatronatus clericorum, q̄ laicorum mixtum ius patronatus clericorum cen-
seri debet. argum. l. queritur ff. de sta. homi. c. quod in dubiis cum glo. in uer. conse-
cratio. de conse. eccl. & ad nota. per Bar. in l. 2. ff. de uerb. obli. nu. 2. Dec. con. 11. uer.
præterea dictum. Cautendum tamen est, ne quis indistincte credat iuspatronatus mi-
xtum clericorum, & laicorum, pro iure patronatus clericorū semper haberi, magna
enim super hoc est altercatio, prout scripsi in 8. q. 1. reg. nu. 8.

Similiter quando beneficia uacant per assecutionem, aut const. execrabilis, siue c.
de iulta, uel deuolutionem, puta si patronus laicus non præsentauit infra quatuor
mēses c. uni. de iu. patr. li. 6. Rot. 2 11. nō sufficit patronis, i no. & alio quoquismodo,
ubi beneficia habent possessores, quos oporteat per litas expellere derogatur iuripa-
tronatus laicorum, etiam principum in totum.

Aliquando derogatur ē iuripatronatus laicorū ex aliquo fauore pro duabus ter-
tis. Iuri patronatus laicorū derogatur ēt in totū, qn̄ pro uno patronorū aut filio, uel
nepte unius ex patronis. Rō pot̄ esse, quia si præsentatur unus ex patronis, uel eius
filius, seu alius ualde sibi coniunctus, nō pot̄ prætendi spretus patronus, si unus est,
uel omnī patronorum si plures sunt, & sic non offendit dispositio c. decerni-
mus 16. q. 7. quod cōsiderat spretum patronorum, qd̄ licet loquatur in ordinario pa-
tronos spernente, prout etiam per Rot. Belle. 163. collatio facta spredo patrono, &
179. permittatio facta & Cessa. dec. 2. nu. 4. loca. in quoconque tamen conferente ea
dem ratio spretus militare uidetur.

Quādo cōcessa fuit derogatio iurispatronatus cū clausula[attēto q̄ orato ē unus
ex patronis, an derogatio huiusmodi suffragetur] si patronatus sit penes duas fami-
lias, inter quas sit conuentio q̄ alternis uicibus præsentari iuxta tex. in cle. fi. de iu.
patro. & illa uice, præsentatio non spectabat ad familiam impetrantis, & de hoc non
fuit facta mentio. Pro opin. affirmativa ut respondendū ex quo Papa uerisimiliter
ēt hoc expreſſo derogaſet Cōtrarium cōcludēdū, est ex quo ille solus patronus ui-
debat pro illa uice pro qua præsentare deber. ut dicta cle. fi. & sentit Dec. con. 96.
retenta. nu. 12. Et pp̄ hanc dolosam taciturnitatē gratia corrueſe debet. c. super li-
teris ubi Felin. nu. 5. in 5. fallen. de rescr. Hanc opin. tenuit Rota in causa Regien.
Cappellaniꝝ, coram Rossanen. 27. Febr. 1548.

Quero N. presbyter beneficiatus in cathedralibus Gerunden. in quadā ecclēſia
instituit cappellā, & ēa dotauit ex bonis immobilibus a se possēſſis, emptis propriis
pecunijſ, & ordinauit ibidem pſentari pſonam idoneam de ipsius genere, & nomi-
nauit in patronos quosdā laicos eius consanguineos, & talis erēctio cappellaniꝝ p
ēp̄ ordinariū comprobata fuit, an illud ius patronatus censeatur laicorum, an
clericorum? Quod sit clericorū in dubio pſumitur fundatū ex bonis ecclēſia. Bal. &
Saly. in auth. līcētia. C. de epi. & cleri. Abb. in c. 3. de pecu. cleri. & in c. cū effes. de te-
sta. & Fel. in c. ex literis. nu. 3. de consti. Contrariſ cōclusum fuit p̄ maiore partem
Dñorū Rotæ, q̄ imo sit laicorum put Dec. Mohed. 3 28. Rō ultra alias fuit, q̄ laici
rant in quaſi pſeffione præſentandi: & infundatione tale ius patronatus fuit reli-
ctum,

Q V I N T . M A N D O S I L

Etum laicis ad nota per Rocc. de iu. patro. in uer. ius. Vide etiam Dec. Achil. 1. de iu. patro. ubi etiam subdit q̄ dñi declarabant Doctri. Rocc. in dicto uer. ius. nu. 26. procedere q̄n alia cōiecturā nō adessent. Vide et Läber. li. 1. par. 1. q. 3. art. 7. n. 17. f. 70.

Iuri patronatus ex præscriptione, uel priuilegio facile derogatur in totū, immo ēt legatus de latere, qui iuri patronatus laicorum derogare non pōt, ad not. in c. dict. de offi. lega. Arch. in c. hortamur 7. 1. dist. huic iuri patronatus ex præscriptione, uel priuilegio derogari pōt. Fede. de Sen. consi. 65. infrascripta q. post prin. Archi. & Gem. in c. 2. nu. 2. uerf. sed nunquid de præb. li. 6. Abb. post But. in c. dilect. uerf. 2. queritur, q̄ si beneficiorum collatio. de offi. lega. & ibi Card. & in cle. 1. in 7. q. 6. ut lit. pendit. Dec. consi. 149. in cā col. penul. cir. medium. Rō est, quis hic non consideratur præiudicium fundantis, conseruantis, uel dotantis, & ne laici retrahantur &c. in priuilegio enim, & præscriptione cessant illæ rationes, ergo cessare debent leges iuris patronatus conseruationi, & patronis ipsiſ fauentes, ad c. cum cessante. de applica. cum uulga.

Quando est ius patronatus unius tantum, illi non derogatur in totum, neque p̄ medietate derogari solet, quare autem tunc pro medietate non derogetur, ego ultra alias rōnes unam concludentem adducebam, quæ est, q̄ præsentatio in uno consenserit, seu unius consensus, est quid indiuīibile l. eadem ſ. cato in ſi. & ibi Bar. in ultima q. & l. stipulationes non diuiduntur ſi. de uer. obli. individualium. n. est cuius consentia impartibilis est. Bal. in l. ſi plures col. 3. uerfi. individualium est C. de cōd. inser. nō conuenit igitur consensum unius patroni diuidere, seu illi pro medietate derogare.

An aut̄ in retentione beneficiorum in favore promoti ad epatum requiratur derrogatio iuris patronatus, uel saltē mentio factenda sit, q̄ beneficia sunt de iure patronatus, est magnum dubium, & pro affirmativa conclusit, maior pars Dominorū de Rota, prout Dec. 33. 1. supposito in no. ubi ēt q̄ ita iudicatum fuit. Mihi magis placet opin. negatiua, quam tenuit ibi collector Decisionum quæ melioribus rōnibus, & argumentis fulcit. ut ibi apparet, & hanc opin. negatiua tenuit Staph. super Signa. de modo & for. impe. fol. 56. quam latius uidere poteris per Lamber. post Fel. de iu. patro lib. 2. par. 3. quæst. 9. art. 19.

In prouisionib⁹ beneficiorum, quorum collatio est ad sedem apostolicam deuoluta, non derogatur iuri patronatus, cum non sit necesse, neque patroni ea uice se in tromittere possint, de illo tamen mentio fieri debet, ratio autem, quare patronus se intromittere non possit, illa uidetur esse, quod iure cautum non reperitur, quod patroni uer. & titulum concedere possint, nli quando datur uera uacatio beneficii, & talis, per quam ipsi possint quemcunque uoluerint, dum tamen idoneum, præsentare, ad c. decernimus 16. q. 7. c. quod autē. & c. ex literis. de iu. pat. optimè per Gem. cōfi. 50. queritur an episcopus, post Pet. de Anch. post prin. uerf. sed non reperitur.

Quero, quid si non sit obtenta derrogatio iuris patronatus, uel sit obtenta sed in valida, patronus tamen intra tempus nō præsentat, an gratia cōualeſcat, seu absque alia derrogatione subsista? uidetur affirmatiuē respondendum esse: & quod non præsentans, seu non contradicens intra tempus conſenſisse dicatur. argu. tex. in l. de atate ſ. qui tacuit. ſ. de inter. actio. & in c. 2. de his quæ ſi. a præla. ſi con. capi. Lamber. de iu. pat. 2. par. 2. l. 6. q. art. 26. n. 7. fo. 313. ubi quod de contemptu debet agi ante lapsum termini. Rota tamen inclinavit in partē negatiā, prout Dec. Putei 6. de iu. pat. & allegabatur Fely. in c. cum Bertoldus, num. 10. uerf. secundo aduerte. de re iudica.

Quero, in impreatione dictum fuit, beneficium esse de iure patronatus laicorum forsan ex fundatione, uel donatione, an ius patronatus iustificandum sit, & illud uerbum, forsan, sic possum restrictiū, uel augmentatiū, & de effectu horum uerborum uide quæ scripsi in Glo. Facul. ſ. habita, in uer. forsan.

D E R O.

DEROGATIONES REGULARVM.

Regulæ de Non tollen.in quæsi.rarò derogatur, ratio est quia dispositio illius Regulæ est omni iuri, & röni cōsona ac fauorabilis, argumēto l.iij.S.merito & §. si quis à principe fī. ne quid in loco pu.c.super eo ante fī. ibi non tamē est nostræ intētionis.de offi.del.c.ex tuarum in fī. & ibi not.gl.in uer. permittat de auct. & usu pal.

Regulæ.1.8.de Aerate pro canonici bus ante hoc tempus derogari solebat, & non sine ratione, quæ est quod de iure communī septimum excedens annum potest esse canonicus præbendatus, non solum in ecclesia collegiata, sed etiam in cathedrali.c.ex eo.de elec̄tio.lib.vj.glo.in c. si eo tempore in uer. etatem de resc. eo. lib. vj.Rot.203.nora quod minor, in anti. cum aliis quæ adduco in 1. quæ fī. dictæ reg. nu.3. & seq.Hodie non solū Regulæ nō derogatur, immo in aliquib. canon'catibus cathedralium signatura exigit maiorē etatem ea, de qua in Regula, sunt qui dicant sum mū Pontificē mandasse tales canonici bus nō debere concedi minoribus xvij. annis.

Regulæ de Infirmis resignantibus, si Romæ, uel prop̄ urbem fit resignatio non derogatur, lecus si in locis longinquis, præsertim ultra montes: quando autem dictæ Regulæ derogatur, non dēt uideri graue; cū actus legitimi non solū infirmis, sed & morte uiciniis interdicti, seu prohibiti nō reperiantur.l. senium, & l. qm̄. post mediū. h̄. iubemus. §. j.C. qui testa. fa. possi. cum aliis quæ adduco in j. q. dictæ reg. nu.4. & seq.

Regulæ prædictæ de infirmis in permutationibus derogari plerūque consuevit, ut etiam suppōnit Rebūf.super concor. sub rub. de colla. §. uolumus in uer. permutationes uer. idem si resignans, pag. 422.

Regulæ de Idiomate derogari non consuevit ratio est, quia illa regula omni iuri, & rationi consona est, ut probō in 1. quæst. illius reg. pro quo ēt adduco uerba Eze chiel. cap. 3. in prin. Non. n. ad populum profundi sermonis, & ignotæ linguae tumitteris ad domum Israēl, quorum non possis audire sermones.

Quomodo uero ex aliqua causa derogatur, uerba derogationis in literis ita extēnduntur. Quod (ut afferis) idiomati illius patriæ, quod gentes illarum partium communiter loquuntur, non benè intelligis, nec intelligibiliter loqueris. Nos. n. tecum ut ecclesiam prædictam &c. dispensamus præmis̄is ac constitutionibus &c. prout per Sarnen. in 14.q. dictæ reg. de Idio. & per Reb. super eadem Reg. gl. 2. n. 25.

An autem derogatio hæc profit quo ad aliam reg. similem quæ uiget tempore expectatiuarum uidelicet. quod extra nationem suam nulli liceat impetrare gratiam expectatiuam nisi idioma intelligat, & ipse intelligatur? concludo quod non, sed q̄ debeat etiam illi derogari. in 6.q. reg. de Idio. nu.3. & seq.

Regulæ 22. de Vnio. quando derogetur & de effectu illius derogationis scribo in 14. quæst. dictæ reg.

Regulæ de non iudi. iuxt. for. suppli. extra materiam prouisionum plerunque derogatur per clausulā uidelicet: [Et quod præsentis supplicationis sola signatura sufficiat, & ubique fidem faciat, tam in iudicio quām extra, regula contraria non obstante] nec derogatio huiusmodi irrationalis censeri debet, cum gratia etiam anto literarum expeditionem signata, immo solo uerbo dicatur perfecta. cap. institutio nis. 15. q. 2. cle. dudum. §. nos. n. de sepul. cum aliis quæ adduco in 8. q. 8. reg. nu.3.

Absque hac derogatione, seu clausula. Quod supplicationis sola signatura sufficiat, gratiæ infinitæ inefficaces essent, præsertim extra Ro. Cu. Prout Dec. Moheda. 173. alias 203. in qua disputatur an literis alternatiuis non expeditis possit episcopus prouidere, & concluditur ex mente Rotæ pro opin. negatiua. Postea in fī. subdunt hæc uerba uidelicet. Cōsideratum fuit per dominos q̄ supplicatio sola nullius est effectus extra curiam, nisi addatur quod sola supplicatio sufficiat.

Regulæ de Subrogādis, quæ in summa uult, quod colliganti infra mensem subrogatio

B. rogatio



Q V I N T . M A N D O S I I

rogatio concedatur, non collitiganti uero infra illum terminum denegetur, an dero getur, distinguendum est. Aut enim loquimur, quando beneficium per obitum ua care supponitur, aut quando per resignationem, ad tex. in c. f. ut lit. pen. lib. vi. cle. r. uerf. si uero alter iun. prin. cum glo. in uer. morti eo. In primo membro quando be neficium per obitum uacare afferitur, derogatio non conceditur, uel raro, ratio est ut lites tollantur, quod optimum est, ad l. quidam existimauerunt. ff. si cer. peta. l. idem si res. §. f. ff. de alie. iu. mutan. cau. fa. c. finem litibus, de do. & contu.

Quando uero de beneficio per resignationem, seu cessionem uacate prouidetur, tunc derogatur addita clausula uidelicet. [Atento quod non in potentiore.] p. qua clausula uideantur, que dicam infra dum de cessione tractabo.

Regula de uerisimili notitia obitus non derogatur nisi ex singulari gratia, p. bni eius tñ Galliæ sepe derogari uidi. Pro hac derogatione uideatur q. scripti 15. q. d. reg.

Regula de Impe. bene. fami. Card. raro derogatur. illa enim Reg. potissimum in honorem Cardinalium emanauit, prout per Rot. 720. no. q. D.N. in anti. & Belle. 632. supposita noua. Quod si derogatio concederetur, uideretur esse locus carminis illi. Turpius eiicitur, quam non admittitur hospes. Si tamē Papa illi Regula deroget, nemo iuste conqueri poterit, estn. contra libertatem publicam, speciem reservationis, seu seruitus implicans & odiosas, ad conf. Anch. 297. efficacibus in prin. & ad alia que adduco in 1. q. dictæ reg. nu. 6.

Regula de Annali possesso indistincte derogatur, sed delentur illa uerba uidelicet, Quoad eius omnes partes. Vel si simpliciter derogari petatur, absque illa clausula, Quoad eius oës partes, tunc additur quoad eius primam partem. Pro hac derogatione, & eius effectu uideantur que scripti in 63. q. dictæ Reg.

Rō autem quare non derogetur omnibus partibus est, ne regula ipsa ludibrio sit: p. ut in simili considerat Casla. Dec. 2. uersus fi. de in int. rest. & dec. xj. super reg. nu. 3.

Regula de Triennali non derogatur nisi in illius prorogationibus, in quibus tamen non est necessaria derogatio, quia sufficit quod triennium prorogetur, quo causa tempus prorogatum idem cum primo censembitur, omnesque eius qualitates assument, ad l. 2. §. sed si index. ff. de iudi. l. Aemilius iun. gl. in uer. restitui. ff. de min. & uoluit Bal. in l. 4. ff. de dā. inf. in fi. prin. officium prorogatum idem numero dici.

Regula de insordescientibus semper haec tenus derogatum fuit per illam clausulam uidelicet. [Et cu absolutione a censuris ad effectum &c.] Et in casibus regulæ de Insordescientibus cu illius opportuna derogatione, & regulariter in literis dñi, Te à censuris, & poenis quavis auctoritate, & à quoque lati, quibus innodatus existis ad effectum &c. absoluimus, ab solutumque fore censentes, &c. que clausula operatur imprestationis validitatem, ut per Fel. in c. apostolice, & ibi Dec. post prin. uerf. sed tamē et Romæ practicatur. de exceptio. Bot. dec. 290. duo permutterunt nu. 2.

Quando post illa uerba, et in casibus regulæ de insordescen. adiiciuntur uerba latissimè extenden. illa delentur propter bullam in cœna domini, uideatur Staph. de let. gra. & Iusti. fo. 176. iux. primam imprell.

Hodie derogatio huiusmodi denegatur, & summa rōne, excoicatus. n. qui per annum insorduerit pro hæretico damnatur. c. quicunque intra anni. 11. q. 3. c. cum cōsumaciam, de hæreti. li. vj. & nouissimè habemus con. Trident. Sessio. ult. sub Pio. IIII. in Decr. Reformato. cap. 3. in fi. uerf. Sed si obdurate animo censuris anexus in illis per annum insorduerit, etiam contra eum tanquam de hæresi suspectū procedi poshit.

Per annum etiam qui in sorduerit priuatur beneficijs. c. rursus, & dicto c. quicunque 11. q. 3. c. fi. de poen. Rom. Syng. 303. de hoc heri. Rebuff. super concor. in formanda. apol. in uer. quauis pag. 549.

Regula de præstanto contensu in pensionibus, que est 43. iux. ordinem antiquum in

in 2.par.prin.uers.nec literæ resignationis &c. non derogatur, sed aliquando beneficium ablenti, & ignorantis confertur cum onere pensionis, & tunc in reservatione pensionis derogatur pro resignante beneficium per eum pacificè possessum, qui aliter in fauorem absentis resignare non intendit. Pro dicta reg. uideatur Paris. conf. 5.an unio. nu. 56. & seq. uol. 4. & latius per D. Hie. Gigan. de pensio. q. 10. & 11.

Aliis regulis Cancelleriaæ an derogetur, uel non, & qualiter derogatio concedatur, super illis tracto. Generaliter autem tenendum est, Quod Regulis Cancelleriaæ expressæ & nominatis derogari debet, præsertim illis quæ habent decretum irritans, seu clausulas derogatorias, ad ea quæ uoluit Fel. in c. nonnulli nu. 7. in 3. decl. de re scr. Cassa. dec. 38. super regulis nu. 11. Sarnen. in 5. q. proœ. reg. & in 6. q. in fi. uer. ista tam limitatio recipit, &c.

Quando alicui regulæ in beneficialibus derogatur, literæ apostolicæ semper eam in principio narrare debent hoc modo uidelicet, Hinc est quod nos qui dudum inter alia uoluimus &c. & postea in non obstante debet poni. Non obstante uoluntate priori, & ordinationibus præmissis, ac constitutionibus, &c. prout docet Hie Pau. in suis recollectis fol. 55. uers. adiuuando quod quando.

Et stylus præmissus cum iure conponat, illo. n. semoto adhuc derogatio huiusmodi, & expressio cuiusvis clausulae notabilis in parte dispositiva facienda esset, alioqui uel nihil, uel parum operaretur iuxta tex. nota in cle. 1. de præb. ad fi. Dec. con. 115. col. 3. uers. 2. diligenter, & consl. 113. num. 9. Cur. iun. conf. 3. numer. 32. & consl. 56. nu. 3. Staph. fo. 5. ad fi. uers. hæc eadem.

DEROGATIONES ALIAE.

Inter derogationes necessariae facienda est mentio q. quædam beneficia non conferant nisi magistris in Theologia, uel licentiatis; generalis. n. derogatio statutorum, et iure confirmatorum non sufficeret, arg. tex. in c. cum in ecclesia, & ibi gl. fi. uers. credo autem. de præb. lib. 6. Rot. 632. no. q. statutum, in anti. & ita conclusum fuit in cā Giernen. Prioratus 10. Decemb. 1546. coram Puteo, prout in eius Dec. 33. & 46. de præben.

Idem concludendum esset, si statutum disponeret q. quis non admittatur ad beneficium nisi actu sacerdos existens, uel q. cappellanus per se ipsum missas celebrare teneatur: tunc n. non sufficeret ordinis in potentia habere, seu q. quis legitime est atatis ad sacerdotiū iuxta tex. in c. si pro clericis de præb. li. 6. & iuxta cōf. Rom. 325. quo ad primum. in hoc n. casu si admissus ad beneficium non heret ordinis requisitos, necessaria foret statuti hmōi derogatio, prout p. Lap. Al. 79. Inn. post nu. 1. uers. item si habeat anuum. uideri poterunt quæ ibi addo ad Lap. in uersi. si pro clericis.

Statutis, & consuetudinibus semper derogatur late per Cassa. dec. 4. de concess. præb. & statuta tolluntur, etiam per formam literarum apostolicarum. Rot. 247. habens gratiam nu. 2. Inno.

Statutis, & priuilegijs ecclesiarum, in confectione literarum exprimendis semper derogatur, præterquam pro illegitimis in cathedralibus, & metropolitanis, ad quas sunt omnino inhabiles. c. fi. de fi. presb.

Conceditur clausula hæc [Statutis &c. et iure confirmatis.] &c. Et nisi post uerbū, statutis, addita fuissent uerba hmōi, non cōseretur derogatum statutis iuratis. Rot. 632. no. si aliquod statutum. in anti. gl. sing. in uer. effectus, in c. cū non deceat. de elecio. lib. vij. Rom. Sing. 7. q. dispositio. Lap. Alle. 15. idem est nu. 4. ubi aliqua addo, quæ hic inseruent.

Idem concludendum erit in derogatione pactorum, uel conuentionum, ut nisi ad datur clausula. Etiam iuratorum, uel uiratarum derogatio inefficax reddetur. Ro-

Q V I N T . M A N D O S I I .

ma.præalle.sing.u.7.Fel.in c.constitutus ante nu.7.de rescr.Celsus Vgo de clausu.re
scr.in uer.clauisula non obstan.pactis.

Statuto, seu consuetudini, qdignitas non possit teneri nisi per canonum præbē
datum, derogatur post illa uera. statutis, & consuetudinibus, illis p̄fertim, quibus ca
ueri dī, dignitatē in ecclēia nisi p̄ præbendatum &c. obtineti non posse &c. prout
in libro nuncupato Prouinciale fo.53.uers.not.si sit statutum.

Fundationi beneficiorum derogatur, etiam si in illa caueatur expresse, qd obtinēs
tale beneficium teneatur personaliter residere, & infra annum ad facerdotium pro
moueri, ac qd cum illo non possit aliud obtinere, potest ēt ordinarius immutare or
dinationem factam in fundatione beneficij, sed ipse episcopus cum consensu patro
norum id faciet. Hostien.Butr.& Abb.num.5.in c.cum accessissent.de constitutio.
Dec.conf.121.in causa.nu.3.

Fundationis derogatio qd petitur quo ad eius oēs partes, ēt nō expressas, uel ex
primēdas, illa dari nō dét. poterunt.n.eiusmodi cē, qbus nec Papa derogaret. Rebus
post Staphi.in praxi de deuolutione nu.45.uers.secus quando.pag.187.

Priuilegijs in corpore iuris clausis, derogari non confuevit, nec sub illa clausula
generali [Nō obstantibus qbuscūq; priuilegijs] illa ueniūt gl.& Bar.in l.ij.S.legatis.
ff.de iudi.auth.qua in prouincia, ubi gl.& Bal.in 3.q.nu.4.C. ubi de crimi.agi opor.
Bar.in extra.ad reprimendum.ad fi.in uer. non obstan. col.3. uers. nota ēt priuile
gia in corpore iuris.Pau.Caltr.in l.j.nu.3.ff.de legi.Fel.in c.sicut Romana.nu.12.de
rescr.Glo.pragma.de causis.S.statuit.1.in Vers.in iure.

Forensibus pro obtinendis beneficijis urbis nōnunquā derogatio cōcedit cōtra id
quod uoluit Abb.in c.ad decorem.de institu.& ad alia quā adduco in 41.q.16.Re.
Nobis hēc derogatio dura uidetur, & sicut Hispani, & Galli, & nonnulli alij non
permittūt nostris ipsorū beneficia conferri, a grē ferimus cū dolore, extraneos opti
nere dignora & pinguiora beneficia urbis. Derogationis formula hēc est. Priuilegiis
quoq; induit & literis apostolicis p̄fertim Po.Ro.contra alienigenas & forenses
q̄uolibet&c. Etsi prius forēses bñficia hmōi obtinebat. Attēto qd forēse i forēsc &c.

Conciliis gñalibus qñque derogatur, alioqui rescripta cōtra illa derogatione nō
obtēta, inualida essent.c.nōnulli.ubi oēs, de rescr. Arch.in c.1.de confit.li.6.Bal.in l.
humanum.C.de legi.& ad ea quā adduco in 17.q.reg.de infir.nu.12.

Concilio Lateranen.derogandum est in prouisione, seu cōmēda in fauore Car
dinalis, de bñficio cuius annuus redditus sit infra summam cc.ducatorum, alioqui
gratia nulla erit, obstante dicto Concilio sessione.9.sub dat.3.non.Maii ann. 2.Leo
nis X.prout per Cassa.dec.2.de præb.Amplia ēt ad prouisionem, seu commendam
præstimonii, ut idē sit si impetrer præstimonium, ut per eundem Cassa.dec.3. eo.ti.
Nec passim derogatio hmōi concedi confuevit, tum quia resistit dictum conciliū,
tum quia decens non uidetur, ut Cardinalis beneficia modica obtineat. Vide supra
in clausulis prouisionum, uers.bene ualoris.

Derogationis plerunque conceduntur cum clausula latissimē extenden.pro qua,
& eius effectu uide Paris.con.42.quantum ad.nu.23.uol.4.& Sarnen.in prohi.Re
gu.44.num.7.

Derogationes alia, & clausula, Non obstan.&c.colligi possunt ex iis quā not.
Bart in extra.ad reprimendum,ad fi.in uer.non obstan.& Hieron.Pau.ad effectum
literarum apostolicatum in lib.nuncupato Prouinciale fo.71.cū tribus seq. sub Rub.
de non obstan.generalibus , & altera de non obstan. beneficialibus, & etiam ex iis
qua cumulat Fel.iin c.nonnulli in uer.refrant nu.19.cum pluribus seq.de rescr &
Rebus.super concor.in for.manda.Apo.in gl.in uer.non obstante, & in aliis gl. seq.
nonnullas derrogationes ponemus in suis locis propriis, ubi melius cadent.

R E S I -

RESIGNATIONES SEV RENUNCIATIONES.

Renuntiare pro Nuncium remittere, & salutem ultimam dicere, Quintill.lib.x.
Mea quidem &c. Bud. in anno. in pande. in l. minor. ff. de mino. Renuntiare
item pro referre sumitur, prout apud Cæarem li. 4. Belli Galli. uerlus si. Hi qui pro
portis castrorum in statione erant Cæsari renunciarunt &c. & in l. cū in plures. §. mā
dauit tibi ut excuteret quanti uillam ædificare uelles, renuntiaisti mihi ducentorum
impensam excutere. ff. loca. l. qui fundum. i. respon. ff. de contrahen. emptio. iun.
declaratione Bud. in anno. in pande. super illa. l. quam renuntiationem dicit esse testi-
monij genus, cuiusmodi edere solent architecti, & magistri uniuscuiusque opificij
cum opus est, qui propterea publicè sacramento adiunguntur, Sic missi nuntij referre
solent de iis ad quæ missi sunt. Cæsar in commen. i. Qualis esset natura montis, &
qualis esset in circuitu ascensus qui cognoscerent misit, renuntiatum est facilem es-
se: Renuntiare pro significare, seu declarare accepit Teren. in Andria, Quasi tibi non
renuntiata sint hæc sic fore: Est etiam renuntiatio Legatorum de qua per Cice. in Phi-
li. 6. Cum enim Legati renuntiarint (quod certè renuntiabant) non in ueltra potesta-
te &c. & per Bud. in præalleg. l. qui fundum i. Respon. Renuntiare magistratum
pro nominare, seu proclamare iuxta morem Venetum, prout per eundem Bud.
ubi supra.

Resignare item ponitur pro abrogare, siue dissoluere Cicero in oratione pro Ar-
chita Poeta, Nam cum Apii tabulæ negligentius asterruatae dicerentur Gabinijs quan-
du incolimus fuit leuitas post damnationem calamitatis omnem tabularum fidem re-
signasset. Rursus pro aperire quod designatum erat, Plaut. in Trin. Iam si obsignatas
non feret dici hoc potest apud portuorem, eas resignatas tibi inspectasque esse, Resig-
nare etiam pro perfectè signare Columel. li. 3. prius quām arbasculas transieras ru-
brica resignato. Alijs etiam modis prædicta sumuntur.

Quo uero ad rem nostram resignationes, seu renuntiations pro cessionibus su-
muntur, ut in toto titulo de renun. etiam lib. 6. & in cle. Apud Iurisconsultos etiam
renuntiare pro renuere, uel repudiare, seu cedere usurpatum intuenimus, prout in l.
destituisse. ff. de iudi. in l. si filius, ibi. litiri renunciare uidetur. ff. de mino. l. si mandauero
§. ff. ff. manda. sic & in l. postquam litii de prædio mote renuntiasti. C. de pact. Sic &
apud Ciceronem in Verrem actione 4. Itaque iste uehementer Sthenio inferius ho-
spitium ei renuntiat, domo eius migrat &c. Liuius lib. 5. secundi bellii Puni. Badius ci-
uis campanus. Q. Crispino Romano in conspectu duorum exercituum hospitium re-
nuntiasse solemniter prohibetur, ut cum eo hostili animo congregandi posset. Alcia. in l.
detestatio col. 3. ff. de uer. sig. Renuntiationem (intelligo in genere sumptam) Spe. in
titulo de pac. §. i. nu. 6. quem sequitur Caccialu. in tracta. transact. quest. 3. in fi. descri-
bit esse rei, uel iuris spontaneam refutationem.

Renuntias episcopatu quid retineat, habes in c. i. de ordi. ab episco. qui renun. epi-
scopatu. pulchre per Sozzi. cons. 260. in causa nu. 5. uer. quibus præmissis. lib. 2. Vi-
de quæ dicam infra tit. de Fructuum referua. uer. Titulus, & denominatio.

Renuntiatio, seu resignatio indistinctè admittitur: quilibet enim beneficio ecclæ-
stico renunciare potest dummodo in manibus sui prælati. c. admonet. ibi, aut te di-
mittere inconsulto. de renuntia. Parisi. cons. 135. Iohannes ex collatione nu. 2. vol. 4.

In resignationibus coram Papa admittitur clausula in fauorem Meuij & nō aliâs,
aliter, nec alio modo ad c. ex parte. i. cum gl. in uer. omnino, & in uer. dimittere. de of-
fici. dele. Abb. in c. uniuersorum. de re. permu. Cassa. decis. 3. de renun. & ad ea quæ ad-
duxii in 16. quest. reg. de Infir. nu. 11.

Nec Papa confuerit resignationē in fauorem certa personæ factā pro alio, quāna

Q V I N T . M A N D O S I I .

pro eo in cuius fauorem cesso facta est admittere, prout etiam pondérat Cassa. Dec. 3. nu. 1. de renun. argumento ab usu patris familias ad usum Papæ, ad l. uel uniuersorum. ss. de pign. actio. cum uulga.

Item clausula de qua supra uidelicet. Nec aliás, aliter, uel alio modo, est tanta potestia qd Papa ex potestate ordinaria non uideretur posse beneficium cum illa clausula resignatum alteri quām nominato cōferre, & ad hoc illa clausula ponitur, ut si Papa nollet beneficium nominato à resignante conserre ius pœnes resignantem remaneat: clausula n. illa operatur ut nihil in contrarium factum esse uideri possit: pro ut de illa clausula quoad alias effectus loquens declarat Ias. in l. f. post num. 142. uer si. sed si adiiciat illa uerba, nec aliter, nec alio modo. C. de iu. emphiteu. quem sequitur Lamber. de iu. patro. art. 6. nu. 61. & ante quæst. 6. part. 1. lib. 2. Paris. conf. 6. confiderata, ad fi. uol. 4. Et qd stante huiusmodi clausula actus non possit aliter fieri, supponit Cassa. Dec. 2. nu. 6. de simo.

Beneficia in Ro. Cu. resignata sunt referuata, & in Curia uacare dicuntur. ca. 2. ubi Archid. & Ioan. And. de Præbend. libro. 6. gloss. in clem. 1. in uers. collato ut lit. pendent. Ro. 33. nota quod ubi in anti. Paris. conf. 1. o. bonum ius. nu. 1. uol. 4.

Beneficij obtenti etiam literis non expeditis resignatio admittitur sub iis verbis videlicet. Possessione habita, uel non habita, ac forsan literis non expeditis resignate proponat, prout resignat, & cedit de præsenti. nec signatura delere consuevit illa verba: Forsan literis non confessis, seu non expeditis. argum. no. per gl. i. in c. institutio- nis. 2. 5. q. 2. & per Doct. in proce. vj. & in terminis nostris quod beneficium resignari possit bullis non confessis, est decis. Boe. 2. 4. duo litigabant nu. 9. uer. & etiam potest beneficium obtentum resignari bullis non confessis.

Dubitarent aliqui an per mortem naturalem, uel ciuilem prouisi qui literas non expediuit, beneficium uacare censeatur, & Aegi. Bella. negatiuē respondet Dec. 144. si Papa, ubi qd si prouisus ante literas confessas cum sola supplicatione mori: s, uel matrimonium contrahit, aut religionem professus sit, nihil per eius obitum, matrimoniū, aut professionem, uacet. ita etiam concludere uideatur Staphi. Super signa- fo. 1. 09. uer. & ideo dicitur. De quo etiam per Sarnen. in 1. quæst. Reg. de Non iudi. Quomodo igitur conceditur illa clausula. Etiam literis non expeditis. si ante literarum expeditiem ex persona alicuius nihil uacare potest? Respondeo qd contra op. Bellame. adduci possunt. Arch. Io. And. & Fran. in proce. vi. ad fi. ac Rot. 881. not. qd ubi gratia in antiq. uer. si quis moriatur signata sibi supplicatione. Cassa. Dec. 8. n. 9 ubi testatur dictam Dec. Bellame. non seruari. Idem etiam subdit. Sarnen. ubi supra.

Et de resignatione, seu permutatione possessione non habita, & quod fieri possit, & subtilitas, uideatur per Archid. Ioan. And. & Gemi. in cap. penult. de præbent. libro 6. & per Imol. in clem. 1. de re. permu. & per gloss. pragma de collatio. S. item quod uniuersitates in uers. possidebunt uersi. & potest permutari beneficium ante possessionem.

In resignationibus derogatur si petatur priuilegiis, & indultis Cardinalium quibus cauetur, quidō in collationibus beneficiorum ad eorum collationem spectantibus requiratur illorum consensus, prout in Reg. 31. de Impe. bene. uacan. per obi. fami. Card. super qua plenè scripsi.

Datur suspensio omnium reseruationum, unionum etiam perpetuarum, & absque consensu concessarum coadiutoriarum, quibuscunq; perlonis etiam Cardinalibus, etiam contemplatione Imperatoris, Regum, Reginarum &c. etiam propter seruitia contra infideles, & pro fide catholica impensa, et ratione iurium cestorum, concessarum per huiusmodi suspensionem Reseruationes, Uniones, & coadiutoria non tolluntur, sed differuntur; diuersa enim sunt tollere, & suspendere. In quo. in c. cum in

ter de consuetu. Rot. 244. licet de more præsertim col. 2. ante medium in nou. & ad alia quæ adduco in 5. q. Reg. de non tollen iure quæst. nu. 2. Suspensio huiusmodi fit ut subsistat donec uiuet is cui beneficiū cōtētur, prout per Rebus. in praxi de unio. reuocan. pag. 227. nu. 32.

Hæc suspensio aduersus concessiones ob seruitia Sedī Apostolicae, seu fidei catholice impensa, ultra casus expræssos, seu solitos nunquam admitti deberet, & semper stricte accipienda, & interprætanda erit: talia. n. priuilegia favorabilia, & irreuocabilia sunt. c. adrianus 2. & c. seq. 63. dist. uideantur quæ scripsi in 8. q. 13. reg. nu. 12. & seq. ubi de ijs priuilegijs, & quæ reuocata sint hodie.

Clausulæ, siue præmissio, siue alio quois modo, & ex cuiuscunq; persona uacet, in resignationibus, & alijs prouisionibus admittuntur: pro quibus clausulis, & de illarum effectu uideantur Rot. 61 2. si Papa in ant. & 28. si mandetur in nou. & ea quæ latè scripsi in 17. q. Reg. de Infir. num. 4. & seq.

In supplicationibus tamen resignationum, & alijs additur clausulas per Signaturam, preterquam per obitum] ne quis non sperans obtinere posse beneficium per obitum uacans, configat per resignationem uacare, & per illas clausulas generales illud aucteupetur, & sic indirectè allequatur id quod uia ordinaria non posset consequi contra tex. in l.athletas. §. sed & qui tunc quæstum. s. de ijs qui notan. insa. cap. cum quid una. de reg. iu. lib. 6. cum uulga.

Non addita autem illa clausula] Preterquam per obitum] Jan sub altera clausula] siue alio quoismodo] in supplicatione resignationis, seu cessionis comprehendatur uacatio per obitum? Domini Abbreviatores in Hispalen. Cantoriæ inter Nodericum de Baeza ex unz & Vasquez ex altera pro negatiua concludebant. Domini uero de Rota in eadem causa coram Rainaldo x. Martij 1539. nemine discrepante tenuerunt op. affirmatiuam. ad nota. per Docto. in c. suscepimus, de rescr. lib. 6. ut per Mohed. in quædam Dec. sub titulo de præb. incipien. Diu tuit litigatum in Hispalen. Cantoriæ.

Concedi passim confuseuit illa clausula etiam coram Notario publico, & testibus sponte facta] de qua per Rebus. in praxi beneficiaria in for. signatu re in uer. etiam coram Notario pag. 109. & in for. no. prou. in uer. sine ut præmittitur pag. 161. cuius tamen uerba sano modo intelligi debent uidelicet, quod etiam si resignatio facta sit coram solo notario, uel coram laico contra ipsum resonantem, seu cedente, in eius præiudicium ualeat, & per habentem potestatem recipiendi resignationem beneficium conferri possit, iux. decisi. Biigne de renun. in antiquo. & in anti. 572 quidam Cardinalis col. 2. in fi. uers. sed illa opinio & per Gemi. in. c. uni. nu. 9. §. id est. uenio ad primum. de desponsta. impu. lib. VI.

In resignationibus, & cessionibus non derogatur constitutioni. Sicut bonus pæstor Inno VI. L. p. perpetuò ualitatem sub Dat. Romæ 1491. Quinto Kl. Octo Anno VIII. quæ reuocat & reducit facultates resignandi, ac permutandi beneficia, tollens fraudes, & abusus: & circa plura prouidet.

Resignationes Monasteriorum uitorum ultra ualorem 200. ducatorum non admittuntur, sed illis in Cōsistorio prouidetur de personis idoneis, aut illa cōmendatur, de quibus Monasteriis loquitur Reg. Cancel 2. & ego super illa, qua st. 3. ante si. declaro qualiter de illis Monasteriis prouideri consueuerit.

Resignationes Monasteriorum Monialium quanticunque ualoris admittuntur; & prouidetur illis de personis Monialium illorum, uel alterius monasterii. magis autem conuenit quod de persona eiusdem monasterii prouidetur, argum. text. in c. nullus inuitis, & in c. obitum 61. dist. & in c. cum inter canonicos iun. glo. in uer. recusatus ante fi. uers. dicas quod uerum est, & ibi per Docto. de electio. Et addi debent uerba uidelicet: [De consensu medietatis conuentus.]

Q V I N T . M A D O S I I

Quo ad dictam additionem quero. quid si sint centum Moniales, an sufficiat consensus quinquaginta, an potius requiratur consensus maioris partis? & quia rescripta, & aliae dispositiones a iure communi declarationem recipiunt. l. referpta, & l. nec damnofa. C. de preci. impe. offc. l. si quando in princ. C. de inoff. testa. c. causam qua. de ref. Bald. in l. bonorum. C. qui admit. Preceptor meus con. 114. & pro tenui nu. 3. uers. confirmatur hoc. Iura autem quando sumus in consensu praestando per Vniuersitatem, capitulum, seu collegium, uel corpus aliquod, requirunt quod major pars consentiat. l. quod major pars curiae. s. ad mun. l. nominatum. C. de decurion. lib. x. c. 1. de his quae s. a maio. par. capi. c. cum inter. uers. discretioni uestræ, & c. seq. de electio. c. cum omnes, & ibi plene Feli, post alias nu. 17. de constituti. Ratio autem adducitur qua est, quod id quod facit major pars universitas, seu colligii, id omnes facere censentur, prout per Bart. & alios in alle. l. quod major pars, per Sozzi. in reg. 243. incipiente factum à maiori parte: consensus igitur, de quo hic, ut subsistat, & secundum iura praestetur, à maiori parte Monialium praestari debet. Verius puto quod sufficiat medietatem monialium consentire, cum habeamus literam claram qua dicit[de consensu medietatis] non autē de consensu maioris partis, uel de consensu conuentus simpliciter, unde glossi non indigemus, ne c. est locus alicui declarationi. ille, aut ille, & l. non aliter. s. de lega. 3. Bal. in l. uni. §. sin autem ad deficientis. C. de cadu. tollen. D. meus cons. 89. uiso, puncto nu. 2. Et sicut regula illa, quod sufficiat maior pars uniuersitatis seu collegii, fallit quando de mente disponentis constat, quod uult omnium consensum. c. ubi periculum. §. iidem quoque Cardinales iun. glo. in uer. singulis in s. de electio. lib. 6. per Bal. in. c. non potest uers. aut est lege expresse cautum quod omnes debent esse concordes, de re iudi. Sic quia hic cauetur quod medietas monialium sufficiat, non requiretur maior pars.

Monasteria Monialium de stylo Cancellariae non censabantur referunt, etiam si uacarent per liberam resignationem in Rō. Cur. in manibus Papæ, & ita in parco maiori obtentum esse testatur, Hyero. Pau. in suis notabilibus fol. 5. 8. a ter. uers. not. quod. monasteria monialium: Aduertendum tamen est, quod hodiè datur referuatio de monasterio monialium per obitum, uel resignationem uacantium in Cu. Credo quod uelit concludere quod hodiè siue uacet in curia per resignationem, siue per obitum, dicatur referuatum. & hoc ultimum uerum puto, ut sicut alia beneficia qua Romæ cœduntur, seu in ea per obitum uacant, referuata dicuntur. e. 2. de praben. lib. 6. extra uagan. ex debito de electio. inter communes Rot. 7. 25. nota quod beneficia in anti. Ita & monasteria monialium.

Referuatio aliqua expressa, uel ex quauis cā exprimenda deleri non debet. In resignationibus beneficiorum in Italia consistentium (ut dixi) non datur derogatio regulæ de uiginti.

Et quod obstante ac beneficiales &c. clausula de qua loquutus sum supra inter clausulas prouisionum) in resignationibus, & cessionibus non tollitur, & bulla pro illa clausula plus taxatur quam sine ea. Ratio quod plus solvatur cum illa clausula, potest esse, quia plus conceditur, unde solutio condecens esse debet, argumento tex in. l. 2. & l. ueditor ibi[ut maius comprehendenter instrumentorum præsum, quam rei qua distrahebatur, conuenierat] jun. glo. in uer. conuenierat, qua exponit idest conueniens erat. C. de refcin. uendit. Sed hæc ratio uidetur non tuta in terminis nostris propter tex. in extra. sacrosancta. §. si uero eiusdem Io. 2. 2. de senten. exc. ubi statuitur sub iis uerbis uidelicet. [si uero eiusdem literis gratiæ, & exequitorii earundem ut supra, aliquæ clausulæ non communes, seu insolite apponantur circa taxationem clausularum huiusmodi congruè poterit sic distinguiri uidelicet, quod non

non habeatur consideratio in eisdem maioris, uel minoris gratia eius quod conceditur, nec quod ipsius sint maiores, uel pauciores fructus, redditus, & prouentus, & ex hoc plus minus ue taxetur, sed habeatur in taxando illa consideratio ad laborem, ut scilicet longior scriptura magis, & minus breuior existimetur.] Ego tamen puto quod non minus hodie prima ratio & consideratio subsistat & attendatur, quam dispositio dicta extrauagan. Cur autem id eueniat hic non declaro.

Clausula etiam illa. [cum suspensione omnium gratiarum, exceptuarum, reservatione &c. latissimè extende[n]d[atur].] in resignationibus, uel cessionibus tantum conceditur. Et addi consuevit talis clausula per signaturam Ad effectum resignationis d[icitur] taxat ut per easla. Dec. o. de con. præb. post nu. 7. uer. patet quia.

Post illa uerba latissimè extedē.] haec addi debent videlicet. [Citra tñ accessus & regressus, ac de consensu coadiutorias] & sic Papa in resignationibus, & cessionibus omnes gratias suspendit, præterquam accessus, & regressus, ac de consensu coadiutorias pro qua clausula [citra tamē accessus &c.] uideatur Cassa. dec. i. de pac. & 4. de priuile. & licet regressus sit ius ad rem, prout per Sarnē. in. 1. quæstio. Reg. de non tollen. iu. quæst. nu. 40. tamen ut uult Cassa. ubi supra, est de præterito, & non simpliciter de futuro; licet fecus dicendum sit de coadiutoria, quæ nullum ius præexistens habet.

Exempti in manibus Episcopi resignare non possunt, sed tantum in manibus Pa[pe]. c. si. de renuntia. c. cum uenerabiles. de confuetu.

Coceditur et clausula. [Et quatenus litigiosum id, ac litis status &c.] qua clausula non obtenta litigiosum beneficium in fauorem alterius, quam colligatis resignari non posset de lite mentione non facta c. inter monasterium, de re iudi. c. 2. ut lib. pendit. lib. 6. Et nisi de lite fiat mentio, resignans lite pendente frustra attentaret. Rot. 5. 6. si lite, in nou. Resignationes hodie sublate sunt præterquam in manibus Pa[pe] supplicatione per eum signata, prout in constitutione Pij V. incipit officium sexto Idus Augusti 1567. Anno 2.

PERMUTATIONES.

Permutatio secundum Azzo. Hostien. & alios Summistas, est alicuius certæ speciei hinc inde facta præstatio. In diffinitione ponitur certæ speciei, non quod in iure scriptum reperiatur, sed quia iura de permutatione loquunt exemplum dant de specie secundum omnes diffinientes. & licet exempla non arcent regulam ad l. 1. §. quod uulgo dicitur. si de ui & ni arma. S. ha[ec]tenus. Insti. de gradi. cum alijs, exempla tamen multoties repetita reflingunt regulam, gl. in cle. i. in uer. diœcesanos. de iu. patro. quam extollit Domi. in c. si duobus super gloss. in uersi. presentauerit de rescr. lib. 6.

Permutationem non inducere ueram beneficiorum uacationem, per illamque non dari ueram uacationem uoluit Feder. de Sen. conf. 6. uideatur col. 2. uer. illud autem tempus uacationis est momentaneum &c. & poltea uer. quod autem dixi supra & con. 7. 3. factum tale est, & in tracta. permuta in. 18. quæstio. ibi etiam quod in permutationibus non additur beneficium sed unum loco alterius subrogatur, sequitur. Cardi. in c. quæstum in 19. quæstio. num. 15. de re. permutatio. & Galpar. de Perus. in tracta. referuatio. dum querit, quis sit effectus reservationis fol. 6. nu. 4. an autem haec sint uera, uidenda sunt quæ scripsi. in 16. quæstio. 31. Reg. nu. 3. ubi per c. 1. de re. permu. lib. 6. & cle. uni. eo Rot. 67. In no. & Gamma. in tracta. permu. col. 28. nu. 34. uer. sed ista sunt chimere: Concludo permutatione amiti titulum, ius, & utranque possessionem, & beneficia purè uacare.

Permu-

Q V I N T . M A N D O S I I .

Permutationes aliquæ sunt, & à Signatura admittuntur, super beneficijs æqualibus, & aliquæ super inæqualibus. Aequales permutationes dicimus, quando æqualia sunt beneficia quæ permuntantur, puta Seius permuat cappellanianam ad altare. S. Antonij Patauij cuius fructus &c. sunt quinquaginta ducati cum capellania ad altare. S. Mariæ Bononiæ, quam Meuius obtinet cuius fructus pares sunt, uidelicet, etiam quinquaginta. Inæquales uero erunt permutationes, si capellania prædicta, S. Antonij habet in redditibus annuis ducentum ducatos, illa uero. S. Mariæ, quinquaginta.

Inter permutationes æquales uidelicet, & inæquales aliquæ constituuntur differentiæ, quarum una est, quia inæqualitas beneficiorum permutorum fraudis præsumptionem plerunque inducit, cap. unic. de rerum permuta. libro. 6. Rot. ulti. de re. permu. an sola disparitas in anti. & fasto. dub. 22. tertium dubium &c. Secus dicendum est in permutationibus æqualibus. Rursus permutatio beneficiorum in pluribus casibus sit contra inuitos, si beneficia sint æqualia, secus si inæqualia; latè Card. in c. quæstioni quæst. 38. nume. 23. de rer. permut. & in cle. upi. quæstio. 6. & Imol. num. 15. eo.

Permutationes inæqualium beneficiorum æquales effici possunt hoc modo, ¶ uni detur beneficium maiorum reddituum puta, 200. ducatorum, alteri uero contetur illud quod est minoris redditus, puta, 150. ducatorum assignata illi pensione. 50. ducatorum super fructibus beneficij, cui cesserat, uel super alio, seu parte fructuum. & de pensione super pinguiori beneficio permutato loquitur tex. in c. quæstiones de re. permu. & Ancha. con. 279. quæstio proponitur circa medium, & non solum cum permutanti pésio, seu fructuum pars reseruari, seu assignari, confuerit, sed etiam tertio.

Permutationes etiam æquales efficientur, si uni dabitur beneficium valoris. 200. ducatorum, alteri uero duo uel plura inter se compatibilis, quorum redditus simul sint ducati. 200. possunt enim plura beneficia pro uno, sed cù uno permutari, ut supponit tex. in c. uenerabilis ibi [per dictam Ecclesiam. S. Viti pro quibusdā ecclesiis, &c.] & ibi per Docto. de exceptio. Fed. de Sen. de rerum permut. quæst. 2. Gamma. in eo. tracta. num. 46. uer. postquam autem incidit sermo beneficiorum permutandorum fol. 10.

Permutatio beneficij curati cum simplici, seu pluribus simplicibus admittitur, Ioann. Andr. & alii in cap. cum uenerabilis de exceptio. Federic. de permuta. bene. quæstio. 12.

Clausula [ut alteri ex permutantibus, si compermutans facit ne permutatio sortiatur effectum, liceat etiam propria auctoritate ad beneficium redire] conceditur à signatura, & est iuri consona. Imo etiam absque illa clausula posset in casu permisso compermutans ad beneficium cessum redire, præsertim si possessio non fuit occupata ad c. si beneficium de præben. lib. 6. Rot. 100. not. quod ubi aliquis in anti. uideatur Rot. 23. fuit dubitatum post num. 4. in no. uer. in tertio dubio, & post nu. 5. doxi. con. 168. in primis, nu. 2. & toto con. lib. 2. Rebuff. de paci. posse. nu. 145. Steph. Bertran. conf. 133. usq. procelius, uer. præterea esto, par. 1. nu. 14.

Natura permutationis est, ut ille qui pro parte sua implevit contra alterum non impletum agere possit. I. Paulus, & I. cum precibus C. de re. permu.

Clausula [Et nō alias, aliter, nec alio modo] in permutationibus indistincte admittitur: immo etiam non apposita subintelligitur: Iura n. prohibent beneficia sic uacantia alijs quam cōperm̄ utatis conferri c. uni. de re. permu. lib. 6. cle. uni. eo. Rebuff. de paci. posse. nu. 146. Steph. super signa. fol. 67. uer. dico tamen quod dispositio illius cle. De hac clausula [Et non alias &c.] loquutus sum supra dum de resignationibus

nibus tractauit.

Permutationes in manibus Papæ tantum hodie fieri possum prout in Bulla Pii v.
de qua in celestem signationum.

CESSIONES.

Cessio, à cedo cedis deriuatur: Nihil aliud est cedere beneficio quam à beneficio discedere, prout iuxta tit. C. qui bon. cede. pos. declarabimus cedere bonis, i. discede à bonis, & quicquid nostrum erat tradere creditoribus. Et cedere iuri, discedere à iure, & ius quod habemus alteri tradere: Ita accipiemus uerba illa Ruth. cap. 4. Cedo iuri propinquitatis iterum, Tu meo utere priuilegio quo me libenter carere profiteor. Hic erat mos antiquus in Israël inter propinquos, ut si quando alter alteri suo iuri cedebat ut esset firma concessio, soluebat homo calcamentum suum, & dabat propinquo suo: hoc erat testimonium cessionis in Israël.

De cessione in alia materia, & quid sic cedere intercessioni, uel cedere prouocationi, uide Bud. in Annot. in Pandec. super l. 2. uer. Vnde cedere intercessioni. ff. de ori. iur. Quid etiam cedere legibus, cedere patria, cedere uita, cedere etiam fortunæ, cedere oneri, uel honori per eundem But. in l. hominem. §. quoties, ad ff. ff. depo. Et fortunæ cedendum, qd sic habes apud Cæsarem propè ff. libri 7. Belli Galli.

Cessiones an a resignationibus, de quibus supra loquuti sumus, differant discussio-
mus: & uidetur quod non per tex. in c. susceptum de rescr. lib. 6. ubi ad similes esse-
ctus tex. primò loquitur de resignatione, postea de cessione. Idem colligitur ex glos.
rub. de renu. in cle. & iis quæ no. Boni. de Vitali. in cle. 1. nu. 6. eo. & Rebuff super cō-
cor. rub. de Reg. ad præla. nomi. faci. §. monasterijs, in uer. cessionem. Contrarium te-
nuit glo. Reg. Cancel. 43. iuxta ordinem antiquum, & licet à Rebuff. mordeatur, nega-
ri non potest quin in aliquibus inter se differant, & ad diuersos fines, per diuersa me-
dia, diuersasque clausulas tendant.

Quando ceditur iuri, aut concessioni gratiæ literis non confessis, tunc derogatur
iuri patronatus ut supra.

Derogatur etiam priuilegijs, & indultis cardinalium ut supra.

Quando ceditur liti, iuri, & causæ, tunc dantur omnes derogationes, & suspen-
siones necessariae. Quid autem operetur cessio liti, iuri, & causæ, uide Caffa. Dec. 12.
nu. 7. de appell. & uoluit Rot. 306. in no. Auditorem Rotæ admitttere posse cessionem
litis, & causæ, sed non iuris. illam Dec. 306. sequitur Feli. licet illam corruptè citet
in c. per tuas. col. 2. circa medium. de simo.

Clausula illa [cessit omni iuri &c.] non extenditur ad ius quod in futurum compe-
tere poterit. c. cum inter. de renu. glo. 2. & Abb. in c. ex multiplici, de deci. Bal. in l. pa-
cium C. de colla. Glo. pragma. de subla. cle. literis in uer. cuiuscunque.

In cessione quæ sit iuri, liti, & causæ, cauendum est ne aliquid temporale soluatur,
seu promittatur, etiam ratione expensarum. ad nota. per Pau Roma, in tracta. Pensio
in 6. q. an penfio redimi posit. nu. 17.

Derogatur etiam, ut dixi, Regulæ de subrogandis colli. addita clausula uidelicet.
Attento quod orator non est cedente potentior. Vide per Inn. & Holtien. in ca. 1. de
alie. iudi. mutan. cau. fa. Rot. 177. cessio facta, in no. & latè per Sarnen. in 1. q. Reg. præ-
fata de subrogan. nu. 2.

Illa clausula [Attento quod non est cedente potentior] seu [dummodo non in po-
tentiores] rationi, & iuri consona est: Potentioribus enim pares esse non possumus,
inquit tex. in l. quia etiam in prin. ff. de alie. iudi. mutan. cau. fa. & in Auth. ut omnes
obe. iudi. prouin. §. si uero, uer. Nec latè, ut nec tutum sit contra tales negotium su-
scipere simplici clero favoribus impari, est bonus tex. in l. qui cum nno. §. non om-
nis

Q V I N T . M A N D O S I I .

nis qui litem habuit & ideo militauerit exauthorari iubetur, sed qui eo animo militiz se dedit, ut sub obtentu militie pretiosorem se aduersario faceret. Exponit ab Bud. pretiosorem, i. duriorem, & intractabiliorem. ff. de re mil. pro præmisis adduci etiam potest rub. & l. 1. & 2. C. ne lice. potentio.

Potentiorem præcipue dicas ratione officii, uel dignitatis quo cesso regulariter prohibetur, & cedens omne ius perdere debet quod habet, calus est in l. 2. C. ne lice. poter. secundum Specu. de cesso. actio. §. 1. uer. Quod autem dixi. Sozzi. Regu. 48. in 1. Fall. item uerū quādo fit malitiōse causa opprimendi aduersarium. secus si bona fide, argu. tex. in l. qui stipendia. C. de proc. Abb. in c. fi. de alie. iudi. mutan.

Similiter nec cancellatur reseruatio expressa, uel exprimenda.

Nec tolluntur, seu extinguntur reseruationes, uniones. &c. sed suspenduntur, ut supra in resignationibus dixi.

Dantur omnes derogationes priuilegiorum, & indultorum, etiam iuris patronatus laicorum, etiam principum in totum. Regum excepto: nisi antea fuisset illi simel derogatum: tunc enim facile illi derogaretur, ex quo iam' derogari consueverit. argu. tex. in l. 1. §. permittitur ff. de aqua quotid. iun. glo. in uer. im petrabile. Et ex illo tex. infert Bal. conf. 12 1. primò queritur, in prin. lib. 1. ad alienationem rei ecclesiastice, ut non requiratur in ea tractatus si sit alienari solita: secus si alienari non consueuerit. Idem uoluit Alex. conf. 189. uiso. nu. 19. lib. 2.

Clausula[quod litteræ in forma nouę, seu simplicis prouisionis expediri possint] non comprehendit propter reseruationem inibi forsitan expressam, ob quam forte Papa non daret petenti beneficium, nisi ipsem signaret.

R E T R O C E S S I O N E S .

Retrocedere nil aliud est quam iuri, seu beneficio ab aliquo cesso, uel resignato in eiusdem cedentis fauorem cedere. Huius cessionis formula est. Cum deuotus orator A. cui alia's, seu nuper de beneficio S. Nicolai tunc per liberam resignationem de uoti etiam oratoris uelftri. B. in manibus S. V. sponte factam uacan. prout sum, seu p uideri concessum extitit, concessionem gratia huiusmodi, ac omni iuri in illo, uel ad illud sibi quomodolibet compet. literis desuper non expeditis, & possessione non habita ex certis causis animum suum uouentibus in eisdem manibus, uel alterius ad id potestatem habentis, sponte, & libere cedere, dictumq; beneficium resignare, seu retrocedere in fauore tamē dicti B. propónat, prout cedit, & resignat, seu retrocedit de præsenti, applicat &c.

Eodem ferè clausula cōceduntur in retrocessionibus, quæ in cessionibus, seu resignationibus: Et retrocessione plerunq; fuit literis non expeditis, & possessione non habita, de quibus clausulis loquutus sum supra dum de resignationibus tractau, uersi. beneficii obtenti.

Retrocessiones sepe fuit ad effectum ut retrocedenti referuentur regressus, seu fructus, uel pensiones obtentu retrocessionis: quæ alioqui non concederentur, uel difficultius, & nō ita validè: Et tūc in supplicatione ponitur clausula. [Ne ex resignatione, cessione, seu retrocessione huiusmodi nimium dispendium patiatur &c.] ad tex. in c. super hoc. de renun.

In Hispanijs solent nonnunquam eodem contextu procuratores a partibus constituti ad resignandum in manibus Papæ, nec non retrocedendum reseruato regres- su, pensione, uel fructibus. Isti actus correspondunt ad Bal. & alios in l. petens. C. de pact. Cern. confi. ult. lib. 1. nu. 1. & seq. confi. 136. nu. 1 4. & seq. lib. 2. Ay- mo confi. 153. ultra iam. nu. 8. Vnde tum de inualiditate actuuum, tam de simonia du- bitari

bitari posset. Ego consului in supplicationibus de super signandis hanc, vel similem clausulam ponit, quæ posita, & concessa fuit uidelicet. Et an A. ad cedendum, vel resigndandum dictum beneficium in favorem B. ipse uero B ad retrocedendum in favorem dicti A. & ipse A. ad consentiendum regressui &c. ac pensioni, seu fructuum reservationi in favorem B. eodem contextu procuratores constituerint exprimi poshit: & tunc cum opportuna absolutione, ac dispensatione de super necessariis.

Magnum sui dubium in Rota, an resignans bis idem beneficium uere periuersus dicatur ad effectum ut retrocessio postea facta non teneat. Die 27. Februarii 1542. coram Sarnen. in Brixien. obtinui pro negativa in favorem Patriarchæ constant. clientis mei: ca præserit ratione, quia iuramentum assertorum non infamat. Abb. in c. querelam, in 3. not. de iure iuri. Et illa opin. an collatio facta periuero subsistat, est ual de dubia, ut late per Feli in c. ex parte. de rescrip. unde in dubio D. Patriarcha excusandus ueniebat. Hanc conclu annotauit Putens Dec. 2. sub titulo de iure iuri. ultra ibi adducta plura alia ego in medium afferebam, quæ hic non refero.

Quæro an pensionarius teneatur acceptare retrocessionē, si cessionarius qui succubuit super beneficio propter non bonum ius, velit retrocedere? Rota, ex quo pension fuit nulla à principio in Segobrien. Pension. de Valle Ludo coram Fabio 16. Octobris, conclusit pro opin. affirmatiua, prout Dec. Putei: 7 seu ult. sub titulo de pension. uide infra de Pensio. uers. clausula in supplicatione pensionis, cum duabus quæstio subseq.

De retrocessione præsumpta post lapsum triennij uide nota. Alle. Lapi 89. & quæ ibi addo, & Sarnen. in 24. q. Reg. de Trier. post nu. 5.

S V B R O G A T I O N E S.

Subrogatio (iuxta terminos nostros) nihil aliud est quam substitutio, vel sufficiatio in locum defuncti cum aliquo super beneficio litigantis. De subrogatione in locum defuncti loquitur tex. in l. properandum. ff. de iudic. sed magis ad rem nostram est text. in ca. fin. ut lit. peuden. lib. 6. & in cle. 1. uers. si uero alter, cum glo. in uersic. mori. eo.

Subrogationum altera est gratiosa, dum ipse Papa subrogat per uerbum, subrogamus. Altera rigorosa, quæ dicitur mandatum de subrogando, per uerba, subrogari mandamus, vel subroges, & familia, prout declarat Cassa. de utraque loquens Dec. 1. ut li. pendens. uide Sarnen. in 70. q. Reg. de Anna. nu. 2. supplicationis subrogationis formulam possumus l. q. Reg. de subro. nu. 5.

Inter alias differentias, quæ inter subrogationes prædictas constitui possunt, unâ hic subiiciam iuxta pulchram Dec. Mohel. 2. de Subrogan. aliâs 327. in hac uerba, Fuit resolutum magnam esse differentiam inter subrogationem rigorosam. i. mandatum de subrogando datum Auditori ut subrogationem faciat etiam quo ad possessionem, & subrogationem datam in forma gratiosa: nam in prima, quæ est rigorosa non est danda possessio nisi prius discusio iure actoris, in quo alius est subrogatus. Et ita de anno 1539. mense Februarii coram Rauellen. in Gerunden. Beneficii Heltteria, in quo Antonius Castilla fuit subrogatus in ius Petri Castillæ, fuit resolutum non esse dandam possessionem nisi prius discusio iure Petri auditoris Antonii. ad Decisio. 10. in nou. ut lite. pendente. ex eo quod Auditor non potest tradere possessionem nisi illi cui de iure competit, id est habentia ius bonum in beneficio, ad cuius resolutionem opus est audire partes, & discussere eorum iura, quia contra subrogationem possent opponi plures exceptiones, ut tenet Cardi. in cle. uni. col. 5. de sequ. possessio. & fructu. maxime exceptio defensio.

Q V I N T . M A N D O S I I .

Etus iuris. Idem Card. consi. 145. col. 2. & contra mandatum de subrogando potest opponi de subreptione, & non patitur ius dari in beneficialibus uitiosum ingressum ad c. uni. de eo qui inua. pos. cau. rei seruan. In secunda autem subrogatione in forma gratiosa non est facienda discussio, quia subrogatus gratiosè potest intrare in possessionem propria auctoritate, etiam lit. penden. sine uitio attentatorum, & ita fuit decisum coram R.P.D. Episcopo Aqueñ. in causa Lucensi parochialis de Villa Rubin. inter Ludouicum Valcarce ex una, & Ferdinandum Arias ex altera. 29. Octobris. 1540. quia quando Papa gratiosè subrogat etiam quoad possessionem, tunc statim sine alia disputatione de iure auctoris, est danda possessio, quia ita Papa mandat cuius mandato est obtemperandum; & ita in multis causis fuit obseruatum in Rota. Et subrogatus potest intrare possessionem propria auctoritate. Et ratio est, quia licet possessio defuncti non transeat in heredem, ut est tex. in l. cum heredes. ff. de æqui. poss. Ex Decreto tamen Iudicis, seu Statuto potest fieri, quod possesso continuetur in heredem, ut tenet Alex. in d.l. cum heredes. & in l.s. auctor, & ibi Iaf. C. de. iu. deli. Sic per subrogationem gratiosam potest Papa transferre possessionem, & continuare de uno in alium, facit l. raptore. C. de epi. & cle. in argu.

In subrogationibus derogatur omnibus priuilegiis, & indul tis (prout supra) Regis, & Reginæ indulto excepto, nisi antea pro eodem Oratore semel fuisse derogatum.

Derogatio Regulæ de Subrogati. nulli dare deberet, uideantur quæ dixi, supra in de rogationibus Regulat um.

Subrogatio pro non collitigante de iure concedi non deberet, beneficia enim litigiosa conferri non debent nisi collitigatis. c. 1. & 2. ut lite penden. cle. 1. eo. tamen datur absque derogatione dictæ Regulæ quando collitigans extra Romanam Curiam decesit: si apud Sedem, non, nisi esset notabile tempus uidelicet duorum, aut trium mensium intermedium: Et hæc ex Decreto facto per Alex. VI. de quo etiam loquitur Rebuff. in praxi in forma nouæ prouisionis nu. 12. pag. 164.

Non datur clausula. Quod literæ in forma nouæ, uel simplicis prouisionis expediti possunt.

In Monasteriis Conſitorialibus, quæ reseruata sunt per Regulam Cancella. 2. non datur regulariter subrogatio, uideatur Staphi. super ligna. fo. 165. à ter. uers. est alijs casus.

In subrogationibus siue aduersariis decesserit in Rom. Cu. siue extra eam, debet narrari status litis. Et in huiusmodi subrogationibus adduntur in fi. hæc uerba uidelicet, [Et quatenus sit uera lis.] & sic excluditur lis calumniosa, uel notoriæ iniuria. ad l. in summa. uersi. si autem euident calumnia. ff. de cond. inde. Abb. super rub. de transact. post prin. Rot. Bisigne. 2. de re. permu. in fi. in antiquo. Caff. Dec. 7. de do. & contu. & Dec. 5. ut lit. penden nu. 3.

Amplia ut excludatur etiā lis per rem iudicatā finita, etiā si subrogatio sit cū clausulis favorabilibus, & in ea Papa declareret, quod iuri tertii præiudicetur, prout per Io. Bapt. Ferret. consi. 12. tota controuersia, nu. 10. uer. ad unum aliud.

Hodie R. D. Datarius non concedit subrogationes nisi sibi aliquantum constet de bono iure petētis se in ius, seu ad ius aduersarii defuncti subrogari, & hoc facit ad tollendas lites, quod omnia iura suadent, ad tex. in l. quidam exstimator. ff. si cer. petal. minoribus. xxv. annis. ff. de mino. l. item si res. §. ff. de alie. iudi. mutan. cau. fa. c. finem litibus. de do. & contu. c. dispendia. de rescrip. lib. VI. & prouerb. cap. 16. & seq. ubi lites exquirentes peruersi appellantur.

S I G N A T . G R A T .
N O V A E P R O V I S I O N E S .

16

Noua prouisio alium titulum necessariò præcessisse supponit.Rot. 531. primo, & secundo in anti. Belle. 1 16. si petens, glo. super regula. 62. iuxta ordinem anti. col. 2. Pro noua prouisione uideatur late per Pet. Rebuff. in praxi sub rubrica de noua, & simplici prouisione. pag. 145. cum pluribus sequentibus.

Nouam prouisionem concedit etiam Papa postquam semel ipse prouidit, & hoc iure utimur, quicquid in contrarinm annotatum reperiatur in lib. nuncupato prouin. fol. 60. a ter. sub rub. nota plura notabilia. uers. item super prouisionibus factis, & quicquid dicat Rebuff. ubi supra nu. 5. uers. sed si semel summus Pontifex, & super concor. in formanda. apo. in uer. gratiam uer. aliud est rescriptum gratiae pag. 546. uideantur, quæ dixi in 9. q. 33. reg. præsentim nu. 9.

Verba hæc [Acceptationem, & prouisionem, seu prouisionem, & collationem huiusmodi ratas, & gratas habentes.] cancellari debent, cum forsan inualidè sint factæ.

Reservatio aliqua expressa, uel exprimenda concedi non debet, nisi Papa signet, vel prouisio facta esset uigore facultatis resignandi, & permundandi; quoad beneficia reservata semper se extendit, & tunc datur reservatio.

In noua prouisione uigore permutationis extra Ro. Cu. factæ licet non sit uigore facultatis, tamen datur reservatio, cum de beneficiis huiusmodi non possit nisi compermutantibus prouideri. ca. 1. de re. permuta. libro 6. clem. unic. eo. Imò iuxta opin. aliquorum permutatio non inducit ueram uacationem beneficiorum, nec per illam datur uera uacatio. Fed. de Sen. consi. 62. uerius uidetur col. 2. uers. illud autem tempus uacationis est momentaneum &c. & postea uer. quod autem dicit supra &c. & cons. 73. factum tale est, & in eiusdem tracta. permu. in 10. q. ibi etiam quod in permutationibus non additur beneficium, sed unum loco alterius subrogatur, sequitur Cardi. in c. qualitum in 19. q. nu. 15. de re. permu. Mil. in suo reper. in uer. gratiam beneficii impletans ex causa permutationis. Verior tamen opin. uideatur quod ex causa permutationis inducatur uera beneficiorum uacatio, ut notatur in dicto c. 1. de re. permu. lib. 6. & in cle. 1. eo Rot. 498. no. q. beneficia ex causa permutationis, & 862. si A. in anti. Lamb. de iu. patro. in 6. art. 6. q. prin. in 1. par. li. 2. nu. 2. fo. 201.

Impetrantes quando petunt quod literæ in forma nouæ, uel omissa narratiua præmissorum in forma simplicis prouisionis expediri possint, tunc addi debet clausula uidelicet Et tunc literæ expediantur abfq; aliqua expressione generalis reservatio nisi ipse Papa signet.

Noua prouisio narrato q. alias de facto per Vicarium episcopi licet non ad eum, sed ad alium spectaret collatio, fuerat sibi prouisum, sicut tenta per Rotam non subreptitia si producatur collatio asserti uicarii, licet de eius facultate, uel uicariatu aliter non constatet, quo casu gesta per uicarium inualida sunt prout per Bald. in c. 1. § 1. in fi. si inter domi. & uasal. super inue. lis ori. & Io. Firmia. in tracta. epis. in 7. par. 4. lib. q. 8. nu. 10. Resolutionem habes Dec. Crescen. 154. alias 8. sub titulo de præben. Ratio erat, quia cum fuisset exppositum q. de facto collatio facta fuerat, cum spectaret ad alterius collationem, Papa non fecit fundamentum in uicariatu, nec in facultate uicarii conferendi, cum omnino supponeret non esse ad illius collationem, sed tantum in mera prouisione emanata de facto.

Derogationes omnes supra expressæ etiam procedunt in nouis prouisionibus, ex causa tamen permutationis derogatur iuri patronatus in totum. Quæ iuris patronatus derogatio nisi obtineretur, illi discussioni locus esset, an requireretur præsentatio.

Q V I N T . M A N D O S I I

ratio patroni, an sufficiat consensu, an præsentatio facta contemptu patrono sit nulla, uel irritanda, prout per Ro.307. permutatio facta, & per Fede. de Sen. in tracta. permu. quest. 30. per Feli. in tracta. quan. lute. aposto. no. patro. in. 8. ampli. & nouissi mē per Lamber. ubi supra art. 6. post nu. 2. uers. circa hanc, & nu. 20. & seq. fol. 201. & seq. ubi late.

Si petatur in clausulis, quod nomen & cognomen defuncti exprimi possit, non debet aliquid deleri, cum in collatione ordinarii, uel in instrumento acceptationis, & prouisionis illa iam expressa præsumi debeant; & licet gratiam beneficiale impi trans, nomen & cognomen suum exprimere debeat. Arch. 25. q. 2. in sum. Imol. in c. cum accessissent, & ibi Fel. in prin. de consti. Rebus. in tracta. nomi. q. 14. n. 33. & in praxi in for. Signa. in uer. Iohannes Balui, tamen satis expressa dici possunt, cum (ut præmititur) in precedenti prouisione, seu actu expressa supponantur.

At si in clausulis adsit qd̄ posuit fieri mentio qualitatum, non tamen exprimi potest cura, ut tenuit Rota 24. Aprilis 1544. in causa Paduan. parochialis, prout Dec. Putei 44. de præben.

Clausula [Et qd̄ oblatiæ, ac beneficiales, & causæ annullatiæ, & infectiæ de quibus per Cassa. Dec. 6. de præben.] comprehéndunt procur. Dec. Achil. 9. eo. quamcum que nullitatem, etiam in qua requiretur dispensatio, uel in qua esset defectus substantiæ. Et Doctri. Feli. in c. 2. nu. 5. de rescr. fuit declarata procedere in prouisio ne, non autem in noua prouisione.

Tempore Sixti, Innocentii, & postea in nouis prouisionibus, & etiam simplicibus, ut audiui, tolli consueuerunt illa uerba uidelicet. [etiam si per nō debitas diligentias vigore expectatiæ factas, uel omisssas uacet] & hoc propter regulam de Diligentiis, meo autem tempore clausula illa concedi solebat, sed nunc illi clausulæ locus non est, quia expectatiæ non conceduntur.

Nouæ prouisiones concedebarunt expectantibus, si post acceptationes, & ante publicationes æquipollebant publicationibus, & ipsæ tantum canonizandæ ueniebāt. ad conf. Rom. 433. quo ad primum. num. 6. in secundo arti. Cassa. Dec. 21. num. 1. cum duabus decisi. sequent. super Regulis Parisi. confi. 118. in princip. & per totum uolum. 4.

Gratificationis clausula quatenus illi locus sit, si petatur, conceditur. de qua clausula, & eius effectu loquutus sum supra, dum de prouisionibus tractaui.

Præsentato per patronos, aut patronorum medietatem ad beneficium petenti nouam prouisionem cum derogatione iuris patronatus laicorum, derogatio huiusmodi di conceditur. Ratio adduci potest, quia tunc non consideratur patronorum spretus, de quo in c. decernimus. 16. q. 7. & per Rot. Belle. 163. & 177.

Quando prouisus auctoritariorum ordinaria beneficio iuris patronatus laicorum possessione subsequita petit nouam prouisionem cum derogatione iuris patronatus huiusmodi attenta possessione, debent addi in fine clausula derogationis huiusmodi hæc uerba uidelicet. [Et patronis nō reclamatiib⁹, nel pro medietate.] Reclamantiib⁹ patronis indistincte collatio inualida redditur, propter tex. in alle. c. decernimus. 16. q. 7. Non reclamantibus autem patronis, an & quando collatio subsistat, trahat Card. in cle. 2. col. 7. uer. si ergo post institutionem factam, de supl. negl. prælat. & Feli. in c. cum Bertoldus in 4. & 5. limi. nu. 14. & seq. de re iudi. quem sequitur Cassa. Dec. 2. num. 4. de loca.

Noua prouisio etiam conceditur præsentato à patronis, & ab ordinario instituto, cuius formulam posuit in 6. q. 31. Reg. nu. 4.

Noua autem prouisio an detur præsentato à patronis, eum ordinario instituere recusante, diuerſimodè feruari uidi, & conceditur potius in fauorem præsentati à personis

personis priuatis, quam ab uniuersitatibus, dominis temporalibus, seu principiis in quibus signatura presumitus patronatus potius esse, ex usurpatione, quam ex fundatione, uel dotatione iuxta op. Anto. de Butr. in ca. dilectus, de offic. delega. de qua Dec. Pto. 87. in qua attestatur, quod licet in familia priuata qui ab immemorabili tempore presentarunt, si allegant se patronos ex fundatione, & dotatione concurrente immemorabili tempore, presumatur ius patronatus ex fundatione & dotatione, secus autem conclusum fuit in Oscen. S. Vincentii coram Sarren. & in pluribus alijs causis in uniuersitate, in domino temporali, & in famili po tente quod immo presumatur ex usurpatione, prout etiam Dec. Mohed. 223. alias 253. Hinc uidemus quod aliquando signaturae praepositi, dum a potentibus presen tati, & ab ordinario non instituti, nouas prouisiones petunt, requirere solent, ut aliquid eis super fundamento iuris patronatus ostendatur, seu per aliqua iura summarie, & extra judicialiter, uel saltem presumptiuē de iure patronatus eis fides fiat.

Ego autem dum Illustriss. D. mea. D. Isabellæ Columnae Principissie Solmonæ ius patronatus defendarem, & pro illius conseruatione pro uirili pugnarem; auda cter asterebam, & probabam nouas prouisiones huiusmodi ab ea presentatis, illos Episcopo Gaetano instituere recusante, nullo modo denegari posse, adducebam. ca. decernimūs, & c. monasterium iun. glo. fi. in f. 1. 6. q. 7. glo. in c. cum Bertoldus, in uer. aduersus. de re iud. & alia qualiter videre licet in preall. q. 6. 31. reg. nu. 8. & seq. & nu. præceden. posui formulam huiusmodi nouæ prouisionis pro presentato, eum ordinario instituere recusante, similes nouas prouisiones sepe obtinui, sed non abs que maximo labore.

Noua prouisio non datur illi qui per Rectorem alicuius uniuersitatis in Gallia ad aliquod beneficium est nominatus, cum nominatio sit una ex potentioribus concessionibus pragmatice, seu concordatorum, prout in S. præterea, sub rubr. de collatio. in concorda. & nominationum pulchrum tractatum fecit Rebuss. ubi omnia quæ desiderari possunt in illa materia discussit. Addetur igitur clausula uidelicet [Et cum expressione, quod nominatio huiusmodi facta sunt uigore priuilegii apostolici.]

Oratrici narranti se electam in Abbatissam per moniales illius Monasterii non datur noua prouisio, neque confirmatio, nisi dicat se electam per conuentum, aut medietatem conuentus; potuerunt enim duo, uel tres moniales eam elegisse, & narratua, uera esset, uulga. l. ubi numerus. ff. de testimo. l. inter illam, in fin. ff. de uerborum significatione c. pluralis loquutio, de reg. iur. lib. 6. Si talis noua prouisio, uel confirmatio illi conceditur additur clausula uidelicet. [& de consensu mediatis conuentus.]

Abbatissa, uel Priorissa monasterii monialium secularium, siue canonistarum, si petat simplicem, uel nouam prouisionem super abbatissatu, uel prioratu, nou expressa conuentualitate, tunc addi debet clausula uidelicet. Et si conuentualis fit tunc de eo.]

Quero in breui Apostolico, in Idulto alicuius Cardinalis, uel in alia gratia ap posita est clausula dummodo infra sex menses nouam prouisionem expeditat, Iura que camere Apostolice persoluantur si intra tale, uel aliud tempus præfixum quis non expedierit nouam prouisionem gratia corrut, seu prouisio facta inualida sit? Pro opin. negatiua facit in simili tex. in l. muto. §. hanc autem, ibi. non conditionem in se habere, sed admonitionem. ff. de tute. glo. in c. non potest, in uer. retinere, ad ff. de præb. lib. vi. Rot. 231. Ordinatio, in nou. Oldra. consl. 165. Thema cuidam, ad ff. uers. non ob. clausula literæ. Partem affirmatiuam tenuit Rota in pluribus cau

Q V I N T . M A N D O S I T

sis, prout etiam habes Dec. Crescen. 290. incipien. Clausula multoties. ea præsertim ratione quia subiçuntur alia uerba uidelicet. alioqui &c. quæ vim decreti habent, & actum aliter gestum inualidum reddunt. ad Bar. in l. i. nu. 11. in 4. q. ff. de cond. & demon. & per alios quos cito in 6. q. Reg. de unio. nu. 5,

P E R I N D E V A L E R E.

Perinde ualere. i. ita ualere, ad tex. in l. diuortio, uers. quod si interea prius quam officium implet res amissa est, perinde negotiorum gestorum non tenetur. ff. de nego. gesto. l. perinde. ff. loca. hic uerbum, perinde, ueritatem inducit, non fictionem, intelligo quo ad effectus, prout etiam in l. j. uers. seruus pignori datus, quod attinet ad ad debitoris necem, per omnia perinde habeatur, atque h. pignori datus non esset. ff. ad Sille. & uoluerint Bald. & Ange. per illum tex. in l. sed. & si lege. §. perinde ff. de pēti. hære. & D. meus confi. 124. placet col. 3. post prin. ac conf. 361. num. 4. dictionem perinde omnimodam similitudinem denotare, prout etiā est tex. in l. i. ff. de receptato. quem ad hoc ponderat Grat. respn. 137. dubitatur an gratia lib. t. num. 10. propria huius dictionis natura est impropteritatem, & fictionem denotare, preuale. l. sed & si lege. §. perinde, & ibi Ange. ff. de petitio. hæredi. l. j. iun. gloss. j. ff. de receptato. Felin. in c. ultra tertiam in fi. de testi. Ias. in l. si is qui pro emptore. num. 218. ff. de usuca. Rui. confi. 54. num. 3. & confi. 43. num. 2. uol. 5. Hypo. de Marsil. super rub. C. de probatio. num. 76. Nec per omnia operatur. l. sed & si restituatur. ibi [perinde autem habendum, ac si ipse adiūset hæreditatem.] Iun. glo. in uer. perinde, quæ supplet quoad hoc ut non possit conueniri, sicut si ipse adiūset. ff. de iudi. Bar. in extra. ad reprimendum in uer. perinde, qui subdit non tamē per omnia, Ias. in l. filio quem pater nu. 18. ff. de libe. & postu. pro qua dictione uideatur Claud. Seysel. in l. rem quæ nobis. nume. 1. ff. de acquir. posse. Et de dictione, perinde, quod quando ei iungitur dictio, per omnia, quod omnimodam inducat æqualitatem, uideatur Io. Igneus in l. j. §. seruus. num. 14. ubi hanc dicit communem. ff. ad fill.

Huc spectat quod uoluit Cassia. Dec. 6. de con. præb. quod habens expectatiuam sub data concessionis gratiæ, si concurrat cum habente gratiam clausula adiecta [q. perinde ualeat ac si sub prima data, & sub primis processibus concessa fuisset] ille uerus præferatur, ex quo concurrat circa idem cum habente fictam datam argum. tex. in l. filio quem pater. ff. de libe. & posth. u. Rebuff. super concor. in for. manda. A. post. dum de rescripto, perinde ualere, tractat.

Perinde ualere, gratia spiritum primi rescripti extinti suscitab. Gemini. conf. 118. super prima num. 7. Rom. conf. 262. quo ad primum num. 5. Cassia. dec. 33. super reg. num. 6. De rescripto, perinde ualere, uideatur latè Rebuff. in praxi pag. 237. dum de rescriptis, & perinde ualere tractat: Formulam, perinde ualere, posui in 84. q. Reg. de Anna. num. 4.

Literæ, & processus, quod ualeant ab omni eorum data, non conceditur, nisi in mutationibus collationum, & reualidationibus, & tunc additur uerbum uidelicet. Ad uacatura, alioqui tolleretur ius quæsitum, & propterea addi debent uerba hæc. A data præsentium, data enim in gratiis beneficialibus attendi debet. cap. capitulum iux. communem intellectum ibi datum per Docto. de refr. c. tibi, & cap. duobus, in prin. eo. lib. 6. Et hæc præterquam in mutationibus, & reualidationibus prædictis. Prouin. fo. 64. uers. item nota quod si datur perinde ualere pro gratia expectatiua, & uer. sequen.

Aliquando ēt in aliis casibus conceditur, perinde ualere, prima data, ut etiam supponit Paris. con. 44. pro D. Hiero. nu. 6, & seq. uol. 4.

Super

Super literis per pœnitentiariam expeditis, & super breuibus non conceditur, per inde ualere, neque literæ & breuia huiusmodi confirmantur, sed gratia per illas, & illex concessæ per signaturam gratie denuo dantur, & sic signatura diceret de nouo: Ratio est, quia, iuxta opinionem aliorum de Cancellaria, literæ pœnitentiariæ, & breuia non sunt propriæ literæ Apostolicæ. An autem terè breuia possint dici literæ Apostolicæ, uideatur per Sarnen in tracta, breuium colum. 3. & sequen. numero 5. & sequen. numer. 9. & per me in 11. quæstio, Reg. de non iudi. iuxt. for. suppli.

Indistinctè dicimus [perinde ualere.] Non concedi super gratia facta per alium a Papa, ut in li. nuncupato prouinciale, dicto fo. 64. uers. item nota q[uod] perinde ualere nō datur super gratia &c.

Perinde igitur ualere, ei concedetur, qui dubitat prouisionem factam' per Papam uiribus non subsistere: tunc enim Papa uult, q[uod] collatio, seu prouisio perinde ualeat, ac si à principio uera collatio, seu prouisio facta fuisset ualidè; nec rescriptum huius modi tollit ius interim tertio acquisitus per alias collationem, seu prouisionem, ad c. quamuis de rescr. lib. 6. Gemi. conf. 1. lite pendente, & conf. 128. factum tale, nu. 7 ubi in terminis.

Notandum est quod hæc clausula [perinde acsi] concedi nonnunquam confueuit per signaturam non præcedente gratia Papæ, prout in casu quem ponam infra dum de dispensationibus loquar, uers. dispensatum fuit tempore Lapi.

Super literis expectatiis in forma p[ro]pterum concessis [perinde ualere] dari non confueuit, cum literæ huiusmodi sint literæ iustitiae; qui enim altari seruit, de altari uiuere debet. cap. cum secundum apostolum de præben. c. accepimus. de exate. & qualita. præfi. Rot. 462. nota. quod gratia in anti. & in nota. 106. gratia in forma.

Perinde ualere.] Non confueuit concedi super supplicatione signata; sed super literis expeditis, ut per Staph. super signa. fol. 168. uers. & in hoc differt gratia si neutrari, ab illa perinde ualere.

In literis perinde ualere; ultra illud quod est in supplicatione, nihil suppletur. Prouinc. folio 64. uersi. item nota quod in gratia perinde ualere, non debet suppleri &c.

Gratia [perinde ualere] an det titulum corolatum? Rota conclusit pro affirmativa in causa Astorien. parochialis de Torrera coram R. P. D. Prospero 16. Octobris 1547. prout Dec. Putei 7. de præb. De titulo colorato tructo in 27. q. 16. Regu.

REFORMATIONES.

Reformationes cum rescriptis, perinde ualere, magnam conformitatem habent, & reformatoria gratia ad hoc tendit, ut omissum suppletat, uel male expressum corrigit seu emendet. Et sic reformationem describemus esse reductionem in meliorem formam, ita accepit Quintil. lib. 12. cap. 6. Apollonio Miloni (inquit) Rhodius reformandum, ac uelut recoquendum se dedit. Pli. in Pane. Omnia P. C. q[uod] de alijs principiis ante aut dicuntur, aut dicta sunt eò pertinent, ut ostendam quā longa conuentidine corruptos, depravatosque mores principatus parens noster reformat, & corrigit. Reformatio etiam in peius habens in l. j. cir. prin. uers. Licet autem nonnunquam bene latas sententias in peius reformat.

Reformatio nonnunquam usurpat pro denso constituere seu immutare. I. uectigalia, ibi [Neque curia constituere, neque reformatio.] ff. de publica. l. 3. in fi. C. commu. ut. iudi. Bal. in labientem nu. 4. C. de accu.

C. Nec

Nec dicetur noua gratia, nec ex reformati one ageretur, sed ex principali gratia, ut in aliis terminis dicunt Docto. præsertim Alexan. nume. 6. in l. iurisgentium. §. adeo, uersic. an uero uideatur non reuocatus, sed solum reformatus, & sic daret contractus antiquus, & actio antiqua. ff. de pac. & quod reformatio non inducat mutationem in toto, seu in substantia, probant text. in c. statutum iun. gloss. in uersic. reformandum. de rescrip. lib. 6. & in cap. qualiter, & quando. i. de accusatio. ubi Ecclesia dicitur in capite, & membris reformati, absque eo quod ipsa Ecclesia, seu subiectum mutetur. Et declarat Ias. in l. petens nume. 2. uersic. secundo est reformatio C. de pac. Negari autem non potest, quin reformatum aliquo modo renouatum dici possit, ad tex. in alle. l. iurisgentium. §. si igitur. Pro quibus, & quid sit reformatio, & quos effectus parat, & in quibus differant reformatio, & informare, uideantur Bald. Fulgo. Pau. Caſtreñ. & Iason nume. 2. & 19. in l. lecta. ff. si cer. peta. & idem Paul. in l. j. numero. 3. uersic. Vnde si uendidi. C. quan. lite, ab empti. disce.

Reformatio gratia non est necesse quod exprimat qualitates, & alia in prima gratia expressa. Rot. 274. licet in subrogatione, in nou. uersic. dixerunt omnes domini propter hoc secundam gratiam non uitiari, nec fore surreptitiam tunc, quia cen- setur reformatio quædam primæ gratiæ, in qua non est necesse beneficia exprimere antea expressa, secundum ordinationem nouam. D. Gregorii XI. &c. idem Belle 635. supposita ordinatione. Fely. in c. in nostra in 16. corre. de resc. Ioan. de Syl. de bene. par. 3. q. 12. nu. 14. in 8. quali. Rebuff. super reg. de Anna. gl. 7. uers. nec habet locum si reformatio prima gratia &c.

Reformationum, quæ per signaturam concedi solent, infinitæ sunt formulæ iuxta casus qui occurruunt. Reformationis formulam super cognomine, & familiaritate oratoris, & alteram ad excludendam simoniæ labem, posui in 84. q. Reg. de Anna. nume. 2. & 3. Pulchram reformationem pro supplenda expressione habes in capite con. Gemini. 110. quod incipit super ista supplicatione. Aliæ iuxta subiectam materiam formari consueuere paucis uerbis, & semper cum clausula hac uidelicet. Et aliæ iuxta formam præinsertæ, seu iuxta formam supplicationis signatae &c. cum omnibus, & singulis non obstan. &c. clausulis in illa positis, & alijs necessariis & opportunitis.

In Reformationibus plerunque concedi consueuit clausula. Quod a prima data ualeant, seu operentur. I. prout in similâ supponit Paris. consil. 44. pro D. Hyerouimo num. 6. & seq. uol. 4.

Nonnunquam conceditur reformatio ut prima gratia iam signata expediri possit sub data currenti uidelicet sub data ipsius reformationis: prout fuit super hoc ualde disputatum in causa Lauden. Monasterii inter Cardinalem Triuultum, & Theodorum de Raude. Et tunc inspicitur data reformationis iuxta gloss. in cap. si apostoliæ. de præben. libr. vj. Et agitur ex confirmante Barto. in auth. ex causa, num. 20. ubi Cur. col. 17. C. de libe. præte.

In reformatio necesse est quod Papa in telligat quemadmodum se habeat factum. Rot. Bellamer. 635. Geminia. consil. 128. numero tertio. Nec sufficeret expressio per inuolucrum. Bald. in l. præscriptionem columnæ secunda. C. si contra ius uel uti. publi. Sozi. consil. 273. columnæ fina. libro secundo. Corn. consil. 303. nu. 14. lib. 3. D. meus post alios, in l. petens, nu. 5. uersic. 1. not. C. de pac. Paris. consil. 35. nu. 2. uolu. 4.

Reformationum tria sunt genera, aut enim reformatio gratia solum illos effectus operari debet, quos debebat operari prima gratia si fuisset ualida, prout in formulis in præallege. quæficio. 84. numero. 2. & 3. de Anna. & in infinitis aliis

aliis casibus; & talis reformatio cum suis clausulis ordinarijs denegari à signatura non consuevit.

Aut reformatio tendit ad diminutionem, seu ad reddendum strictiorem gratiam primam, argum. text. in cap. statutum. iuncta gloss. in uersi. reformandum de descr. libro sexto. Ludo. Roma. conf. 325. quo ad primum nume. 13. & confi. 362. uersus fi. uersi. Respondeo enim. & D. meus con. 174. & protentui, col. 2. uersus fi. uersi. & ad hoc facit. & magis ad rem nostram ponamus casum in pensionario, cui reseruata est pensio. 100. ducatorum, uel in habente refectionem fructuum, stallum in choro, vo- cem in capitulo, habitationem domorum, si reformatio dicat quod propter errorem formantis praesertim, dum debuissent reseruari solum nonaginta ducati, fuerunt expensi 100. uel per errorem fuit apposita reseruatio habitationis domorum, utroque casu ad instantiam pensionarij, uel reseruatarii concedetur reformatio huiusmo- di; ratio est quia de eius praejudicio tantum tractatur, & beneficium pro parte libe- ratur, quæ libertas favorabilis est Inno. in c. cum uenerabilis ad fi. de exceptio. Cas- sa. dec. 1. num. 6. de dilatio.

Tertio modo considerari potest reformatoria gratia, quando auget primam gra- tiam, seu illam magis grauem & odiosam reddit, puta si in reformatione dicatur, & omissum fuit exprimi, quod resignans cui pensio reseruata erat non intendebat ce- dere, nisi data sibi facultate pensionem huiusmodi in unam, uel plures personas tra- ferendi; & propterea petitur dicta facultas, uel quod non intendebat resignare, nisi reseruatis sibi italo in choro, uoce in capitulo, & omnibus fructibus redditibus &c. & quia vox in capitulo non fuit sibi reseruata, in reformatione talis reseruatio peti- tur: Pro quibus omnibus uideatur conf. Lud. Ro. 362. quoad primum. num. 4. usque ad fi. & per Feli. in præalle. c. in nostra. corre. 16. Hæc ultima reformatio raro conce- ditur, & tunc consideratis his quæ nunc subdam.

Si in gratia reformatoria iuxta tertium modum supponetur aliquid omissum, quod concedi non consuevit, tunc reformatio indistincte denegabitur, puta in ca- su potestatis transferendi pensiones super beneficiis in Italia consistentibus.

Si illud, quod omissum assertur, non denegatur puta accessus, uel regressus ob no- solutionem pensionis, uel potestas transferendi pensiones hispanas; & hoc casu, uel narrari uel addi debet clausula in reformatione, quod res est integra, pro qua clau- sula uide tex. in l. si quam, ibi [Potest. n. dum res integra est.] ff. de refcin. uendi. & Lap. Alle. 89. poft nu. 8. uersi. item esto, ubi in mea Apolitil. aliqua addo. & gratia re- formatoria huiusmodi signabitur, saltem si persona grata, seu digna supplicabit, & addi debet clausula per Signaturam, si in reformatione non est posita uidelicet. [Et de consensu pensionem huiusmodi soluere habentis] & ratio concessionis in hoc casu, & denegationis in præcedenti adduci potest; quia si prima, & principalis gra- tia denegari debet, eadem ratione, & accessoria, seu dependens; & si illa concedenda erit, & hæc, arg. tex. in l. cum principalis, & l. nihil dol. \$ cum principalis. ff. de reg. iur. c. accessoriorum. eo. li. vi. quæ maximè procedunt, qn ad eadem est ratio principalis, & accessorijs. Bar. in l. ita stipulatus, in 12. oppo. ff. de uer. obli. Bal. in l. non dubium in 14. oppo. nu. 23. C. de legi. Alex. conf. 4. li. 1. col. 4.

Rursus sciendum est, quod reformatio ad gratiam reuocatam nulla est non facta mentione reuocationis. prout latè per Gem. conf. 33. pro examinatione. col. penul. uersi. secunda falsitas. uersi. ex isto infertur, & col. fi. ubi dat cautelam quod petenda erat annullatio reuocationis, ut perinde annullaretur ac si nunquam illa emanasset, seu fuisset in rerum natura. Idem conclusum fuit in Rota in duabus causis. prout Dec. Putei 20. de præb.

An autem reformationibus obstet Regula de Annali, tracto in 84. quæstione di- cit Reg.

Q V I N T . M A N D O S I I .

S I N E V T R I .

Si neutri, si nulli, si alteri, scilicet ius competat, rescriptum gratiae frequentissimum est. Et semper concedi solet. De hoc rescripto uideatur late per Rebuss. in praxi de rescrip. si neutri, pag. 193. & super concor. in for. manda.apo. pag. 547. uers. aliud est rescriptum gratiae frequentissimum. & per me in 13. q. 33. reg. ubi dico aut concedi collitiganti, aut tertio non collitiganti, & ibi nu. 7. subdo formulā si neutri, pro tertio.

Iuri patronatus laicorum derogatur per rescriptum [Si neutri] prout per Rebuss. in 3. par. signatu. num. 39. pag. 129. Ratio duplex assignari potest: Altera quia iam supponitur patronos in prima, seu principali gratia consensisse: Altera uero est, quia super beneficis litigiosis datur derogatio iuris patronatus laicorum. Secunda ratio tuitor est, prima enim subuerti posse uideatur, supponendo, quod aliquem consensisse, uel non, sit quid facti, seu in facto constat; facta autem non presumuntur, sed probari debent, uulg. l. in bello. §. facte. ff. de capt. & postfli. reuer. l. i. C. de prob. c. in iure. de offi. del. Addo et si sit ius patronatus Regis, cuius alias expressa derogatio requiretur. prout in Regu. Cancel. 40. & per Paris. consi. 114. nu. 21. uol. 4. quod non sit necessaria derogatio iuris patronatus Regis stante lite, prout Dec. 8. alias 220. Crelcen. sub titu. de iu. patro.

Si neutri, autem item supponit, prout ostendunt uerba in gratia, si neutri, ponit solum uidelicet. [Si per euentum litis huiusmodi constiterit neutri, seu nulli ipsorum litigantium ius competere, &c.] de quibus per Gem. con. 79. super primo nu. 7. Rot. 238. impetrans gratiam, si neutri, & 270. si mandetur in prin. in no. gl. super Regu. de Ann. col. fi. cir. medium, & Sarnen. super ea. reg. q. 28. num. 3. Paris. consi. 117. num. 46. uolum. 4.

Si neutri, an impetrare posfit, qui literis non expeditis causam commisit; discussio in 15. q. 31. Reg. ubi pro parte affirmativa concludo. tunc autem addenda est clausula per signaturam uidelicet. Et dummodo literas primae prouisionis expediat, uel sic: Et q. super concessionem huiusmodi literas omnino expedire teneatur.

Si neutri, seu si nulli, gratia non conceditur, ubi de crimine agitur ad priuationē. Ratio quia beneficium non propterea dicitur litigiosum, sed persona propter crimen: & ideo antequam priuetur, potest cedere in fauorem alterius, quam eius qui per priuationem impetravit, ad gl. in c. 2. in uer. finita cir. medium. ut li. penden. lib. 6. Staph. super signa. fol. 165. a ter. uers. ultimō quo adjistam.

Si in gratia, si neutri, non est expressus ualor, sed in clausulis dicitur, Verus ualor augeri poshit Regula non obstante, an satisfiat? Pro opin. negativa uideatur respondendum, ex quo de stilo Romano ualoris expressa mentio in gratijs beneficiarijs facienda est, ut per Abb. in c. ad aures, col. 3. uer. Puto tamē quod circumscripso stilo. de resp. lo. de Sel. de Benefi. par. 3. quæst. 12. post num. 2. Rui. consi. 70. quia id, num. 7. ibi [Licerat alius sit de consuetudine.] uolu. 5. Contrarium conculserunt R. Domini de Rota in Conchen. Beneficii S. Michaelis coram Ptole. prout eius Dec. 48. Voluerunt enim gratiam non esse in ualidam propter illa uerba apposita [Non obstante Regula.]

Fuit alias concessa gratia [Si neutri] moniali: & in euentum priuationis Abbatif. se prouisio, uel mandatum de prouidendo, cum clausula. Quod inscriberet se ad poenam talionis, ut Dec. Crescen. 131. alias 1. de regula. Delictum, quod supponebatur, erat quod abbatissa filium peperisset, & a quibusdam afferebatur quod non propterea priuanda ueniret: tamen contrarium conclusum fuit: ut latius tracto in 5. q. 35. Reg. Cancel. post nu. 4. & post nu. 7.

Gratia.

Gratia [Si neutri] ita ab alijs diuersa est, ut in hac materia quantumvis obiectiva dicatur de iure, seu ius dantis. Rot. 82.7. not. quod materia, in anti. Mil. in Reper. in uer. Articuli non dicuntur obiectui, quod in alijs fucus dicendum est. Oldra. conf. 116. Titius impetravit: & cōn. 170. adhoc. Et in gratia [Si neutri] cēslat dispositio c. ut circa. de electio. lib. vj. & cle. constitutionem. eo. Ratio est, quia cum nullum ius tribuatur impetranti gratiam [Si neutri] nisi sub illa conditione, si neutri ius compe tam, quicquid obiectiat talis impetrans ex quo tendit ad purificandum eius gratiam conditionalem, censebitur de iure dantis, non autem obiectus. ad supra adducta, & ad Rot. 27. fuit dubitatum in anti.

Dixi ex impetratio[n]e [Si neutri] ius sub conditione tribui, & sic uidetur q[uod] gratia [Si neutri] sit conditionalis. ad ea quae adduco in 10. quæst. 3. Reg. nu. 2. Domini mei de Rota in causa urbis cappellaniæ (prout annotauit. 70 me. Achil. de Gras sis Dec. 3. de Expecta.) declararunt conditionem gratiae [Si neutri] esse impropiam: ex quo licet expectet postea sententiam declaratoriam, tamen est de presenti, seu de præterito, qua si inferat nota quod conditio illa sit uera, & propria, qua est de futuro. ad tex. in l. in conditionibus. §. f. ff. de condi. & demon. & ad alia quæ adduco in 18. quæst. 32. Reg. nu. 16.

Si neutri, an capiat beneficium postea uacans? Gemini. consil. 79. super primo. colum. 2. ante medium, opin. affirmatiua tenet: uide quæ scripsi in 3. quæstio. 32. Reg. num. 8.

Quero an [Si neutri] dicatur ius nouum? Pro op[er]i. affirmatiua adduco not. 238. impetrans gratiam, in no. ibi. Et nouis ex illo titulus acquiritur. Opin. uero negatiua hoc modo probari potest. Super iuribus nouis, seu nouiter impetratis conceditur dilatio ad partes, prout per Cassa. Dec. 1. nu. 4. de dilatio. & per Abb. post Hoff. in c. dilectus, ante nu. 6. uerf. Nisi emerserit aliquod nouum. de procura. si producatur [Si neutri] dilatio non datur, ut conclusit Rota in causa Hispalen. cano. & præben. coram Io. clerici, prout Dec. Crescen. 5. de dilatio. ergo [Si neutri] non potest dici ius nouum.

An autem gratia [Si neutri] de beneficio uacante in Ro. Cu. acceptato uirtute expectatiæ non facta mentione de fructibus perceptis, sit nulla? Domini mei de Rota in Conchen. Parro. S. Michaelis coram Ptolomeo, ut ipse annotauit Dec. 48. inter Mendozam, & Morellas conculserunt pro affirmatiua: & quod gratia [Si neutri] non suffragetur, quia eius titulus gratiae expectatiæ discoloratur pp. uacationem apud Sedem. Et quod expectatiua non capiat beneficia apud Sedem uacantia, seu generaliter referuata, probo in 3. q. 32. Reg. nu. 12. & seq.

Quid aut si in gratia [Si neutri] non sit exp̄r̄sum quod impetrans prima gratia priuatus fuit, quia narrauerat se familiaris, & expedierat gratis; an gratia [Si neutri] sit subrreptitia, & inualida? Pro affirmatiua uidetur respondendum, ex quo prima gratia atnullabatur. iuxta extra. Alex. vj. ut per Cassa. Dec. 10. de præb. Et quod gratia corrut narrata familiaritate, si impetrans non sit familiaris, concludit etiam Gemini. consil. 12. 8. factum tale est. nu. 1. Contrarium conclusit Rota in Arboren. coram peregrino de anno 1548. prout Dec. Achil. 1. de expecta. dupli ratione. prima fuit, quia licet per gratiam [Si neutri] quis obtineat beneficium, tamen non liberatur ab eo quod officiaris soluere tenetur, & propterea gratia non annullatur ex deduc̄tis per Feli. in c. postulasti, ad fi. iuxta primum casum. de rescr. Altera ratio fuit, q[uod] aderant clausulæ solita quod exprimi possent qualitates infectiæ. ad Dec. Cassa. 6. nu. 8. de præben.

Q V I N T . M A N D O S I I

P E N S I O N E S .

Pensiones duplicitate considerare possumus; altero modo quando dantur in titulum, altero vero quando in sola temporalitate consistunt, puta dantur in stipendum pro patrocinio, pro pulsandis campanis, uel pro alijs seruitiis, quo casu etiam laicus, uel alius ad beneficia incapax, illarum est capax. Archidiac. in cap. quamvis. uersic. prouideri, & ibi Geminia. in ultim. nota. Petr. de Ancharan. columna prima uers. tertio collige, & Franc. in 2. nota. de præben. libro. 6. Bald. in capit. ad audientiam. 2. ubi etiam Abb. in 1. not. & Felin. colum. 5. nume. 5. uers. quarta conclusio. de rescri. ubi quod tales pensiones nullam in se spiritualitatem habent, sed sunt quid mere temporale.

Hinc dicimus in impetratio beneficij non esse necessariam mentionem pensionis obtentæ, seu fructuum alicui restituatorum pro aliquo seruitio, seu in stipendium, uel pro mercede laborum, etiam spiritualium. Calde. cons. 6. sub titu. de præben. uers. sed is, & uers. unde cum uacaute, & postea uer. sed sicut datur magistro in theologia. Cardi. in cle. 2. & ibi Imol. col. penul. uers. an impetrans. de offi. ord. But. Cardin. Imo. & alii in c. postulasti. de rescr. Felyn. in c. in nostra, in primo corre. de rescr. Syl. de bene. par. 3. quæstio. 12. nume. 10. in 4. quali. Gigas de pensione. quæstio. 67. num. 2. & sequen.

Nos loquimur de pensionibus primo modo consideratis, & de illis, quæ spirituali tatem sapiunt, de quibus tractant Docto. in c. ad audientiam 2. de rescr. Pau. Rom. Caccialu. Prob. & Hier. Gig. in tract. de pensione.

Pensio aut conceditur alicui, dum alteri de beneficio per obitum uacante prouidetur, & sic uni datur beneficium, alteri pensio, & hoc sacerdotem contingit in assignatione pensionum familiarium. S.D. N. & tunc apponitur clausula uidelicet. Tyberio ue ro Mandosio clero Romano, ut melius sustentari valeat de alicuius subventionis auxilio prouidendo pensionem &c. Hæc clausula operatur, ut pensio imposita censetur pro alimentis, seu ex causa alimentorum. ad consi. Ludo. Roma. 388. in causa propositi thematis nu. 3. & 5.

Hodiè tamen ex decreto Pauli. III. non potest pensio super beneficio, de quo alicui per obitum uacante prouidetur, imponi absque ipsius Papæ expressa licetia; & sic excluduntur illicite pactiones, & promissiones Symoniæ contra tex. in c. nisi, ibi [Non quidcum ex pactione partium.] de præb. c. cum pridem. de pac. gl. 1. & 2. in c. ex parte. i. de off. dele. Abb. in c. non satis, circa si. de Simo.

Aut datur pensio ex causa resignationis, uel cessionis, ne uidelicet, resignans numerus stipendiū patiatur. ad c. super hoc. de renun.

Aut conceditur ex causa concordie, seu pro bono pacis. ca. nisi essent, circa medium. ibi [Pro bono pacis.] de præben. Fely. in c. ad audientiam 2. col. 2. in prin. uer. exemplifica conclusionem. de rescr.

Aut in permutatione ratione inegalitatis reddituum beneficiorum, tunc imponi potest pensio super maiori, seu pingueri. ad c. quæstiones. de rerum permu. Ancha. consi. 79. quæstio proponitur, cir. medium. sequitur Dec. consi. 141. ad plura col. 2. in prin.

Pensio ex causa resignationis, seu cessionis datur etiam pro tertio, puta si Meuius regnaret, seu cedat in fauorem Seij, & reserueretur pensio in fauorem Titii. Est uerū, & hoc casu difficile est inuenire causam resignationis, seu cessionis, quæ non præsumitur, ut pulchre considerat Papa in cap. super hoc, ibi [Quod nulla ratio hoc uerisimile reddit, ut quisquam beneficiū multis forsan expensis, & laboribus acquisitū, quo

quo sustentari debet; facile sine magna causa sua sponte resignet.] de renunc. ex quo tex. & ex not. ibi per Inno. nu. 2. elicitur notabilis conclusio, qd magis creditur duobus testibus de ui, & metu deponentibus, quā mille de spontanea renunciacione, seu spontanea uoluntate; quem tex. postea Inno. ibidem num. 5. ampliat procede re non solum in renunciatione beneficij, sed & cuiuslibet alterius rei. pro qua ampliatione habemus text. in l. cum de indebito. §. j. uersicu. [qui enim soluit, nun quam ita resipinus est, ut facile suas pecunias iactet, & indebitas effundat &c.] si. de probat. cum Innocen. ubi supra tenet Abb. in cap. i. post nu. 6. quod met. cau. pro præmissis uideantur Cors. in suis singu. in uerlic. testes 10. D. meus confi. 402. in causa no. 3. & Parisi. confi. 5. nume. 164. uersi. nec enim est uerisimi- le uol. 4.

Possunt etiam super eodem beneficio resignato, seu cesso imponi duæ pensiones, altera in fauorem resignantis, seu cedentis, altera in fauorem tertii, puta si Mævius resignet beneficium in fauorem Scii, referuari poterit penso. uiginti ducatorum in fauorem Mævii resignantis, & altera uiginti, seu tringinta pro Titio. Hæc impositio pensionis tutior, & magis rationi conformis erit, quam præcedens. Hoc enim casu resignans etiam sibi consulit, quo sit ut cesset ratio alle. c. super hoc. & traditur ibi per Inn. & alios, de renun. Insuper iste tertius ratione alterius sibi adiuncti defenditur, & in tuto ponitur, argu. tex. in l. imperator. 2. ff. de Ita. homi. & in l. si communem. si. quemad. serui. amit. cum uulga.

Causæ imponendi pensionem quatuor à Pau. Roma. in tracta. penso. quæst. 1. nume. 1. 2. adducuntur, uidelicet Literatura, Hospitalitas, præmium, & amor; ad illum se remittit. D. Hyeronim. Gig. in eo. tracta. quæstio. 1. post num. 4. & quæst. 6. adducit alias causas uidelicet. ne quis nimium dispendium patiatur, & alias de quibus ibi.

Papa absque aliqua causa pensiones imponere potest, Feli. in. c. ad audientiam. 2. col. 2. uersi. sed credo quod differat, & col. 4. uersi. Sed si non appetet quod aliqua rationabilis causa subdit. de rescr. Dec. confi. 141. ad plura. colum. 2. uer. & ideo in casu isto, & conf. 436. usq. instructione num. 13. uersi. sed in summo Pontifice. Gig. in tracta. penso. q. 5. num. 6. & sequen. Rationes, quibus inducentur, ibi uide- ri possunt.

Super parochiali, uel dignitate ualoris 24. ducatorum non constituitur hodie penso, immo etiam si aliquantulum dictum antiuum redditum excedat. Ratio as- signari potest, quia parochialis non debet ita grauari, ut illius rector non pos- sit ex illius redditibus uiuere, & iura episcopalia perfoluere. c. de monacis, & ibi Abb. in 3. & 4. notabi. & aliis de præbend. idem Abb. in cap. conquerente, colum. 2. uersific. sed oppo. de cleri. non residen. & si forte penso imponatur, præsertim ex alia causa quam resignationis, seu cessionis, non excedet tertiam partem red- dituum.

Super beneficiis, quæcumque essent etiam si parochiales, uel dignitates pingues, olim constitui solebat penso, usque ad tertiam partem reddituum. Pau. Roma. de penso. cap. 1. nume. 6. Caccialu. in eo. tracta. quæstion. 7. & D. Gig. in d. tracta. quæ- stion. 9. successiuis temporibus, & etiam hodie, nisi loquamur de pensione constituenda super fructibus parochialis, uel dignitatis, qui exigui sint, ut præmisisti, maior assignari conseruit penso uidelicet usque ad dimidios redditus: pura si benefi- cium deductis oneribus habet in annuis redditibus centum ducatos, penso erit in quinquaginta. Pro hac medietate fructuum pro pensione constituenda, & quod ducatur conueniens, & non exorbitans, pondero tex. in extra. suscepsti Io. 22. de elect. uideatur Staphi, super signa. fo. 154. uer. hinc est.

Q V I N T M A N D O S I I .

Notissimè per concilium Tridentinum. Sessio. 24. alias 8. sub Pio IIII. in Decr. Refor. c. 13. circa pensiones super parochialibus ita cautum inuenies. Et parochiales quæ suminam ducatorum centum secundum uerum annum ualorem non excedunt, nullis pensionibus, aut reseruationibus fructuum grauentur.

Pensio si imponatur sine consensu habentis regressum, inualida erit, prout coclusa duat Casia. Dec. 1. sub titulo de Pensio. Gig. eo. tit. q. 78. & Accoramb. Dec. 42. incipie. locatio facta in f. ideo si narratur in supplicatione, q. alii est reseruatus regresus super illo beneficio, addi debet qui etiam consentit huic reseruationi. uel signatura adder, & de consensu etiam eius qui regressum habet.

Super episcopatus, seu illius mensæ fructibus &c. non solent assignari pensiones, obstante etiam concilio Lateranensi prohibente mensas episcopales grauari, nisi ex causa resignationis, uel etiam alia, quæ in concistorio secreto honesta, & probabilis habita fuerit, & sic non sufficeret clausula generalis [Non obstantibus constitutionibus &c.] illa enim non tolleret constitutionem conciliarem, Arch. in c. 1. de consti. libro. 6. Bald. in l. humanum in 3. notabi. C. de leg. Dec. in ca. 1. in prima lectu. num. 2. de iudi.

Aliquando ex magna, & rationabili causa etiam super episcopatum mensis pensiones imponuntur, prout etiam per Pau. Roma. de pensio. c. 1. nu. 13. in prima causa, & Gigas eo. tracta. q. 7. in prin.

Et nunc pensionem annuam super mensa archiepiscopali Tolaterna imponendâ fore audiui. Quamplurimæ nanque pro constitutione huiusmodi adsunt causæ, Catholicus enim Hispaniarum REX hanc pensionem reseruari efflagitat. Concurrunt ampli archiepiscopal mensæ redditus, etiam maiores q. retro fuerint, unde pluribus subueniri debet argu. tex. in c. quoniam, in priti. de ui. & hone. cler. per Abb. & Fel. in c. cum M. nu. 5. & Rip. nu. 35. de consti.

Consuetudo pensionum super eadem mensa diuersis temporibus constitutarum id etiam suadet. Postremò, ut plerasque rationes taceam, accedit Reuerendissimus Bartolomei de miranda Archiepiscopi Toletani libera ad id uoluntas, qui, ut plerosque Pontifices fortunis, scientia, omniumq. rerum cognitione superat, ita etiam animi liberalitate, ac magnanimitate antecellit, quo fit ut omnibus benè ponderatis existiendum sit summum Pontificem assensurum, suoque uerbo, ac decreto omnia firma, & ualida esse facturum.

Hodie ex constâ concilij Tridè. Sessio. 24. alias 8. sub Pio IIII. de Decr. Refor. c. 13. incip. quoniam pleræq; prohibitum est pensiones super fructibus episcopatus, seu mensa episcopal, nisi cathedralis ecclesiæ redditus sint ultra mille ducatos.

In reseruationibus pensionum super mensa episcopalibus, prout ex concilii Lateranen. facie appetat, requiritur propositio in concistorio secreto: & ualde differt, q. aliquid fiat in concistorio, uel extra. Arch. in e. Romana. col. 1. nu. 2. de appellatio. lib. 6. cle. uni. uer. presatis itaque, & uers. nos eadem. de iureiur. Bal. in l. f. uer. & ideo C. de diuer. rescrip. An autem sufficerent uota Cardinalium seorsum, uel separati præsta, ego disputau in quadam causa Crotonien. pensionis inter R. D. Episcopu Crotonien. & D. Franciscum de Touar. cui super mensa episcopal Crotoneum. per Cle. 7. in arce. S. Angeli reseruata fuerat pensio ducentum ducatorum, Hic non prosequor, præmissa, & alia alibi forsitan tractabo.

Clausula [dummodo præsens, & alia forsitan pensiones impositæ medietatem nō excedant] communiter apponi consuevit, & si excedit non solum pensio reduci poterit ad debitam quantitatem, immo erit nulla, & inualida. Gig. de pensio. quest. 9. & quest. 35. nu. 2. Et si supplicatio dicat [Etiam si pensio medietatem excedat] signatura cancellat illam dictiōnem, etiam; & in eius locum ponit presatam clausulam uidel-

delicet. [Dummodo non excedat.] Quando autem concedit, [Etiam si excedat medietatem.] Soluitur D. Datario pro compositione totum illud quod excedit.

Super fructibus hospitalium, vel eremitoriorum non reseruantur pensiones, limito nisi hospitalia in titulum conferantur, ad ea que dixi in 10. quæst. reg. de Anna. num. 2.

Militibus Hyerosolymitanis. S. Iacobi de Spata, religiosis S. Mariae Trinitatis. Redemptionis captiolorum, ac fratribus mendicantibus, & canonicis Monasterii, seu ordinis. S. Augustini, non reseruantur pensiones super fructibus beneficiorum secularium, seu super beneficiis non sui ordinis; quando autem illis pensiones assignantur, ut commodius sustentari possint, componi cum Datario confuevit.

Et non solum redditus beneficiorum secularium, immo etiam nec regularium fratribus prædicatoribus, & aliis qui immobilia possidere prohibentur, concedi debent, ea ratione, quia anni redditus inter immobilia connumerantur, & præfati sunt illorum incapaces, utrumque probatur per Fedem de Sen. cons. 12. fratres prædicatores nu. 4. & latè per Tiraq. de utr. tract. in uer. rentes glo. 6. nu. 5. pag. 63.

Indistinctè autem teneamus, & fratribus, & monachis quibusunque pensiones ad eorum uitam per Papam constitui posse, & aliquando reseruatas fuisse, & in hoc omnes concordant, prout per Inno. in c. nisi essent & ibi Card. & Abb. in fi. de præben. & Gig. de pensio. quæst. 15. nunc autem raro concederentur, cum proprium habere prohibantur. c. non dicatis. 12. quæst. 1. c. cum ad monasterium, in princip. de stat. monac.

Verum hi, qui instant pensiones in fauorem monachorum constitui, adducere possunt, quod ex Ahabatis permissione monachus pensionem annuam ad uitam obtinere potest super fructibus beneficij regularis, nec per hoc dicetur habere proprium instar serui; qui, licet habeat peculium, seu ipsius administrationem ex permissione domini, non per hoc dicitur habere proprietatem, seu dominium, ad l. quum tuberosis §. i. ff. de pecu. Immo in aliquibus locis sciente, & paciente Ro. Cu. certum quid constituitur, seu taxatur pro indumentis monachorum, & singulis in praedictâ causam conuertendum traditur, ut per Io. And. & Abb. in c. cum ad monasterium post num. 8. de sta. mona.

Pensiones non dantur super distributionibus quotidianis, quando autem ex gratia aliquibus conceduntur, soluitur D. Datario compositione unius anni, puta si pensio super distributionibus quotidianis fundata, sit quinquaginta ducatorum, solvi consuevere. D. Datario ducati quinquaginta: Hodiè tamen pensiones super illis denegantur, aliquando ex causa illas gratis dari usdi: Clauſula autem in supplicatione est hæc uidelicet. [Etiam si in solis distributionibus quotidianis, & non nisi presentibus, & diuinis officijs interessentibus dari, & per eos lucrari solitis & consuetis] & si hæc clauſula non apponetur, pensio non se extenderet ad distributiones quotidianas, quæ dantur tantummodo interessentibus diuinis, & non sunt in corpore beneficij, nec sub illo comprehenduntur. c. licet, ubi nota. de præb. c. uni. de cleri. non refi. lib. 6. Rot. 766. in anti.

Nec etiam ex distributionibus quotidianis decima Papalis solui dēt, tū quia diuinus cultus relinqueretur, tum ex aliis causis de quibus per Mar. Mant. consi. 1.

De distributionibus quotidianis uidetur in extra. cum nonnullæ. §. preterea inter commu. sub titulo de præb. Lap. Alle. 43. an res idem D. meum consi. 28. in casu c. ol. 1. Glo. Pragma. de Annat. §. uoluit tamen, in uer. fructibus. Proba. in Addi. ad Io. Mona. in 26. Et quod tria sint genera distributionum post Henri. declarat Glo. Pragma. rub. quo tempo. quis debet esse incho. in uer. distributions.

Clauſula præmissa [Etiam si in solis distributionibus &c.] includet etiam di-

Q V I N T . M A N D O S I I .

stributiones, quæ dantur illis qui horis intersunt; & sic non excipiuntur illæ, de quibus in extra postulaisti, inter cōmū. sub tit. de præb. uer. licet autem quotidiana dicti bitiones, & alle. extra. cum nonnullæ. §. præterea, quæ est post dictam extra. postulat.

Distributiones quotidianaæ etiā dicuntur, si nihil solvatur dictim, sed post congruum tempus, tamen in solutione habetur ratio ad singulas horas: Ratio est, quia utrumque uerbum uerum redditur, primum distributiones quæ non tantum sunt solvendo, sed etiam promittendo. Alterum quotidianaæ, quia non solum quotidie, sed etiam quaq; hora aliq; solvitur. facit con. Cald. 21. & D. mēi, 280. & Dec. Achil., uni. de Distributio.

Clausula in supplicatione pensionis ex causa cessionis [Et quod pensio debeatur, etiam si nullum ius cedenti competere] non nunquam conceditur, aliquando denegatur. Ratio concessionis est ad lites tollendas, quæ inter pensionarium, & cessionarium oriri possent: illo afferente bonum ius celsisse, hoc negante. Item hoc in euentum quod non molestetur allegante se ex alio iure actum, sibi forte ab altero cesso: Vel quod molestari poterit in futurum. uel si molestetur, & uictoriam reportet simili contendente ex alio iure quam illius pensionarii, etiam superueniente obtinuisse. In odium igitur liuum, quæ oriri possent non incōuenient ijs, & alijs clausulis, alijsq; cautelis illis occurrere. ad tex. in l. quidam existimauerunt. ff. si cer. pet. & in l. minoribus 25. annis. ff. de mino. & ad alia quæ adduco in præsa. Reg. de subro. nu. 1.

Quero quid si clausula præmissa [Et quod pensio debeatur &c.] sit cancellata in corpore supplicationis, sed non altera similis quæ erat in clausulis, ac illa non deleta sufficiat, & suffragetur? Pro opin. negatiua adduci potest tex. in l. fi. in 2. respon. iunct. tradi. ibi per Bart. ff. de his quæ in testa. delen. & per eundem, & alios in l. si unus. C. de testa. Insuper cancellationis causa uniformis est ad utramq; clausulam in corpore, & in clausulis contentam; unde cancellatio, quo ad hoc, in totum operari debet. argu. tex. in l. cancellauerat. ff. de his quæ in testa. delen per Bal. in l. nostram poli nu. 1. uer. tu dic. & post nu. 3. & in Apostol. Barba. ad Bal. ubi supra, in uer. tertio quæritur, ubi limitat dictum Bal. nisi cancellatio unius scripture alteram respiciat. C. de testa. Alias Papa diceretur contrarius, & sibi ipsi repugnans, ac uarius, ac repugnantia admitteremus. ad consil. Aret. 7. procedendum, nu. 1. cum seq. sequitur. D. meus cons. 541. uisa, post nu. 23. Contrarium conclusum fuit per dominos de Rota 9. Ianuarii 1547. in Valentini. pension. inter Vincentium, & Ferdinandum coram Pa- teo, prout in ipsius Dec. 21. de fi. intru. pro præmissis uide pulchrum consil. Ange. 346. incipit. Titius ut hæres.

Quero subsequenter se mora dicta clausula an pensio ex causa cessionis sit bona non uerificato iure cesso? Pro op. negatiua argui potest, quod cessante ratione seu causa, cessare debet effectus. uulga. la digere. §. quamuis. ff. de iu. patro. l. quæsum. ff. de testi. l. Titia Seio. §. usuras. ff. de lega. 2. c. suggestum. de deci. Pensio ex causa cessionis, constituta supponitur; si ius nullum cedi potuit, seu nullum uel inuallidum cesso fuit, pensio evanescet, seu nulla iudicabitur. Insuper si pensionarius præ iatus ager pro pensionibus, prius probare debebit se impleuisse ea, ad quæ tenebatur; argu. tex. in l. Julianus. §. offerri. ff. de actio. emp. l. cum proponas, & ibi Doct. C. de pact. gloss. in l. si non fuerit. ff. de iure iurau. quæ dicit quod si non facis quod debes, & ego non facio quod debeo, non obtines quod oportet. Do. meus consil. 119. & protenui. nu. 1. Cur. Iun. cons. 124. uersus fi. Paria autem sunt ius non cedere, uel cedere sed inuallidum. argu. tex. in l. 2. cum duabus sequen. ff. de optio. lega. cum alijs quæ adduco in 9. q. Reg. de subro. Dubium præsumtum fuit in Rota in partem affirmatiuam decisum, prout Dec. Mohed. 136. alias 166. ea ratione, quia deducebatur q; Cessionarius cōtentus remanserat de illo iure cesso, unde tenebatur ex perij

periri cum illo iure. Et in casu illo supponebatur, quod cessionarius in iudicio contra prætendentem melius ius non sit usus iure celo, unde nihil poterat pensionario, qui ius cesserat, imputari.

Concedi passim confueuit clausula [Definitionis loci solutionis pensionis facienda.] prout etiam supponit D. Hiero. Gig. de pensio. q. 8. ubi dat cautelam Banatio ex loco destinatae solutionis, quod alibi pensionem soluere possit.

Nonnunquam uero apponitur, & conceditur clausula [In locis, & terminis in literis in cancellaria exprimendis.] prout etiam per Cassa. Dec. 2. quæsi post priu. tit. seu tracta. de pensio.

Quæro, destinata erat pensionis solutio in ciuitate Barchionensi Alphonso Pensionario per Iohannem facienda, an si ipsorum neuter, uel nullus procurator fuerit Barchionæ tempore solutionis facienda, ipse Iohannes in priuam priedationis ob non solutionem factam die statuta incurrit? Pro opin. affirmativa adduci potest doctri. Bar. in l. si reus ad f. ff. de procura quam sequitur Feli. in c. cum te, post num. 4. uers. Et ubi non est persona cui possit offerri, debet protestari se paratum soluere, & ex mandato iudicis deponere, & consignare; & tutius est ut præcedat proclama &c. de re iudi. Et ad casum solutionis pensionis applicat Gig. de Pensio. ques. 77. nu. 18. uers. Quid autem habeat facere debitor pensionis? Pars negativa uerior, & communis est, quod immo nullam priuationis poenam incurrit, neque ad aliquod depositum teneretur. ad l. arbitri calendaris. ff. de arbitri & per eundem Bart. in l. item illa. in prin. ff. de consili. pecu. Alex. cons. 92. perspectis. nu. 9. lib. 1. Rui. cons. 32. uiso, nu. 5. & seq. uol. 5. Afflit. Dec. Neapo. 316. post nu. 2. D. meus consi. 5. 6. promisit, nu. 5. & nouissime per peritisimum modernitum D. Hiero. Gig. in præalle. q. 77. de pensio. ante nu. 1. s. ubi plures pro hac opin. citat pro hac parte negativa residens. Ad doctri. Bar. in dicta l. si reus respondet, quod debitor si uult potest illa cautele uti, ad eam tamen non tenetur, ad supra adducta. Item Doctri. illa. Et omnia contraria limitari possunt, ut procedant in casibus ubi iura disponunt huiusmodi consignationem fieri ut puta ad impediendum cursum usurarum, ut in l. si creditrici, & in l. accepta. C. de usur. Pro hac opin. negativa audiui Dominos de Rota conclusisse alias de anno 1529. in causa Cremonen. coram Panigarola. Idem etiam fuit conclusum de anno 1535. in Roman. Empheuseis in materia deuolutionis ob non solutum canonē. Et in propriis terminis nostris idem decisum inuenies coram Ptolomeo, prout in ipsius Dec. 65. in causa Barchionen. inter præfatos Alphonsum, & Iohannem.

Clausula. Etiam si super illis f. fructibus aliæ pensiones annue, quas, illarumque summas &c. habere placeat pro expressis, & quæ exprimi possit in literis aliis forsitan assignatae existant, concedi confueuit. Signatura tamen, ut præmisit, addit [Dummodo omnes insimul illorum medietatem non excedant.] Quia clausula omissa si addit aliqua pensio antiqua, hæc nuper imposita inuialida reddetur, prout per Cassa. Dec. 3. de Pensio. & per alios quos cito in 6. q. 33. Reg. nume. 7. Et ibi dictis addo idem conclusum fuisse in Rota in causa Tarraconen. coram Aquen, prout Dec. 16. Accoramb.

Clausula [Excommunicationis, priuationis beneficii, & regressus, seu accessus.] in supplicationibus pensionum non delentur. Ad hoc tamen ut illis locus sit, requiritur uoluntas, & factum ipsius pensionarii. Cassa. Dec. ult. de loca. & condu. Et an pensionem non soluens etiam irrequisitus cadat in priuam priuationis late tractat. D. Hiero. Gig. de pensio. q. 77.

Si ponatur clausula [Possessione habita, uel non habita.] tolluntur illa uerba, uel non habita: quæ clausula in Italia raro concedi solet: Rationem puto esse, quia de faciliter pensionarius certior redi poterit an pensionem soluere debens benchium graua-

Q V I N T . M A N D O S I I .

grauatum possideat, uel non: & si possessionem capere differat, pro possessore habetur, & ut possessor condemnabitur. iuxta tex. in l. t. §. sed & si non possideat. ff. si quis omis. cau. testa. & l. etiam. §. item si quis dolo fecerit. ff. de peti. h̄ere. Similiter ēt tenebitur, si possidens dolo possidere desierit, ad tex. in l. nec ullam. §. ff. ff. eo. & l. qui dolo desierit possidere. ff. de reg. iur. & regula pro possessore lib. 6.

Vltra montes uero, præsertim in Hispaniis plerunque conceditur clausula præmissa [Etiam possessione non habita.] propter difficultatem probandi an possessio sit capta, uel non, uel quis sit uerus possessor, seu intrusus. Qui sapit pensiones ultra montes nunquam concludat absque illa clausula, alioqui pensio erit aerea, & nunquam soluetur: Hac uero clausula obtenta etiam si beneficiatus fructus non percipiat super quibus pensio imposta fuit, illam omnino soluere debebit, prout in simili. concludit D. meus cons. 312. licet haec tenus, uersus si.

Pensio[quod annullari, reduci, seu minui non possit clausula] conceditur, qua nō obtenta decrescentibus fructibus, seu redditibus, & in aliis quibusdam euentibus uel pensio inualida redderetur uel saltem ad minorem summam redigenda, uel limitata esset, prout in simili uoluit Bar. in l. i. nu. 9. C. de iu. emphiteu. Anto. de But. & alii in c. præterea. de iu. patro. per tex. in c. i. de confue. & in c. quanto, de censi. pulchre per Ludo. Roman. consi. 369. circa primum, in 5. dub. post nu. 25. ac nu. 30 & seq.

Ego clausula præmissa quædam alia uerba addere confueui: non enim generaliter uerum uidetur supradictam clausulam operari quod nunquam reductioni locus sit: Immo argu. tex. in c. sententiam. 35. q. 9. in c. cum in literis. de in int. resti. & in cap. cum olim. de re iudi. ubi quod etiam sententia Romani pontificis potest in melius reformari, Io. Staphi. super Signa. fo. 155. uer. & ex iis apparet, concludit præmissa clausula non obstante reductioni nonnunquam locum esse.

Aduertendum etiam est, quod licet ex uirtute clausularum, uel quia ille qui pensioni consenserat poterat sibi ipsi præjudicare consentiendo impositioni pensionis grauioris quam par esset, ad c. quod semel. de reg. iur. lib. 6. & uolenti, ac consentiente non fiat iniuria. l. i. §. usque adeo. ff. de iniur. l. nemo. ff. de reg. iur. Staphi. ubi supra, uer. præterea uolenti. Aliud tamen dicendum erit in successore in beneficio nimis grauato. Licet enim is, qui consenserat, proprio fauori renunciare potuisset, ad l. si quis in conscribendo. C. de pact. Nec ille forsitan curabat pensionem excessiuum soluere, ad glo. in simili. in c. fi. in uer. meliores, ibi. Minorem forte ex causa sibi grata. de electio. lib. 6. h̄e tamen causæ cessant in successore in beneficio, cui clausula præmissa, uel similes, seu obligationes, uel iura non obstatunt, quin reductionem obtinere possit: ideo qui sapit, alia uerba inueniat, quæ successores omnino, & in omni casu ligent: ad quæ non sufficient clausula ordinaria, & haec tenus a pragmaticis iuriis ignaris inuenient.

Infinite aliæ clausulae, quæ aliquando conceduntur, aliquando denegantur, & quæ uel ualidas uel debiles, & inutiles pensiones reddere posseunt, hic subiecti potuissent; uerum quia nimis me, & lectorum grauasset, hic missas facio: præsertim quia omnibus clausulis, quas haec tenus, ut existimo, quiuis in materia pensionum quātumvis diligens inuenire, & formare posset, usus sum pro pensionibus Illustriss. ac Reuerendiss. Domini mei Alphosi Cardinale Neapolitani, pro quo non minor studio, non minusque ardentis animo inuigilo, quam ipse pro communi omnium utilitate, & commodo: qui instar Herculis tam grauia pondera urbis, & orbis christiani a Diuino Atlante eius propatruo, iure optimo sibi commissa uno omnium consensu fortiter, & sciliciter substantat: qui sua prudentia omnia metitur, integrè, sancteque cuncta gubernat. Qui sua iustitia amotis impiorum fraudibus, literatorum fautor probatissimos excitat, inflammat, extollit: Qui tandem uniuerso huma-

no generi satisfacit.

Supereft, ut circa materiam translationum pensionum aliqua. subiiciamus.

TRANSLATIONES PENSIONVM.

Translationes pensionum aut sunt obtenta clausa in constitutione ipsius pensionis, de qua per Gig. de Pensio. q. 12. n. 2. & de qua infra loquar, & cui clausula conferterat is qui reseruationi pensionis consensit, prout per Parif. consi. 46. quoniam apud. n. 4. uol. 4. Aut imposta pensione absque illa clausula, quando partes ipse postea supplicant q' pensio in favore A. per B. soluenda extinguitur ad effectum ut referuerit C. & sic a persona A. transfertur in C. de consensu tam A. quam B. Et q' per translationem extinguitur prima pensio, & noua creetur que transfertur in tertium nominatum, stilus Romanus docet, & probat Ioan. Bap. Ferret. consi. 53. in praesenti. n. 10.

Rursus si in iis clausulae obtentae quod pensio transferri possit, duobus etiam modis translatio huiusmodi fieri potest. Vel coram aliquo in dignitate ecclesiastica constituto via contractus, uel via ultimae uoluntatis: prout per Parif. alle. consi. 46. n. 16. & ante n. 19. uol. 4. Vel apud summum Pontificem via supplicationis, in qua petatur q' pensio cum hac facultate transferendi assignata cassetur, extinguitur, & annulletur ad effectum ut similis pensio in favorem alterius constituantur, seu reseruerit, supplicat ille C. tertius ut sibi pensio huiusmodi assignetur, seu referuerit cum clausulis, & decretis in prima pensione contentis. Non intelligas tu etiam cum facultate transferendi. Illa enim concessio clausulae huiusmodi sicut personalis: Item non poterat extendi ultra primam uicem. argu. tex. in uulga. l. boues. §. hoc sermone. f. de uerbo. signifi. l. cum pater. §. ceterum. f. de legat. 2. l. dotis promissio. f. de iur. dot.

Clausula facultate transferendi, in pensionibus super fructibus beneficiorum in Italia constentibus regulariter denegatur, prout etia colligitur ex uerbis Hieron. Gig. de pensio. q. 12. n. 2. super beneficiis uero extra Italianam conceditur.

Clausula [potestatis transferendi] ut tollatur disputationes, de quibus per Parif. per præalle. consi. 46. n. 16. cum pluribus seq. uol. 4. & aliæ, ritè concepta, & que à signatura concedi consuevit. hæc est. Cum facultate pensionem ipsam in totum, uel in partem, simul, uel successiuè in unam, uel plures personas ecclesiasticas, & quæcunque beneficia ecclesiastica obtinentes per eundem A. quandocumque sibi placuerit nominare. etiam in manibus cuiuscunque personæ, etiam in dignitate ecclesiastica constituta, seu canonici cuiuscunque cathedralis, seu metropolitanæ ecclesie, aut ordinarii loci, etiam in mortis articulo, in R. Cu. uel extra eam, & alias in forma solita latissime extenden, absque alio dicti B. qui in hoc expresse consentit, & successorum præfatorum desuper adhibendo consensu transferendi. De illa clausula [in mortis articulo] uide qua dicam infra dum de Confessionali tractabo.

Nonnunquam pro facultate huiusmodi transferendi conceditur etiam clausula [Etia literis nō expeditis] qua nō obteta translatio facta ab executore Apostolico ante expeditionem, & præsentationem literarum inutilida esset: quippe qui iurisdictio nis exercitum non haberet. c. quisquis, ibi [Ex ea die qua eum literas accepisse constituerit.] 4. q. 5. Roma. consi. 35. 3. quoad primum, ante n. 7. uer. quoad tertium. Bartho. Cassen. consi. 10. uiso processu, n. 16. & seq. & ad alia, que adduco in 1. q. 31. Reg. n. 3. cum pluribus seq.

Quæro clausula præmissa non concessa uidelicet. [Quod literis non concessis translatio fieri possit] an si translatio fiat coram executori uigore processus fulminati,

Q V I N T M A N D O S I I .

nat, dummodo postea constaret de literis Originalibus subsistat? Pro opin. negatiua facit tex. in c. cum in iure peritus. de offi. dele. c. ut debitus. de appell. Rot. 793. pronunciatio facta, in anti. & Bisigne. 4. de concess. præb. Ex quibus, & aliis supra addu etis colligitur quod executor Apostolicus debet esse certus de sua iurisdictione per literas originales sibi presentatas: nec sufficit copia, uel quid insertum. ergo translatio corruit. Contrarium conclusum fuit in Rota, prout Dec. Achil. 2. de off. delega. ubi plura nota digna adducit, respondens etiam ad contraria.

Quæro an instrumentum translationis pensionis, prout in isto memoriali, etiam memoriali in totum non lecto, subsistat, si de memoriali appareat? Rota in Hispan. Pensionis inter Alphonsum, & Didacium 13. Octobris 1545. coram Puteo, ut ipse annotauit, Dec. 6. de fid. instrum. conclusit pro affirmativa, quia transferens non fuit confusus de fide notarii. Pro qua Dec. adduci potest text. in l. si ita scripsero. ff. de conditio. & demonstratio. & conferunt alia quæ adduco in 2. quæst. 1. Reg. can. nu. 3.

REGRESSVS ET ACCESSVS.

Regressum nihil aliud esse constat, quam reuersionem ad beneficium cessum seu dimissum, uel illius ius in quosdam euentus: prout in simi. habemus tex. in l. quæritur. §. si uendor, uer. Remittentibus enim actiones suas non est regressus dandus. ff. de ædili. edi. in l. filios, & in l. si unquam. C. de reuo. dona. in c. monacum, ibi. Et omnes ad seculum interdicimus regrellus. 20. q. 1. in c. ex literis, ibi. Ad domum propriu est regressa. de despō. impube. in c. si beneficia, post medium, de præb. lib. 6. in c. ut quis duas, in si. de electio. eo. lib. Oldra. consi. 275. quæstio est, col. 2. & Ale. consi. 83. uisa nu. 4. lib. 3. Et regredi est redire ad locum, a quo quis discesserat, prout 1. Reg. 25. Regressi sunt itaque pueri David per viam suam. Psal. 7. Et propter hanc in alatum regredere. 1. Machabe. 7. Regressus est ad Regem. Cæsar lib. 3. Belli Ciui Illi au tem hoc acrius instabant, neque regredi nostros patiebantur lib. 2. Belli Galli. Ipsa transfire flumen non dubitauerunt, & in locum iniustum progressi, rursus regres s. & lib. 5. Et in uno uniuersi tela coniciunt, neque dant regrediendi facultatem. Idem lib. 5. Belli ciui, uel potius A. Hirtius lib. 1. Belli Africæ in hac uerbâ. Neque retro regrediundi oblatâ facultate. Vbi ego affirmarem adesse figuram Pleonasmos in illo verbo retro, absque quo idem significaretur, in eodem significavit accipies tex. in l. negotiorum, uer. quæro regressus à militia. ff. de appell. & in l. properandum, §. si autem ex gestis, ibi. Nullo penitus ei regressu ad eadem item conferando. C. de jud. & in l. quod si hæredem, §. i. ibi. Cum scit sibi regressum ad aliam non futurum. ff. de tributo.

Regressus passim concedebantur resignantibus sub hac forma. N. uero oratori ne ex resignatione huiusmodi nimium dispendium patiatur quod dicto. P. resignatio cedente, uel decedente, aut beneficium huiusmodi dimittente, & alias quouscummodo etiam apud sedem apostolicam uacante, licet sibi ad dictum beneficium quam primum illud per celum, vel deceßum, seu quamvis dimissionem, vel amissionem. P. aut alias quomodounque, etiam apud sedem Apostolicam prædictam vacare cōtigerit, liberum habere regressum, & ingressum; illiusque corporalem possessionem per se uel alium, seu alios eius nomine propria auctoritate liberè apprehendere &c. Accessus uero dabatur tertio, puta si Maeius resignabat in fauorem Seii, & accessus constitutus fuisset in fauorem Titi Seio cedente, uel decedente &c. prout supra. Pro regressu; seu accessu; reseruatione compositio D. Datario hoc modo fol uebatur. Si fructus beneficij non excedebant summam ducatorum. xxviii. tot sol uedantur,

uebantur, videlicet fructus vnius anni si excedebarant 24. solubatur dimidij fructus.
Illa verba [Per cessum, seu decepsum] interpretamur, i. per resignationem, seu obitum, cedere, n. seu resignare pro eodem ponuntur in c. susceptum de rescr. li. 6. & per gl. rub. de renun. in cle. Decedere aut pro mori capit, vt in l. Papinianus. §. meminis se. ff. de inof. testa. in l. §. seu. ver. Idem Sceuola ait. ff. ad Sylleni. in l. lege Cornelii, in prin. ff. de testa. Cedere, & decedere in alia significatione uidere licet apud Bud. su per l. 2. ff. ad leg. Iul. maie.

Notandum est q illa verba, per cessum, parum operantur, & solum quo ad cessionem, seu resignationem in manibus ordinari: quod probo. Aut. n. supponimus re-signationem corā Papa faciendam esse iuxta solitum videlicet, cum clausula in fauorem N. & nō alias, aliter, nec alio mō, de qua supra loquutus sum dū de resignationibus tractauī, & clarum erit pp illam clausulam regressum excludi: ex quo non resignat alias nisi in fauorem N. & hoc agit ut resignatio beneficium queratur, alias ius a se abdicare non intendit: & inept in resignatione conditio, quatenus illi acquiratur, qua conditione non impleta resignatio non potest effectum fortiri. Rot. Bisig. 7. de renun. in fi. Aut. resignatio fit in fauorem N. absq; illa clausula. [Et non alias &c.] Quod raro accidit, & tunc ēt conditio p̄missa subintelligitur: & cū resignans intendat q resignatus beneficium acquirat, illa tacita conditio uera reddi debet, ad tex. in l. qui pecuniam, cum ibi nota. ff. si cer. pet. l. qui balneum, & l. potior. ff. qui potio. in pigno. habe. Et ita in Rotā conclusum fuit, prout Dec. Putei 6. sub tit. de renun. & loquitur in fortioribus terminis videlicet etiam si resignatio fuerit tradita possessio. Ego in quadam supplicatione regressus concessam uidi clausulam [Per cefsum] etiam in fauorem certae personæ.

Vltra illa verba [Per cessum, vel decepsum] cōcedebatur ēt clausula. [Aut aliā q̄ quis dimissionem vel amissionem &c.] Qua clausula obtenta fuit dubium in Rota in vrbe vetana Archipresbyteratus, an si regreslus sit fortius effectum ex uno capite, possit ex alio effectū fortiri? puta si sit locus regresliū per affectionē incōpatibilis, seu propter priuationem, is qui hēt regreslum possit expectare per decepsum? Pro op. affirmativa concludendum videtur, ex quo clausula p̄dicta apposita est in fauorem, & ad cōmodum illius pro quo regreslus referuatus est, unde electio sibi cōcessa videtur: & sic eligat regreslus quem malit, si illi plurifariā locus sit. arg. tex. in l. ubi ait. §. qui illud, aut illud. ff. de ver. ob. l. illud, aut illud, à cōtrario sēfl. ff. de cōst. pecu. Et potuit unū ex illis mōdis regredendi propria auctoritate, & sine superioris iniuria remittere: sicut dicimus de eo qui in pœnam caducitatis incidit ob non solutionem pensionis, seu canonis; yel in priuato feudo, vt intelligamus si dominus uoluerit, & declarauerit: Et q̄ dominus possit uelle, & nolle, & declarare, & nō declarare, vcl remittere, facit tex. in l. 2. & ibi gl. C. de iu. emp̄phiteu. Bal. in l. fi. nu. 4. C. de reuo. dona. Alexandri in c. agathosa 63. dist. latē Calsa. Dec. 2. & seq. loca. Contrariū conclusit Rota q̄ immo regreslus sit consumptus in primo illius eventu, prout Dec. Ptolomei 62. Adducebatur tex. in l. cum quærebatur. ff. iudi. sol. & Bal. in l. inuitus, ad fi. uers. cu dic q̄ verbum quod pōt̄ referri ad plures actus, tunc refertur ad primū actū, quādo primū actū consumit effectum secundum intentionem loquentis. C. de procu. & est tex. in c. non potest. §. illud ait, de præb. lib. 6. latē per Iaf. in l. diuortio. §. quod in anno nu. 12. & seq. ff. solu. matr. Insuper beneficium illud semel per affectionem alterius vacans non poterit amplius vacare p̄ decepsum, saltem illud ius quod ante beneficiatus habebat: in prima. n. uacatione consumptus est primus regreslus. c. manda to, & ibi not. Gemini. & Fran. nu. 1. & seq. de præb. lib. 6.

Illa uerba [Illiūsque corporalem possessionem propria auctoritate liberē apprehendere] magni sunt ponderis; & elegantiori sermone diceremus, excipere, seu reci-

D pere



Q V I N T . M A N D O S I I .

pere mantis injectionem, quod significat retinere facultatem reprehendendæ rei alienatae, vel ut citra villam in ius uocationem alienator posuit in prædium alienatum incertos euentus rursus ingredi, & in possessionem selle ipse mirtere. sed si hac lege, post prin. ibi. Ac si uendor, qui manus injectionem exceptit: reiecta declaratione gl. ibi, quæ est fatua, ut per Bud. ibidem, qui more suo optimè declarat. ff. de in ius uocan. & l. 1. & 2. C. si fer. exte.

Delicentia, seu facultate regrediendi ad rem iam possessā, seu adipiscendi possessionem propria auctoritate, uide tex. in l. creditores, & ibi Bar. & alios. C. de pigno. & Parif. confi. 1. nu. 175. lib. 1.

Regressus hæc dicatur esse ius ad rē, seu ius ad rē tribuat, ut per Aene. de Falco. de Reservatio in 47. effe. n. xi. uer. nonus modus est per regressum, hue accessum, cum quo transit Gig. de pensio. q. 99. n. 5. uide etiam Caſſado. Dec 1. nu. 1. de pact. & 4. de priu. uersus si. ac ſarnen. in 1. q. Reg. de non tol. iu. quæſi. nu. 4. in ult. caſu. Et probat esse ex cauſa de præterito, & non de futuro.

Contra uero, accessus est ius intrandi, seu adipiscendi beneficium, vel illius possessionem, quam nunquam ante habuerat ex proprio significatu uerbi, accedo, prout apud Caſſarem parum poſt princ. lib. 5. Belli Galli. Accessum est ad Britaniam omnibus nauibus meridiano ferè tempore: & ſic ad locum, ad quem prius itum non erat.

Ingressus pariter non ſupponit aliquem præcedentem aditum idem Caſſar eo. li. 5. Belli Galli. Ipsi ex ſiluis rari propugnabant, noſtroſque citra munitiones ingredi prohibebant.

Accessus, & regressus concedebantur, tā de conſensu, quām ſine conſensu, vt ſupponit Caſſado. Dec. viii. dē pact. Et hoc ostendit clauſula in infinitis ſupplicationibus ponī ſolita videlicet [Citra tamē accessus, & regressus, ac de conſensu coadiutorias.] Qua uerba [De conſensu] respiciunt ſolum coadiutorias. Immo uoluit Rota in c. uſa Hiſpalen. cantoriz coram Fabio Accorambono ſub die 27. Octobris 1542. q. regreſlus bo. me. Cardinalis. S. Crucis tanquām prior tempore, licet ſine conſensu ex qua ex cauſa oneroſa præualeret ſecundo cum conſensu. An autem regressus, & accessus ſine conſensu indiſtincte ualeant, non eſt hic locutus diſputandi: Et domini de Rota fuerunt uarii: prout Dec. Ptolomei. 14. & 15. ac Moe dani 82. alias 112. & Dec. 83. alias 113.

Proponebatur in Rota, reſeruatum fuiffe regressum Cardinali de Elſico ex cauſa cessionis per ipsum factæ, non tanien docebatur de aliquo titulo, etiam in ſecto; unde dubitabatur an regressus ſubſifteret? Pro opin. negatiua adduci potest, q. regreſlus erat cōditionalis, ſeu ob cauſam de futuro ut aliquid ſequat, quo nō ſequuto alter ad nihilum teneri debet. iuxta tex. in l. damus in fi. ff. de condi. indebi. & in l. 1. l. 3. & toto titul. ff. de condi. ob eau. Hic nullum ius ceditur, ergo regreſlus nullus. Concluſum fuit pro affirmatiua, ex quo ille in cuius fauorem cefio facta fuerat, conſeruat ex cauſa cessionis notabili pensioni: & ſic cum magni feciſſet cessionem, apparebat, ſeu præſumi debebat quod Cardinalis aliquod ius habebat: Et diſerunt aliqui ex Dominis de Rota etiā quod cessionarius non conſenſiſſet pensioni, ſed tantum acceptaſſet pensionem, quod ſatis erat ad ualiditatem regreſlus, & quod alia ſita fuerat tentum, prout Dec. Ptolomei 26. in cauſa Ceſaragustan. Archipreſbyteratus de Darroca coram Marſicano.

Regreſlus confeſſus fuerat ex cauſa cessionis litii, iuri, & cauſæ præſito conſensu per procuratorem cessionarii uigore mandati ad conſentiendum regreſlui, ſeu acceſſui per cefio, uel de ceſſum in euentum, in quem N. omni iuri quod habebat in beſtio, vel ſperabat habere, cedere, & etiam litii, & cauſæ; quarebatur an ſi conſta-

ret illum nullum ius habere, & nullam esse item, quia causa commissa erat per eundem N. & aduersarius citatus literis non expeditis, regressus huiusmodi substitutus. Pro opere negotiata illud vulgare adduci potest, q[uod] nō sit seruata forma mandati, iuxta textum in l. diligenter. ff. manda. & in ca. cum dilecta de rescripsit. quod probatur, ex quo neutrum illorum, que requirebantur, concurrit: nullum enim ius transferatur, seu ceditur: ac ius cedi debebat, & validum. ad l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. Nec lis aliqua erat, seu esse poterat resistente Regula. Cancel. 31. Quod commis. cau. lite. non ex parte, continebit decretum irritans, super qua latè scribo, & quæstio. 1. ad ff. Subiicio ueram rationem illius Regulae, ut scilicet ante confessas literas validè conueniri, & uexari nemo posset, ex quo supplicatio est quid informe &c. fuit per Dominos de Rota pro opin. affirmativa prout Dec. Mohedani 80. alias 109. decisum, & sic quod regressus validus esset, & sic quod satis erat quod N. cessisset iuri, & liti quantum in eo fuit, & cum Papa intellexerit item, & ius quomodounque erat, sat uidetur literis satisfactum. Insuper q[uod] lis erat bona, ex quo causa fuit commissa, quæ non poterat inuallida reddi nisi per Regulam, de qua datus non erat, & iam erat citata pars, & termini seruati fuerant.

Regressus duo concedi non solent; & fuit dubium in Rota in Tolitan. parro. de Xetastic inter Cardinalem Sanctorum quatuor, & Iohannem de Saluora, an secundus regressus teneatante primo uidebatur dicendum quod sic, quia referuatus uideretur in euentum in quem potuisse habere locum, uidelicet si primus regressus per mortem extingueretur, & sic interprætatio facienda esset taliter ut actus ualeret. ad l. quoties in actionibus, & l. ubi ff. de reb. dubi. l. quoties ff. de uer. oblig. D. meus cons. 289. non est col. 2. & 448. uis tota, nu. 17. ubi quod hæc præsumptio validitatis actus superat omnes alias præsumptiones. Et dicebatur in causa Placentin. Archidiaconatus de Trugillo, quod per tres conformes in Rota fuerat pronuntiatum pro secundo regressu, quod ualeret euentualiter ut supra, si primus per mortem extingueretur. Contra secundum regressum dabatur de intentionis Papæ defectu, de quo semper contra quamcumque gratiam dari potest: & qui etiam per clausulam, motu proprio, nō excluditur. gl. in cle. si Romanus Pontifex, in uer. ualidam, & ibi per Docto. de præben. per Io. And. & alios in c. si motu proprio. eo. lib. 6. Bellame. Dec. 475. præmissæ tres, & Paris. cons. 1. nu. 74. lib. 1. Pro probando intentionis defectu Episcopus Vasionen. qui fuerat Datarius, & Referendarius, ac in Praxi. Ro. Cu. ualde uersatus fuit in testem inductus, qui depositus Papam non concedere secundum regressum, nisi is, qui primum habet; illum suspendat, uel illius cæsationi consentiat, ne beneficium duobus regressibus sit inuolutum; & sic quod secundus regressus non teneret ex defectu intentionis Papæ, & ita Rota resoluit, prout Dec. Ptolomei 44. Addicci etiam potest tex. in cap. mandatum, in fin. & in cap. sequens de rescripsit. ubi, Quod non est intentionis Papæ, ecclesiam duplicitate uare. & Cassado Dec. 34. nu. 3. super Regulis.

Regressus, & accessus ex decreto Pauli III. à Roma Curia exulant, & summa ratione, quippe qui à nullo iure introducti, sed tantum ad commodum, uel cautelam regnantium, uel cedentium, ac quorundam aliorum, prout considerat Cassado Decisio. 4. de pact. & (quod deterius erat) efficiebat beneficia quasi hereditaria. Et in parlamento Curie Parisien de anno 1496. per arrestum regressus damnati fuere, prout post Decisio. Delphi. Rebuff. super Concor. sub titulo de Reservatio. glossa. 1. uersicul. item per arrestum Curie. In fauorem tam Cardinalium conceduntur: & hoc est unum inter tot alia eorum privilegia.

Non solum autem, ut præmisisti, regressibus ius non assilit, immo resistit: cetero denti

Q V I N T . M A N D O S I I

denti enim se u renunciati non dat ur regressus ad ius cui renunciauit: iuxta pulchrum tex. in alleg. l. quæritur, uersi. Remittentibus enim actiones non est regressus dandus. s. de adili. edi. l. si quis in conscribend. ubi Docto. C. de epi. & cleric. & C. de pacl. c. eos. & ca. quām periculo sum, iunct. glo. 7. q. 1. c. sic illis 23. q. 4. Parisi. confi. 5. nu. 1. 65. uersi. & ipsi renunciati, & cedenti nullus dandus est regressus. uolu. 4. insuper datur uotum captandę mortis naturalis, uel ciuiles, puta per priuationem. &c.

Non tamen negauerim quin Papa ad sui libitum regressus, accessus, & ingressus concedere posse: quippe qui in iis beneficiariis dominus est absolutus. c. cuncta per mundum 1. & 2. 9. q. 3. & gl. fin. in c. fin. de præben. libr. 6. quod tanto magis nonnulli procedere affirmant itante R. Cu. illo illos ab infinitis annis citra concedē di, quem prō iure haberι volunt. c. quām graui. de crimi. sal. cum uulga.

Regressus & accessus ob non solutiones pensionum nunc etiam admittuntur inter alias clausulas supplicationum pensionum, sub iis, uel similibus uerbis. Nec non dictæ N. vel aliquo ex successoribus in dicto beneficio in solutione dictæ pensionis deficiente, seu illam ad minorem summam reduci, uel inuolidari petente &c. liceat eidem P. liberum habere regressum, accessum, & ingressum, illiusque corporalem possessionem per se, uel alium seu alios propria auctoritate libere apprehendere &c. Aduertendum est ad proxim Romanam, quam adducit Hiero. Gig. in tracta. pensio. quæstio. 99. num. 22. uersi. sciendum tamen est, quod partim est uera, partim non: Vera praxis est qd resignanti, seu cedenti beneficio dum pensio reseruatur conceditur, ut præmis, regressus, accessus, & ingressus, ob non solutionem pensionis, Add tu, & in aliis euentus, puta si cessionarius, uel resignarius instet pro reductione ad minorem summam, seu pro annullanda pensione & in aliis casibus in gratia comprehensis. Dum autem lentit quod in aliis casibus, puta si in prouisione per obitum reserueretur alteri pensio solum apponatur priuationis pena, hoc non ita procedit, immo ultra dictam pœnam, passim cuiam conceditur accessus, & ingressus.

Accessus, & regressus nouissime, etiam in fauorem Cardinallum per conciliū Tridentinum sublati fuerunt prout ca. 7. de Decr. Reforma. Sessio. ult. sub Pio III.

F R V C T V M R E S E R V A T I O N E S .

Reseruatio omnium fructuum concedebatur in fauorem resignantium, seu cedentium, ac iurisdictionis, & administrationis, nec non nominis, seu denominationis, ac stalli in choro, & loci in capitulo, habitationis, seu aliquorum membrorum, & distributionis quotidianarū. Et præmissæ reseruationes cum D. Datario componi conseruerant. De stallo in choro, & loco in capitulo habemus tex. in c. cum inter. de renun. & in c. pro illorum in f. de præb. pro quibus etiam uide Abb. in dicto c. cum inter. nu. 1. & seq. & Ludo. Roma. conf. 482. nu. 2. Bal. in 1. 2. n. 56. uer. super secundo. C. de serui. & aqua. Lamber. de iu. pat. li. 2. par. 3. q. 11. art. 8. nu. 3. fo. 380.

[Et de hac reseruatio omniū fructū uide Staphi. super signa. fo. 154. uer. Hinc est qd admittitur cesso beneficij cū reseruatione omniū fructuum. De qua ēt reseruatio ne, ac nominis, denominationis, stalli in choro, & vocis in capitulo uide Sarnen. ſuper reg. de Anna. q. 60. & per me dicta reg. q. 30.]

Frequentius, ac facilius, & absq; aliqua compositione reseruantur dimidi fructus, ēt loco pensionis annua in fauorem resignantis, seu cedētis, & aliquādo in fauore tertij, qd dimidiae partis fructū reseruatio non pōt dici excessiva, uel exorbitā. ad tex. in extra. suscepit, Iohann. 22. de elec̄tio. Nic. Boe. Dec. 2. in fin. Staphi. ſuper signa,

figna. fo. 154. vers. Et quandoq; usq; ad medietatem. & Rebus. in præxi, de Reser. gen. quām speci. nu. 15. & seq. uer. interdum reseruatur media pars fructuum. Pro reseruatione fructuum in fauorem tertii habemus tex. in c. si tibi, de præb. lib. 6. vide Caccialu. de pensio. q. 19. post nu. 2.

Titulus, & denominatio præsertim cedenti ecclesiæ cathedrali reseruari cosueverunt, nec reseruationes huiusmodi multum a regulis iuris deuant; cum ut dixi supra, dum de Resignationibus tractauit, ver. Renuntians episcopatui, iura aliqua huic reseruant puta ordinem, & dignitatem episcopalem, pro quibus arguendo à matrimonio carnali ad spirituale pondero q; ingrediens monasterium retinet titulum, & denominationem mariti, & coniugis, prout pulchritè per Lap. Alle. 129. factum. n. 6. ante nu. 19. & nu. 26. ubi in uer. coniugibus concordo opiniones.

Concedi alias confueuerant Reseruationes collationum beneficiorum in fauore resignantis, seu cedentis. ut etiam supponit Rebus. super concor. rub. de manda. Apo. S. j. ver. quid si. collationes pag. 471. & 477.

Concessus alias fuerat Christophoro resignanti canoniciatui, & p̄bendæ Legionen. in fauorem N. regreslus per cessum, uel deceplum, cū reseruatione nominis, iurium administrationis, fructuum, distributionum, stalli, loci in choro, uocis in capitulo, ac residentiæ, etiam alternatiæ cum clausula [In omnibus, & per omnia ac si non resignasset:] Signatura solum addidit quoad residentiam clausulam uidelicet [Et de consensu capitulo.] quærebatur an mortuo resignatario, qui residet in loco inferiori Christophorus deberet habere eundem locum antiquum tam in choro, quām in capitulo, quem habebat ante resignationem? uidebatur responderi debere negatiæ, resignans. n. ultra ius amittit etiam possessionem ciuilem, & naturalem in fauorem resignatarii. Io. And. Imol. & Abb. in c. sollicitate de resti. spoli. & alii, quos cito in 28. q. Reg. de Anna. nu. 4. ergo amisit etiam possessionem quoad locum in choro, & capitulo: Nec poterit dici illam retinuisse: nec illam recuperare poterat. Insuper cum resignans consenserit residentiæ alternatiæ, & capitulo uigore præmissæ clausulæ [De consensu.] consenserit q; solus resignatarius resideret, resignans se ipsum priuavit omni possessione: quæ expressa renunciatio ut resignatarius possideret nihil aliud est quām iuris proprii spontanea refutatio: ut per Host. in sum. de renuncia. & ad ea quæ adduxi supra dum de renunciationibus tractauit Pro opin. affirmativa conclusum fuit per maiorem partem Dominorum de Rota, prout Dec. cardinalis Putei 35. sub titu. de præb. coram Maceraten. Et ponderata fuerunt illa uerba uniuersalia [In omnibus, & per omnia ac si non resignasset] ad tex. in l. i. & ibi, Per omnes. ff. de lega. i. Quæ uerba cum etiam sint geminata plus solito operari debent. uulga. l. balista. ff. ad trebel. Insuper iura, & statuta loquentia de acquisitione possessionis ut detur nouus, & ultimus locus, non procedunt in retinente, seu regrediente. ad tex. in c. si beneficia. ibi, Liberè reuertantur de præb. lib. 6. & inter retentionem, seu regressum, ac ingressum, uel immisionem, seu acquisitionem possessionis magna est differentia, ut declarat Alex. conf. 83. uisa, nu. 4. & seq. lib. 2. Nec obstat clausula illa super alternatiæ residentia, iuncto consensu capitulo in fauorem resignatarii; quia possessio erat tantum impedita quo ad illum effectum residendi, qui est unus ex effectibus possessionis circa perceptionem fructuum. Et pro hac op. adducebatur Feli. in c. ex insinuatione, ad fi. de simo. ubi de priuato q; non recuperet primum locum, limitat primò non habere locum quomodo non fuit priuatus, sed sim plicter amotus. At in casu nostro non potest dici priuatus cum nullum commiserit delictum.

Reseruationem fructuum alias concedi uidi cum clausula [Vel si maluerit pensio nem annuam, puta centum ducatorum] qua clausula stante dubium fuit in Rota in causa Cordulen. Dimidiz portionis inter ualerium Ruiz, & Alphonsum de Medi-

Q V I N T . M A N D O S I I

na coram Fabio, an exigens pensionem hm̄oi pluribus annis possit postea variare, & velle fructus? Pro op̄i. affirmatiua uidetur tex. in l. eum qui certarum. §. fi. ff. de uer. obl. in l. si Sterilis. §. fi. ff. de act. emp. ubi uidetur casus noster: reseruata. n. habitatio- ne ad uitam aut decē in singulos annos, deciditur ibi quōd primo anno possunt p̄fari decem, secundo uero habitatio: Sic nos dicamus quōd uno anno potest exigi pensio, altero uero fructus exigi possint per Bar. in l. ubi pactum, nu. 3. & ante. C. de transla. & per Amanel. de clar. aq. not. i. 86. incip. nota qualiter fiat executio in alter- nativis. Pro opin. negatiua conclusum fuit in præalle. causa 11. Ianuarii M. D. xlviij. prout Dec. Putei 3. de pensio. Allegabatur inter alia l. si quis stipulatus sit sticum. ff. de uer. obl.

Nunc reseruatio omnium fructuum administrationis, denominationis, & stalli. seu loci in choro, rārō conceditur: & summa rōne. Beneficia. n. diuidi nō debent, c. fi. prope. fi. ibi. Sed liberē absq; diminutione aliqua collata. 1. q. 3. c. maiorib. c. uacaute, & c. cum causam, in fi. de prab. & in rub. & nigro, ut eccl. bene. fine dimi. conse.

Vel saltem si unū beneficiū, alteri fructus illius conceduntur, pars fructuum remanere deberet penes beneficiatum, seu eum qui titulum hēt: cum fructus, seu redditus ecclesiastici instituti sint propter spiritualia, & illa tractantes. c. 2. & 3. & c. cū secundum Apostolum. de prab. c. fi. ibi. Et officium plerunq;, propter quod beneficiū ecclesiasticum datur, omittitur de refer. lib. 6. Sic ut pp militiam, & militare ministerium datur militi stipendium, & priuilegium; & hēc subtrahuntur ei qui se non exercet in actu militari. l. fin. C. qui. non. ob. longi. tempo. præscr. l. qui sub prætex- tu. C. de sacros. eccl. Pet. de Aach. cons. 233. prius inquirendum, nu. 2. uer. Regula. n. est, quōd qui seruit ecclesiæ, debet uiuere de ipsius fructibus &c.

Quero prouisum fuit alicui de canoniciatu, & p̄bēda, in supplicatione aderat clau- sula [Cuius fructus &c. 24. duc. non excedunt.] ex quo consiliebant in quibusdā red- ditibus, quos mafsam grossam uocant, alteri uero reseruatur medietas fructuum loco pensionis, in hēc uerba uidelicet [N. uero] ut commodius substentari ualeat medietatem dicitorum fructuum &c. Jan. debet habere 12. ducatos, an uero CC. cū illa mafsa grossa excederet redditum CCCC. Pro prima opin. quōd illi 12. ducati tantum debeantur tria adduci possunt; primum est, quōd natura dictionis, dicitur, id suadet. ad l. 1. §. eum qui, ubi Bar. nu. 2. qui dictum. §. legit, cum §. hoc editio. ff. de pos- stu. idem Bar. in l. talis scriptura. §. fi. nu. 4. ff. de leg. 1. Aret. cons. 2. 1. si diligenter, col. 1. uer. ex quibus. Vnde exponamus, dicitur, scilicet de quibus p̄misi, & sic di- midii fructus illorum expressorum erunt 12. non autem CC. Alterum est q; in du- bio de minori summa interpretatio facienda est l. nummis. ff. de lega. 3. l. si ita stipula- tus fuerit decem. ff. de uer. obl. l. semper in osculis. ff. de reg. in. Tertium est, q; in du- bio iudicandū est pro libertate, & fauore ecclesiæ, & ut beneficiū non diuidatur. ad c. fi. uersus fi. 1. q. 3. & ad alia supra adducta: minus autem beneficium diuidetur, mi- noremq; sentiet seruitutem in duodecim, quam in ducentū grauatum. Contrariam op̄i. sequuta est Rota, prout Dec. Ptolomei 9. ubi considerat, quōd reseruata suppo- nitur medietas fructuum, non autem est reseruatus ualor medietatis fructuum: Ni- hil ultra in dicta Dec. adducitur, unde prima opin. facile obtineret: dicta enim tria fundamenta satis urgent.

Clausula exprimens pensionē antiquā, an in reseruatione omniū, & singulorū fru- ctū sit necessaria, dubitari posset; ego consulere q; apponetur illa aut nō posita an reseruatio subsistat? uidetur negatiue respondēdū pp Dec. Cassa. 3. sub tit. de p̄sio. ubi q; reseruatio p̄sionis super fructibus beneficiū alia p̄sione onerati nō valet, put. Et p Nic. Boe. Dec. 162. & per Hier. Gig. de pensio. q. 29. & q. ult. nu. 12. Ego pro de- fendenda hm̄oi fructū reseruatione pro quadam cā, quā extra Ro. Cu. p̄debat, plu-

et adducere; & inter alia, duo quae hic subdā uidelicet. Quod adducta in contrariū loquātur, & procedat in pēsione tantū, quae pēsio describitur esse quādā portio sup fructibus beneficī assignata, ut p. Car. in cle. j. §. j. q. 3. & Imo. col. 1. de sup. neg. prē. Hac autē definitio nō cōuenit fructūlū omniū reseruationi, ergo nec definitum, ut p. Arist. in 6. topico. & per Bar. in l. si quis seruo in 2. no. C. de furt. Altero mō responde bā, q̄ in casu alle. Dec. Casla. non p̄sumebatur Papam uoluisse grauare ecclesiam, seu illius fructus duplici onere, argu. tex. in c mandatum, cum duobus seq. de rescr. at in casu nostro sumus in claro q̄ intēdebat super omnibus fructibus grauare ecclesiam, ad l. continuus. §. cū ita jun. gl. in uer. nullus. ff. de uer. obl. & l. ille. ff. de leg. 3. soluta igitur pensione antiqua, reliqui fructus, qui supersunt, reseruatario debebuntur.

Reaignati, seu cedēti beneficio, reseruatis fructibus, uel illorū parte, concedi consuevit clauſula per signaturā: Illos propria auctoritate percipiendi, quo casu resig-
nans licite illos per se ipsum, & absq; alicuius licentia percipiet, & si omnes fructus sibi debētur poterit resignans in sua possessione, quā prius habebat, remanere, illamq; cōtinuare ut p. Paris. cōf. 39. an regula nu. 7. uol. 4. & Rota tpe meo in Paduā. cōgregationis, Danieli Bonifilio (qui resignauerat reseruatis fructibus, & in possessione remanerat) dubitanti spoliari concessit mandatum de manutendo.

In Gallia reseruatio omniū fructuum non facile admittetur stante arresto, de quo post auctre per Rebus. super concor. sub rub. de rescr. in gl. 1. in uer. immo per arrestum, uer. item eodem arresto fuit in hoc regno prohibita reseruatio omniū fructuum &c. & per eundem Rebus. in praxi, de Reser. tam gene. quam speci. nu. 13. & seq. uer. Interdum Papa fructus.

Indistincte autē tenendum est, pactum reseruationis omniū, uel partis fructū in cessione, seu resignatione turpe esse, nisi à summo Pōtifice comprobetur, & eosq; cēseatur honestū, quoq; indulgentia, seu dispensatio Papæ se extendit, & non ultra, ad c. quam pio, ibi. Dum tamen omnis absit pactio &c. i. q. 2. c. cū priden. de pac. c. queſitum, & c. cū uniuersorum, cum gl. in uer. tractare. de re. permu. Dec. cōf. 141, ad plura; & in terminis nostris Ludo. Roma. consi. 358. quia beneficī, & expressius per Fel. consi. 11. Papa concedit per totum.

Noūissimè per conf. Trident. Sessio. 24. alias 8. sub Pio IIII. in Decre. Refor. ca. 13. incip. quoniam plerunq; cautum fuit, ne cathedrales ecclesias, quarum redditus mil- le duc, & parochiales, quarum centum non excedunt reseruationibus fructuum grauentur.

EXTINCTIONES.

Extinguere idem significat, quod perimere, delere, seu abolere. Cic. in Lælio. Si tale aliquid euenerit, ut extinc̄t̄ potius amicitia, q̄ oppressa uideantur. l. qui res. §. aream. ff. de solu. l. j. in si ff. ad turpili. auth. Casla. C. de sacr. eccl. Extinctio remissio etiā eleganter nūcupari poterit iuxta hanc significationem, prout in l. queritur, uer. Remittentibus enim actiones suas. ff. de q̄dill. edi.

Extinctio, seu cassatio pēsionis anticipata solutione in Ro. Cu. frequens est, sunt autē qui afferant id facere non licere, prout Pau. Roma. in 6. quæsi. nu. 1. & 34. fo. 12. & 18. Prob. co. tracta. q. 3. par. 7. & in addi. ad gl. pragma. de collationibus. §. itē quod uniuersitates, in uer. beneficiorum.

Distinguendū ita est, aut partes ipsæ inter se conuenient super tali extinctione, pecunia solutione, uel promissione interueniente, absq; sedis apostolicæ cōprobatione, & procedat supra adducta, ea pr̄sertim rōne, quia sicut in constituenda pensione auctoritas apostolicæ requiritur, ita in extinguenda, seu destruenda. argum. tex. in auth. ecōtra si filii, & ibi Bar. C. de repud. & idem Bar. in Lactor. nu. 8. ff. rem rat. habe. Ias. in l. quemadmodum in 2. not. ff. de acqui. possesio.

Q V I N T . M A N D O S I I .

Aut super huiusmodi extinctione supplicatio impetratur, & cessent omnia contraria, auctoritas enim Papæ omnem simoniacam labem excludit, Hostiensis in cap. 1. ne præla. ui. suas. Ioan. And. in cap. 1. post prin. de simo. Cassia. dec. 2. numer. 3. & 4. eod. & quod cum auctoritate Pontificis pensio anticipata solutione extingui possit, concludit idem Paul. Roma. de pensio. ubi supra, post nume. 34. uerific. concluditur ergo.

Sed quare pro quot annis anticipatis pensio extingui possit? Hyero. Gig. in tracta. pensio. q. 87. post nu. 6. dicit quod consuevit extingui pensio pro quinque, sex, aut septem anticipatis annuis pensionibus ad summum. subdens huiusmodi stilum fore fundatum in eo quod ad septennium uendere liceat fructus beneficiorum. ad c. fi. ne præla. ui. suas. cle. 1. §. fi. de reb. eccl. non alie. & con. Fede. de Sen. 123. queritur. Ego autem dico quod haec opin. Gigan. nec per iura, nec per Docto. nec per stilum probatur: & ille tex. in c. fi. dum loquitur de septennio seriem facti narrat, immo ad septennium restringit discordaret ab alijs iuribus, & ab opin. Docto. indistinctè concludentium ad modicum tempus huiusmodi locationes ualere. Nec illa cle. 1. nec con. Fede. ad Septennium se re tringunt, sed loquuntur de modico tempore, quod declarandum est uel arbitrio iudicis, uel intra decennium, ut late tracto infra de indul. locan. reddi. benefi. Rursus nec ualeret consequentia, fructus beneficiarii solum ad tot annos locari posse, ergo ad eosdem anticipatis pensio extingui. Quantum uero ad stilum attinet hic Doctor Venetijs continuò commorans male de stilo nostro Romano testimonium reddere potest, non secus ac nos de stilo Veneto quem partem appellant. Quæstum igitur nostrum de iure indeciso remanebit. stilo autem uarius est, unde super eo fundamentum fieri non potest: Ut tamen sententiam nostram super dubio praefato proferamus: si aliquo modo iuxta opin. Gig. has extinctiones cum locationibus premillis comparare possimus pro nouem annis anticipatis, & sic pro modico tempore extinctione tenebit, uel attendenda erit atas pensionarij ut iuxta uerisimilem pensionarii uitam longam uel breuem pro pluribus, uel paucis annis anticipatis extinctione fieri possit, prout etiam sentire uidetur Gig. ubi supra: Rursus si pensionarius sit sanus, uel bene dispositus, se uero infirmus, uel male affectus. Vel dicamus, quod cum simus in contractibus licitum sit contrahentibus meliorem conditionem libi facere in quantum posse, dummodo quid turpe, seu prohibitum non committant: & sic non solum pro nouem annis anticipatis, sed etiam pro alijs extinctione subficit, præsertim si pensionarius sit puer, uel iuuenis, & ut præmissi bene dispositus. Et si licitum est contrahentibus se decipere. l. in causæ. §. Idem Ponponius. ff. de mino. l. item si in pretio, \$, quemadmodum. ff. loca. D. meus conf. 115. & pro tenui, post prin. quanto magis contrahentibus licebit super huiusmodi extinctione in pluri solito, uel minori concludere? Confirmatur haec mea opin. propter incertitudinem uite ipsius pensionarii, uidelicet quantum uiuere possit, unde contractus huiusmodi subficit ad late tradi. per D. meum qui alias citat dicto consil. 115. & 122. in prin. Concludo de iure pro nouem, decem, & alijs annis extinctionem huiusmodi fieri posse. Consuetum hactenus fuit, pro quinque, aut sex annis ad summum extinctiones huiusmodi facere. Ego nulli, qui animæ salutem pecuniae præponit, consulerem quod pro pluribus annis quam sex pensiones huiusmodi extingueret.

Formulam supplicationis extinctionis pensionis anticipata solutione ponit. D. Hyeron. Gig. in tracta. pensionum post omnes quæstio. & post formulam translationis pensionis.

Eodem modo concedi consuevit extinctione reservationis partis fructuum, seu omnium, solutis tot pecuniis anticipatis.

Extinctiones prædictæ fieri consueverunt, non solum super tota pensione, seu super

per omnibus fructibus reseruatis, sed etiam pro parte, arg. l. quæ de tota ff. de rei u. ea di. l. qui scit, primo respon. ff. de usur. l. si seruus, in fi. ff. de acqui. h̄ere. eo magis c um non posse dari ratio diuersitatis, quare magis in totum extincio fieri possit, qu à m pro parte; s. i. n. ratio diuersitatis adduci posse, tunc argumentum huiusmodi cor rue ret. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de innossi. teſtam. Ias. in l. iurisgentium. §. adeo, col. 2. ff. de pac.

Extincio accessus, seu regressus simpliciter fieri potest, absq; tamen interuentu pecuniarum, uel alicuius commodi temporalis, alioqui simonia esset, cum propter rem spiritualem, seu commodum spirituale temporale quid daretur, seu promitteretur. S. Thomas secunda secundæ q. 100. articulo, 2. & 3. c. uni. ubi Docto. ut eccl. be ne. si. dimi.

Supplicatio igitur cassationis regressus, seu accessus libera esse debet, alioqui rejiceretur, & laceraretur tanquam stulta, & reproba.

An aut̄ sola cassatio regresus, vel accessus abſq; supplicatione desuper signata ſuf ficiat, uideretur dicendū q̄ non, cum (ut p̄misi) eiusdem auctoritas, seu consensus requiratur in deſtruendo, ſeu extingendo, cuius in conſtruendo, ſeu conſtituendo, prout ē dicimus eodem modo, quodque diſſolui, quo colligatum eſt. l. prout quifq; ff. de ſolutio. l. quanuſi ſaltus. ff. de acqui. poſl. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. c. omnis res per quascunq; cauſas naſcitur per eadēm diſſoluitur, extra eo. & dixit Philo. in i. de genera. & corr. quōd ea, quæ ſunt principia generādi, ſunt etiam principia corrūpendi. Sicut igitur priuatorū uoluntas ſeu conſensus abſq; Papæ auctoritate non potest regreſum huiusmodi inducere, ſeu conſtituere, ira nec illum extingueſ.

Inſuper extincio regresus corā ſolo notario ſine principiis auctoritate alia rōne uidetur inualida, quia cū ex regreſu ius ad rem queſitum fuerit, ut per Aene. de Fal co. de reſer. in 41. effectu nu. 1. uer. nonus modus; & per alios, quos adduco ſupra dū de regreſu trac̄to, huic iuri c̄dī, ſeu renunciari non pōt̄ in manibus alterius, q̄ superioris deſtituendi potestate habentis. c. admonet, & c. quod in dubiis, de renū. Rot. 572. quidam Cardinalis col. 2. uerſ. & quidam dicebant, in anti.

Obſtare videtur hīmōi conclusioni doct. Ale. in c. Agatosa 63. dist. qui in ſimilibus terminis voluit ſola uoluntate ſen conſenſu abſq; Papæ licentia penſionem remitti, ſeu extingui poſſe, quem Rot. ſepe ſequuta eſt, ut teſtatur Sarnen. in 16. q. reg. de in fir. poſt nu. 4. uer. hinc eſt q̄ ſola uoluntate. Gig. de penſio. q. 45. poſt nu. 6. verſ. ideo nil obſtat. & Dec. Achil. de Grassis 7. de deci.

Dubitabatur in Rota corā Achille in cauſa Gerūden. ex quo N. conſtituerat, p̄cu ratorē cū iuſo ad extingendū regreſum, quē poſtmōdū reuocauerat, & ſic effeſtus erat piurus, an eſt priuatus ſuo regreſu? Conclusū fuit pro negatiua, prout Dec. 3. Achil. de regreſu, pſertim quia regreſus hētius de p̄terito, ut p̄ Caſta. Dec. uni. de pac. & 4. de priui. Et ſic non ob. q̄ piurus ſit inuabilis ad beneficia obtinenda, & collatio facta periuero ſit inualida, prout per Fed. de Sen. con. 50. quæritur an collatio & per Fel. in c. 2. nu. 4. de reſer. Et quia procedit in nouagratia, in qua non ſumus.

Dubiū fuit in Rota corā Puteo prout Dec. Mohed. 5 1. alias 81. an penſione extin cta ad effectum ut alia reſeruaretur, ſi altera non fuerit valide aſsignata, censeretur prima non extincta? Contra penſionem dicebatur q̄ illa ſemel extincta non reuinifciet. cle. gratiae; iun. gl. in uer. resignaueris. de reſer. pro pen. adducere poſſumus illud principium philosophicum, A priuatione ad habitum non dari regreſum. Contra riū conſlusum fuit 4. Februarii 1540. in fauore Corradi de Grassis, ex quo cōtabat q̄ ille noluit penſionē extingueſe niſi reſeruatis pēſionibus eiusdē quantitatis, & qualitat̄ ſup. aliis beneficiis, unde nō niſi pēſiones ualidē reſeruenſ. Et cū Corradus nō intēderet penſionē primā extingueſe niſi impleta cōditio, extincio nō ſubſtitit, ſeu

Q V I N T . M A N D O S I I .

Seu non operatur conditione non impleta. argu. tex. in l. si ita hereditatem. ff. de condi. institu. & in l. qui heredi. §. ff. de cond. & demon. & ad alia quæ adduco in 31. q. 32. Reg. nu. 16. ubi etiam probo idem respondendum esse in conditionibus beneficiarijs, seu spiritualibus.

Dubitatum etiam fuit in Rota in Florentini. Pension. coram Mohed. prout Dec. Crelcen. 240 supposito quod in impositione pensionis sit facienda mentio alterius pensionis prius impositæ super eodem beneficio. Et si super fructibus cathedralis imponatur, sit derogandum concilio; an si utrumque factum fuerit in impositione pensionis, & postea per pensionarium extinguitur illa pensio, & in eadem supplicatione extinctionis imponatur similis pensio in favorem alterius, in qua nec antiquæ pensionis mentio sit, nec concilio derogatur, nec de concilio sit mentio, an pensio hæc secunda subsistat? conclusum fuit pro opin. affirmativa, ea ratione quia ecclesia ex hac noua pensione non recipit aliquod grauamen, & omnino si hæc secundæ pensionis constitutio non ualeret, prima remaneret: nulla enim considerari posset extincio, ex quo eodem tempore, & in eadem scriptura siebat extincio ut pensio alteri assignaretur. ad Docto. in l. lecta. ff. si cer. peta. ad Bal. in l. petens C. de pact. Anch. con. 434. & narratis, post nu. 3. & ad alijs, quos cito in 31. quest. 32. Reg. nu. 22. Secus autem concludebant Domini de Rota, si semel ecclesia pensione, & grauamine libera- ta extitisset: tunc n. si alia similis pensio iterum alteri constitueretur, ex quo esset no- num grauamen, omnia requirerentur, quæ in prima constitutione. prout in simi. cō- cludit Bal. in l. 2. col. 2. uers. sed pone Papa, ubi quod si Papa dispensat quod res ecclæ alienari prohibita, uendi possit, si est actum redhibitoria non possit amplius uendi, quippe quæ semel ad naturam suam originariam reuersa sit omissa qualitate extranea, & accidentalí quam assumpserat. C. de ædil. actio.

C O A D I V T O R I A E .

Coadiutoria duplex est, altera in temporalibus, de qua apud Cesarem lib. 3. Belli. Ciui. Huius (inquit) quod ualeutidine minus commoda utebatur Fuluium posthumū adiutorem summiserat. Et de qua loquitur tex. in c. 2. de supplen. negli. præla. lib. 6. ubi de coadiutore in regno, & per Specu. titu. de feud. §. quoniam, ubi quod Regibus, Ducibus, Marchionibus, Baronibus, & aliis iurisdictionem habentibus datur coadiutor, si nesciuit terram suam defendere, uel in ea pacem, & iustitiā seruare, ac p. Io. Firma. in tracta. de epis. in 3. q. 1. lib. 1. & lib. 2. q. 31. post nu. 57. uersic. sic & alias dandus est curator Regi fatus, uel coadiutor: ad quod citat Ral. in tit. de succel. feu. in fi. prin. Verum aduerte tu quod Bal. ibi uers. Si autem ex accidenti loquitur tantū de curatore dando, a de coadiutore uerbum nullum. Tu defendere potes Io. Firma. quod idem dicendum sit de coadiutore, de quo etiam intellexerit Bal. propter tex. in alle. c. 2. de sup. negl. quem citat.

Alterain spiritualibus, de qua nos loquimur, & hæc duplex est, altera simplex, seu ad tempus, altera cum futura successione; de prima loquitur tex. in c. de rectoribus, in c. ex parte, & c. fi. de cleri. ægro. & Abb. in c. fi. nu. 4. docet, commendam temporalem exprimere mortuo prælato ciuiliter, uel naturaliter, & antea declarat quid sit coaditor, & qualis esse debeat.

Altera cum futura successione est potius a stilo, quam a iure inuenta, prout Cass. dec. 2. nu. 2. de resti. spoliato, qui uero affirmare uoluerint, etiam coadiutoriam cum futura successione cum iure canonico conformitatem habere, uidere poterunt quæ scripsi in xj. regula reuocatoria in 5. q. num. 5. Formulam coadiutorię perpetuę possum in 6. q. dictæ. xi. reg.

Coad-

Coadiutoriis simplicibus, seu ad tempus, & olim, & hodie raro locus fuit, se est, coadiutoriarum autem cum futura successione usus frequentissimus extitit. Dum autem concedebantur intuitu etatis ingrauescentis, vel talis infirmitatis, seu alterius impedimenti, propter quam, seu quod, onera pro tempore incumbentia pra lati, seu beneficiati susterre non poterant, prout in simi. in commenta. Cæsa. alle. lib. 3. Belli. Ciui. Huius quod ualeudine minus &c. ad c. uni. de cleri. ægro. lib. 6. R. D. Data rario compositio soluebatur hoc modo uidelicet Si fructus beneficii non excedebant summam centum ducatorum, soluebantur centum ducati; si uero excedebant sum mam centum, soluebantur fructus unius anni.

Coadiutoria aliquæ concedebantur sine consensu beneficium obtinentis, aliquæ cum consensu; ista ualidiores, & firmiores erant, ac per clausulam in prouisionibus poni solitam præseruantur, & præseruantur Casta. dec. uni. de pac. clausula præseruativa haec est: Citra tamen accessus & regressus, ac de consensu coadiutorias.

Coadiutor in beneficio de iure patronatus an sine consensu patroni dari possit, ui de per Lamber. de iur. patro. art. 26. quart. 6. par. 1. lib. 2. fol. 212. Ex clausulis in coadiutoria concedi solitis non poterit dismembrare ecclesiam unitam, & in ea erigeret ius patronatus: sunt. n. de illis actibus quos dicunt Docto. in c. 1. de cleri. ægro. lib. 6. qui per coadiutorem fieri non possunt sine prælati consensu. & ita conclusit Rota coram Fabio in causa Bergomen. de anno 1549. prout Decis. Achil. uni. de coadiutore.

Clausulam derogatoriam indulcis Cardinalium alias concedi uidi, & ego consuli tem per illam in supplicationibus coadiutoriarum nostri temporis ponere debere, a hioqui illa non obtenta locus erit disputationi illi, utrum in gratia coadiutoria cum futura successione requiratur derogatio indulci cardinalis. Regulare enim est, quod cardinalibus habentibus ecclesiæ cathedralis, & Abbatias Papa concedit indulsum, ut de omnibus beneficiis ad eorum collationem, institutionem, seu quamvis aliam dispositionem pertinentibus libere disponant perinde, ac si reseruationes, gratiae, expectatiæ, uniones &c. non emanassent prout Dec. Cassado. 3. de priuile. sub quibus indultis non comprehenduntur regreslus, qui a stilo ab huiusmodi indultis præseruantur. prout Dec. Cassa. 4. eo. titu. an etiam eodem modus præseruent coadiutoria cum futura successione, vel ab huiusmodi indultis immunes sint, magna est difficultas, super qua pluries scripti super industo cardinalis Toletani: Hic non discutio, ali bi forsan tractabo.

Hodie coadiutoria perpetua cum futura successione denegantur.

Si tamen Papa illas concedere uoluerit ex aliqua iusta causa, nemo cōqueri poterit, præsertim si de consensu, quo casu uideatur habere naturam resignationum: eo n. ipso quod quis consentit beneficium suum alteri conferri, uideatur beneficio cede re. ad tex. in c. ex transmista. de renun. & in c. beneficium, uers. [nisi ad id ipsius accedit assensus.] Iun. glo. de regula. lib. vj. & conserunt ea quæ adduco in s. qd. Reg. de Impe. ben. ut uen.

Similes coadiutoribus in alio tamen genere olim erant optiones. i. adiutores, seu collegæ quasi adoptati. Vegetius de re milita. Optiones (inquit) ab optando appellati sunt, quod antecedentibus ægritudine impeditis, iij tanquam adoptati eorum, atque uicarij solent uniuersa curare. l. fi. in prin. ibi. ut sunt mensores, optiones, ualeudinarii & c. & postea uers. [in eodem numero] solent haberi lanii, uenatores, uictimarii, & optio fabricæ.] Iun. declaratione Bud. ff. de iu. immu. l. diuus uers. [itaque neque spiculatores ultro sibi uendicent, neque optiones ea sibi desiderent.] Et postea ibi [sed nec pati optiones, seu commentarienses, ea pecunia abuti.] Optiones ibi capiuntur pro adiutoribus Commentariensis, quos sibi sumptus ad custodias ob seruandas

Q V I N T . M A N D O S I I .

seruandas, regendasque.

Nouissimè circa coadiutorias cum futura sucesione habemus con. Tridentinū
Sessio, ult. de Decre, resor.ca.7. uers. In coadiutoriis.

V N I O N E S .

Vnionum altera est perpetua, quæ semper concedi consuevit propter vicinitatem
& paucitatem fructuum: Causæ unionis faciendæ plures adducuntur per Hosien. in
sum. de reli. domi. §. cui subest. uers. sunt autem: per Pet. de Perus. in tracta. unio. ca.
3. num. 1. & 2. & in tracta. reuo. unio. cap. 1. & per Caccia. in eo. tracta. unio. art. 5. in
prin. in effectu tamen ad duas reducuntur uidelicet: ad eidem necessitatem, uel
utilitatem. c. expoluisti. uersi. si eidens necessitas, uel utilitas. de præben. Oldrad.
confi. 261. in unione, in princ. sequitur Parisi. confi. 36. quod prætensa unio, nume.
8. uolumi. 4.

Glo. in c. & temporis. 16. q. 1. & Innocen. in c. 1. ne sed. uacan. ubi etiam gl. ad quā
se remittit Lap. Alle. 68. quæreris an liceat, in fi. dicunt tribus modis unionem fieri,
Hosien. uero in summa cod. uersic. quot modis fiat unio, quinque modis fieri
dicit, refert & sequitur Caccialup. in tractat. unio. in 2. artic. ubi quærerit quo-
tuplex sit unio.

Vniones perpetuae componuntur cum D. Datario, & pro unione, seu suppressione
cuiuslibet beneficij; si fructus non excedant centum ducatos, seu sint infra dictam
summam, soluuntur ducati centum. Si autem excedunt, etiam totum illud, quod ex-
cedit. Et de unione prouinciarum habes tex. in Auth. ut iudi. si. quoquo suffra. §. il-
lud tamen, seu illud autem, ubi etiam Bar.

Idem fit in dismembratione, & applicatione perpetua. De dismembratione, &
quæ ad ea requirantur, videatur tex. in cle. 2. iun. ibi tradi. per Cardi. in 5. oppo. de
reb. eccl. non alie. & uideri possunt quæ adduco in 13. q. reg. de unio. dum discutio
an regula illa in dissolutionibus, seu dismembrationibus locum habeat. De dismem-
bratione prouinciae vide tex. in 1. si eadem. ff. de offi. aiesf.

Dismembrationes concedi uidi cum narrativa quod fructus ualde exreuerant.
& hæc est iustissima causa. argu. tex. in c. quoniam in prin. de ui. & hone. cleri. Abb.
in ca. cum M. Ferrarien. ubi etiam Felin. numer. 5. & Rip. numer. 35. & sequen-
de constitut.

Idem fit quando resignatur beneficium in fauorem capituli, seu conuentus. Talis
enim resignatio unioni æquipollit, cum beneficij sic resignati ulterior uacatio con-
tingere non soleat; capitulum enim seu conuentus non moritur, argu. tex. in 1. sicut
§. fi. ff. quod cuius, uniuers. & in 1. proponebatur. ff. de iudi. Hac forte ratione, quia be-
neficia unita, seu incorporata collegio, capitulo, seu conuentui, uel in illorum fau-
orem cessat, seu resignata, non uacant amplius. Introductus fuit stilus in cancellaria q.
lapidis quindecim annis à tempore unionis, seu resignationis huiusmodi facte, solua-
tur denuo pars fructuum talis beneficii sic uniti, uel cessi, quam quindenium uocat
propter tempus quindecim annorum huic solutioni præfixum, & sic semper efflu-
xis quindecim annis noua solutio fieri debet officiariis cancellarie, quos officiales
participes, seu participantes nuncupant.

Vnio altera dicitur ad tempus, seu ad uitam, quæ alias concedi solebat, nunc uero
denegatur summa ratione, nil aliud enim illa erat, nisi palliata reseruatio, & sic facta,
seu simulata: ad cle. 1. §. nos itaque. iun. glo. in uer. palliat, de iureiu. seu dispensa-
tio personæ fauorabilis, ecclesiæ uero perniciofa, Gemi. confi. 38. pro clariori, nume.
2. uersi. sed unio ad uitam, Cassado. dec. 33. nume. 5. super regu. & dec. 2. num. 9. sub-
tit.

tit.de unio.& contra istas uniones temporaneas exclamat glo.pragma.sub tit.de rescr. §. ipsos omnes, super uer.exceptionis. Verum in quantum dicit, quod Papa non potest ad tempus unire, seu has temporaneas uniones concedere, malè loquitur. Papa enim in spiritualibus, & beneficialibus est dominus absolutus.c. cuncta per mundum.i. & 2.9.q.3.glossa in c. f. de præb.li.6. Ego has temporaneas, seu, ad uitam uniones apparui sc̄enæ comparare soleo, prout est uidere in mea. i 2. q. super regula 22.de unio, nu. 16.

Contra uniones ad uitam, habes nouissime Concilium Tridentinum Sessio 7. sub Paulo III. de Decreto Refor. c. 4. & Sessio 24. alias 8. sub Pio III. pariter in Decreto Refor. ca. 7. col. 1. uers. Illi uero qui in praefenti.

Hodiè uniones perpetuae non dantur, nisi in Signatura Papæ proponantur, & tunc Papa omnibus discussis, causisque, propter quas concedi petuntur, ponderatis, illas concedit, uel denegat, prout sibi uideatur. In casibus uero à iure permis- sis, etiam illas ordinarius concedere potest, ca. sicut unire. de excessio. prælato. Rot. 458. nota secundum maiorem, in antiqu. & 58. legatus de latere, in not. Nic. Boe. dec. 345.

Vicarius tamen etiam generalis unire non potest sine speciali mandato, etiam si sibi data sit conferendi potestas cum clausula generali, quæ ad maiora expressis nō extenditur. c. qui ad agendum, iun. glossa in uer. non expressis. de procu. lib. vj. uide Rebuff. in praxi, in formula Vicariatus, nu. 102. in 9. clausula uicariatus.

R E S E R V A E.

Reservæ raro conceduntur, ea ratione; quia beneficia, antequam uacent, à iure conferri prohibentur. c. 2. & c. ex tenore. de concessio. præben. ca. deliberatione. §. prohibemus, de offi. lega. lib. vj. Rot. Belle. 443. si episcopus, in prin. & not. Abb. in d. c. 2. de concessio. præben. quod ex promissione beneficii uacaturi facile inducitur uotum captandæ mortis, & ideo non passim reservæ concedendæ erunt; licet enim Papa posfit de beneficiis etiam uacaturis, seu ante quam uacent disponere. c. suscep- tum de rescr. lib. 6. ca. 2. de præben. eo. lib. non solet tamen, ut præmisi, Papa dispo- nere de beneficiis nondum uacantibus.

Quando autem Papa beneficia in favorem aliquorum reservat, id facere consuevit pro familiaribus, & prædilectis, ac plerunque in forma motus proprij hoc modo uidelicit. Motu proprio &c. canonicatum, & præbendam, quos dilectus filius. N. canonicus &c. obtinet quam primum pér cessum, uel deceßum, etiam in mensibus ordinarijs collatoribus per nos, seu prædecessores nostros Romanos Pontifices, aut alias etiam à iure concessis, etiam ex eo quod dictus. N. forsan Ro. Cu. officialis, & alicujus Cardinalis uipientis, uel alias familiaris continuus commensalis existat; aut alias ex quavis causa etiam dispositiū exprimenda uacare contigerit conferendos, dilecto filio Tyberio Mandosio clero Romano dispositioni Apostolicæ reservamus, ipsosque Canonicatum, & præbendam quorum fructus &c. si uacant ad præfens, aut quamprimum uacauerint, ut præfertur eidem Tyberio, ex nunc prout ex tunc, motu simili, etiam si dispositioni Apostolicæ alias specialiter, uel ex persona ilia, aut alias generaliter reservati existant, inhibendo &c. ac decernendo prouidemus &c. Non obstante. &c. Persona a principio nominari potest, prout in casu magis dubio concludit Lap. Alle. 84. D. Papa post nu. 7. uers. dictas autē subdens utile esse a principio nominare, sic enim nominati arrectis auribus uigilabunt, uocatio neque beneficiorum cognita solliciti in tempore acceptabunt.

Potest etiam fieri reservatio non expresso certo corpore beneficii, seu persona ex cuius

Q V I N T . M A N D O S I I .

eulus cessu, uel decestu, seu alia dimissione beneficium uacaturum sit hoc modo uidelicit. Motu proprio &c. dilecto filio Tyberio Mandosio unum, sive duo, beneficium, sive beneficia, ecclesiasticum, sive ecclesiastica in cathedralibus Perusina, & Tudentina, & illarum dioecesibus, etiam si canonicatus, & praebenda, dignitates etiā curate, & electiæ personatus administrationes, uel officia, uicariae, seu capellaniæ perpetuae in eisdem ecclesiis, & earum dioecesibus fuerit, seu fuerint, quod, uel quæ primo per cessum, uel decesum, uel quamvis aliam dimissionem illud, uel illa, obtinens, seu obtinentium uacare contingit conferendum, seu conferenda eidem Tyberio dispositioni nostræ reseruamus &c. districtius inhibendo &c. Expedit non nominare certa beneficia, & certos beneficiarios ex quorum personis beneficia uacare debeant; posset n. nimis suspensi, uel differri uacatio. ut per Lap. dicta Alle. 84. n. 7. uerf. Et posset dictorum quatuor.

In utroque ex casibus prædictis, & aliis potest etiam concedi reserua non expresso aliquo, pro quo beneficium, seu beneficia reserueretur, puta. Cupientes canonicum, & praebendam &c. talis ecclesiæ, quos dilectus filius N. obtinet, ut in prima formula, seu nullo nominato, prout in secunda, cum illos per cessum, uel decesum, seu quamvis aliam dimissionem seu amissionem uacauerint, etiam si forsitan actu nunc uacent personæ nobis gratae, & acceptæ conferre, aut alias de illis disponere, canonicatum, & praebendam prædictos &c. dispositioni nostræ reseruamus &c. de qua reserua in nullius fauorem loquitur Cassan. decis. 5. & 6. in princip. de reseruatio. & pondero, quod utробique Casla, uidetur & quiparere reseruationem in nullius fauorem, seu persona non nominata, ac reseruationem mentalem, de qua nunc loquar.

Aliquando in reserua facta non nominata persona, in cuius fauorem fit in suppli catione, seu literis ponit solet clausula in principio, seu præstatione huius tenoris uidelicit. ut beneficia huiusmodi sic reseruata personis idoneis, & benemeritis conferrantur, & tunc occurritur male intentioni alicuius prælati, qui personis non idoneis conferret, ad c. graue. de præb. Pro dicta clausula videatur Dec. consi. 168. Reuerendus pater, col. 2. uerf. secunda qualitas. cum ijs, que subiectit.

Reserua huiusmodi, & plerisque aliae inuentæ fuerunt ea præsertim ratione ut Papa, qui multis indiget ministris, multique uocentur in partem sollicitudinis, ad tex. in c. qui se. 2. q. 6. & in c. ad honorem. de aucto. & usupal. quos ipse Papa remunerare debet c. cum secundum de præb. iij. uiis facilius illis prouidere possit. Item me dio reseruarum huiusmodi Papa facile prouidere poterit nobilibus & literatis personis quibus ecclesia ualde indiget. c. cum eo. de electi. li. 6. & quibus mundus illustratur. auth. habita. C. ne fil. pro patre.

Mentales reseruationes quid sint, & quid operentur, & ad quid inuentæ sint, uidetur per Casla. dec. ultima, de concessio. præb. & decis. 4. mentalis reseruatio, cum tribus dec. seq. in tracta. reserua. uidetur etiam poterunt, quæ scripsi in 4. quæstio. 1 r. Regu. reuocatoriaz.

Reserua omnia a sacro con. Tridentino nuperrime prohibentur Sessio. 24. alias 8. sub Pio III. de Decre. Resor. ca. 19.

M A N D A T A D E P R O V I D E N D O .

Mandata de prouidendo cum reseruis magnam habent conformitatem, in hoc autem præcipue ab illis differunt, quod in illis ipsem Papa prouidet, in illis aliis eius mandato, prout patet ex uerbis text. in cap. ex parte primo de offic. delega. ibi. Ut si auunculus suum archidiaconatum, quem habet in ecclesia illa, uel omnino

omnino dimittere, ipsum ei facias assignari.

In mandato de prouidendo quandoque etiam nominatis executoribus, qui prouident, conceditur clausula [Prout nos ex nunc prouidemus] Dubium fuit in Rota ita te hac clausula, an requiretur prouisio executorum? & si sic, an prouisio mala fuficeret? Quo ad primum uidetur negatiuē respondendum propter illa uerba prout nos ex nunc prouidemus &c.] Si igitur Papa prouidit, non est curandum de alia prouisione, ex quo illa omnes alias uincit, etiam si eodem tempore fierent. c. si a sede. §. si uero neuter, de præb. lib. 6. cle. 1 in f. ut li. penden, cum alijs. Insuper clausa [ex nunc prout ex tunc] tanta est potentia, ut operetur perfectionem actus de præsenti collato effectu in tempus futurum, & sic unum tempus uidetur alterius in effectu. si ita sibi pulatus fuero si Titius, in prin. & ibi Bal. in 2. Summa. ff. de uerb. obli. & in l. Aretusa, in r. lectu. col. ff. uersi ex an quero quid si testator. ff. de sta. homi. Alex. post Ange. & Imol. in l. huiusmodi 2. nu. 3. in 2. nota. ff. de uerb. obli. Si uero pro prima parte affirmatiuē concludamus: quo ad secundam negatiuē respōendum erit, nullū etenim in ualidum pro nihilo habetur. ad l. 1. in f. ff. quod quisque iur. l. 2. §. 1. ff. quemadmo. testa. ape. clem. 2. §. ff. de re iudi. Contrarium in utroque dubio conclusis Rota in Placentia Portio, prout dec. Prologei 70. uidelicet quod gratia hæc requirat prouisionem executoris siue bonam siue malam.

Mandatum de prouidendo à prouisio ualde differt. uoluerunt Bellame. Decis. 609. in fine, & Cassa. 1. nu. 6. ut lite pendente. & probo in 55. q. reg. de Anna. & alias probabam in his mandatis non attendi datam, sed executionem.

Mandatorum nouem formulas ponit Sarnen. in tracta. manda. de proui. à prin. usq; ad f. uidelicet. à num. 19. usque ad 144. easdem & alias formulas uidere poterit quilibet per Rebuff. super concor. sub rub. Manda. Apo. §. 1. in gl. in uer. mandati pag. 465. & seq. & utrobique latè discutiunt omnia, quæ ad mandatum de prouidendo spectant, ad eos me remitto, & ad Staph. super Sign. fo. 26. à ter. & fo. 31. cum pluribus seq. sub rub. de Manda. de proui. qui easdemmet nouem formulas describit, quas Sarnen. & Rebuff. tacito auctore transcribunt.

Vidi in his mandatis addi à signatura decretum infrascriptum. Cum decreto & dictus. N. super præfatis beneficiis uigore literarum desuper conficiendarum acceptandis ualorem annuum. 24. ducatorum similium secundum communem aestimationem excedentibus, infra sex menses à die habitæ possessionis computandos, nouam prouisionem à sede apostolica impetrare, & iura cameræ Apostolice propterea debita persoluere omnino teneantur. Hæc ultima uerba ideo ponuntur ne Cameræ Apostolice prædictum inferatur in exigendo sibi debita. argu. tex. in c. licet. uer. ne igitur ius nostrum negligere uideamur. de supp. negli. prælato. extraua. si fratum in prin. Io. xxij. ne se. uacan.

An tempus prædictum sex mensium currat probabiliter ignoratur? Domini de Rotâ concluserunt pro negatiua, prout Dec. Putei 13. de Dilatio. Et generale est ut temporis cursus ignorante damnum non inducat. l. quinquaginta, iun. glo. 1. ff. de excus. tuto. l. quidam. §. ff. de administr. tuto. Roma. consi. 228. pro plena, num. 2. l. 3. §. si quis heredi. ff. de sta. libe.

An autem spoliatus, uel is cui lis mota fuit infra sex menses in uim dictæ clausula ad præmisla in ea contenta teneatur, magnum fuit dubium in Rota, & pluries discussum. Tandem in utroque casu Domini tenuerunt moti ex æquitate, negatiuam, in Gerunden. Cano. & præben. coram Raynaldo Petrucio de mense Martii. 1541. in favorem. D. Sebastiani Bret. prout Dec. Mohed. de concess. præben. 131. alias. 161. Et fuit ponderatum quod non est intentionis Papæ, quod possessionem non habentes literas expediant. Nec possidere dicitur, qui non possider pacifice, ad gl. in cle. 1.

Q V I N T . M A N D O S I I .

in uer. neutro. in fi. ut li. penden. quam sequitur Aret. super rub. ff. de acqui. pos. ante num. 5. uolens iuxta illam glo. quod priuilegium concessum a canone possessori intelligatur de pacifco, & facit glo. in c. licet canon. de electio. li. 6. uerum in secundo casu uidetur dari occasio fraudandi cameram & officiales; potest. n. quis amicis inducere ad mouendum sibi litem ad diffugiendum, seu protelandum solutionem huiusmodi. Et propterea ego defensor. D. Militum. S. Petri existes, dicebam hoc Ro te decretum non obstatre Camera Apostolica, & officialibus in annatis participan tibus, & aliis literarum expeditioni prepositis.

Mandata de prouidendo, & quiuis alius titulus habilis de futuro non dantius in re. Belle. dec. 564. conclusio quod gratia, Proui. fol. 33. uersic. per mandatum de prouidendo non causatur ius in re, Sarnen. in 1. questio. regu. de non tollen. iu quæsi. num. 34.

Amplio ad mandatum ad beneficium tunc uacans, ante tamen mandati exequutionem Belle. dec. 543. conclusio quod mandatum, sequitur Sarnen. in præal. tracta. Manda. de proui. posf. nu. 132. uer. nam licet mandatum.

E X P E C T A T I V A E.

Romani antiqui Pontifices gratias expectatiuas concedere non consueuere, & propterea de illis nulla in decreto fit mentio, prout etiam aduertit Ioann. And. in cap. duobus. de rescrip. lib. 6. spero illa tempora felicia iam iam redditura, non solum enim expectatiuas ab hac Romana Curia exulare uideo, uerum etiam regrefsus, coadiutorias cum futura successione, temporaneas, ac palliatas uniones, & pleraque alia.

De gratiis expectatiuis latè tractat Staphi. de utra. signa. fo. 1. & Sarnen. in tracta. gratiarum expectatiuarum, ubi ponunt plures expectatiuarum formulas.

Expectatiuæ in forma pauperum, quæ etiam uocantur in forma communi, in forma speciali, quæ incipit, dignum arbitramur, uocantur etiam cum secundum Apostolum, & literæ de iustitia, omni iuri consonæ, ac favorabiles sunt: qui enim altari seruit, de altari uiuere debet. 1. Corin. 9. c. cum secundum Apostolum. de præben. & c. accepimus, de æta. & quali. præf. ubi colligitur, quare literæ prædictæ sic appellentur, & per Rot. 462. no. quod gratia in forma pauperum, in anti. & 106. gratiæ in forma in no. Caßla. dec. 8. de conce. præben. Circa expectatiuas in forma paupe rum uide pulchram alle. Lapi 79. quæ incipit Innocentius.

Tempore quo expectatiæ concedebantur, clericis secularibus ad beneficia regularia denegabantur, argumen. tex. in c. cum de beneficio. de præben. li. 6. cum clau fula. [Quod habitum aſlumere, & professionem regularem emittere infra sex men ſes post pacificam adeptam possessionem tenerentur.

Nec dabatur eisdem clericis, neque etiam religiosis eiusdem ordinis expectatiua ad dignitatem conuentualem, uel officium clauſtrale. Dum dixi ad dignitatem conuentualem (licet iux. tex. in c. cum terra & ibi per Abba. in 1. not. de elect. quælibet ecclesia collegiata, licet non sit regularis, sed secularis, possit dici conuentualis) hic tamen de regulari interpretatione facienda est, imimo etiam de iure propriè loquendo, conuentus dicitur religiosorum. c. cum monasterium, uersic. in refectorio ubi conuentus exeat cum Abbatе, de fta. mona. & ad ea quæ adduco in 9. q. 3. reg. n. 11.

Monacis quoque denegabatur expectatiua ad beneficia secularia, argumen. text. in c. cum de beneficio in 2. respon. a contrario sensu, seu ex rationis identitate, de præben. li. 6.

Si petebatur expectatiua pro monacho ad duo beneficia secularia, uel regularia, addeba-

addebat clausula uidelicet. [Ad unum beneficium sui ordinis in titulum.] De expectatiua pro regulari tractat. Staph. super signa. fo. 19. in 8. forma. Vide in eadem 8. Forma Sarnen. in tracta. Expecta. nu. 67.

Expectatiua dabatur ad unum beneficium in Hispania, in ecclesia, ubi expectans erat filius patrimonialis, aliquando, etiam ad duo beneficia patrimonialia. De beneficiis patrimonialibus tracto in 15. q. reg. de infir.

Expectatiua capit etiam praestimonia prout Dec. Crescen. 263. alias 15. sub tit. de præb. ea rōne, quia ueniant appellatione beneficiorum c. fi. post prin. de conc. præb. li. 6. Mil. it reper. in uer. Beneficij appellatione.

Expectatiua non concedebatur ultra ualorem in Regula; quæ tunc uigebat; ex prelsum, prout uidere licet in nouis Regulis Pauli. III. super expectatiuis, sub rub. de taxis in beneficiis.

Expectatiua non dabatur ad beneficia referuata, prout in Regula tempore expectatiuarum promulgari solita, nec ad beneficia affecta Rōt. 531. priuino, & secundo in anti. Roma. consi. 260. in proposito in prin. & in fi. uideantur, quæ scripsi in 3. q. 32. regū. nu. 12. & seq.

Expectatiua capit etiam beneficia referuata in manibus ordinariorum in mensibus Apostolicis, prout Dec. Mohed. 104. alias 134. quæ est 8. sub titu. de præb. Ratio est, quia capit omnes modos uacandi exceptis casibus in ea expressis, unde casus exceptus firmat regulam in contrarium l. nam quod liquidè. ff. de pen. lega. l. in his ff. de legi. Ias. post Pau. Caltr. in l. nummis, nu. 11. & seq. ff. de in lite iuran.

Neque concedebatur ad beneficia iuris patronatus laicorum, seu mixti, neque ad presentationem clericorum, & parochianorum, In Hispania uero ad presentationem clericorum ultra duas collationes expressas. Ratio quare denegatur expectatiua ad beneficia iuris patronatus est, ne patroni absque eorum culpa facultate presentandi priuenter. contra text. in cap. decernimus 16. quæstio. 7. in capit. pastoralis, & toto titulo de iur. patro. per Abb. Felin. & alios in cap. cum Bertoldus, de re iudi.

Episcopis ultramontanis non dabatur expectatiua; quando autem concedebatur, tunc beneficia dabantur in titulum cum dispensatione, & non in commendam, uidetur per Staphi. super signa. fo. 19. in 7. forma.

Et de expectatiua quæ conceditur prælato, & dispensatione ponenda, inde Sarnen. in tracta. Expecta. in 7. forma, nu. 63. Et ratio, quare prælati denegari debent expectatiua, est, quia si beneficia promoti ad ecclasiam uacant, prælatusque per promotionem ejicitur a prioribus beneficiis, c. eum in cunctis §. cum uero. de electione. & c. post electionem, iun. glo. in uer. confirmationem, de conc. præb. multominius admitti debet ad beneficia denuo obtinenda. arg. tex. in l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur.

Expectatiua quandoque concedebatur ad diœcesim exprimendam: Dubitari autem poterat quando expectans illam diœcesim declarare deberet, omissa disputatio respondeo quod antequam beneficium uacaret, alias non poterat amplius declarare in præiudicium alterius, argu. tex. in c. pastoralis. §. quoniam . de descr. per Cardi. in c. cum ordinem col. 4. in 4. oppo. & per Felyn. in c. i. colum. 3. uersi. tertio restringe, eo. tit. & ita sicut resolutum per Dominos de Rota in causa Osen. Archidiacono. coram Puteo inter Do. Thomā Fort, & Ioannem de Artedo. 16. Maij. 1541.

In expectatiuis instar descriptorum addebatur uerba uidelicet. [Citra eorum præiudicium.] Ratio est, quia habentes priuilegium instar illorum, habent imaginem, & non statum uerum descriptorum; sicut dicimus in eo, qui habet ius aureorum annolorum, qui non habet uerum statum ingenuitatis, sed solum imaginem quan-

E dám,

Q V I N T . M A N D O S I I

dam, ad l. 1. C. de iu. aur. anu non mirum igitur, si ueri descripti istis fictis præseruntur, seu illi ueri præseruantur.

Nulli dabatur clausula [Anteferri] dē qua clausula, & eius effectu uideatur tex. in c. quoddam, de præben. & in c. auctoritate, de concessio. præben. R. ot. Bis. 8. unus Innocentianus, eo. tit. in antiquo. Fel. in c. causam quæ nu. 26. in uer. clausula, anteferri, de rescr. uideantur etiam quæ adduxi supra dum de prouisionibus loquutus sum in uer. clausula etiam, Anteferri.

Clausula [Quod processus ualeant, perinde, ac si in prima expeditione.] Conce debatur solum familiaribus Papæ, aliis uero raro. Verum si concurrunt isti cum illis qui processus habebant in prima expeditione, illi præseruntur, argu. tex. in l. filio quem pater. ff. de libe. & posthu. & per rationem, quam adducit Cassado. in 6. Dec. de concessio. præben. ubi uult expectantem habentem ueram datam præferri habenti fictam.

In mutationibus collationum ponebatur semper sub primis processibus, & ad debatur. Ad uacatura.

Neque reualidationes, neque secundæ expectatiuæ dabantur, uideatur Staph. super signa. fol. 6 in uer. poltremò quoad ista euidentialia.

Clausula in secunda expectatiua uel additur, uel subintelligitur uidelicet. [Dummodo alia gratia tibi a nobis concessa non fuerit.] de qua per Paris. consl. 145. cum ex facto, nume. 25. & seq. uolu. 4. ubi limitat illi clausula non esse locum, si secunda gratia non sit similis qualitatibus: Item si prima gratia nullum sortita sit effectum, uel si illi renunciatum fuerit. Limito etiam si prima gratia non appareat. Ita conclusit Rota in Monasterien. Canonicatus coram Aragonia prout Dec. Crescen. 109. paria enim sunt non esse, & esse & non apparere. l. Rutilia Polla, & in l. in lege, & ibi glo. in uer. quod non sit, dat concor. ff. de contrah. emptio. sicut etiam dicimus in transactione, quæ non solum non respicit tunc non existentia, immo etiā tunc non apparentia. ad ea quæ adduco in 7. q. 3. Reg. nu. 15.

Dispensationes in expectatiuæ non dantur, cum omnes sint motu proprio, sed benè ad partis petitionem, nec benè sonet dispensare Motu proprio, sed benè ad partis petitioem, ad Staphi. super signa. fol. 19. in prin. 7. forma. Et quod dispasio ad partis petitionem fieri d. beat, probo infra, dum de dispensationibus tracto.

Expectatiuæ, reseruæ, & mandata de prouidendo, & aliæ gratiæ beneficiales non capiunt beneficia, ex causa permutationis uacantia, nec ad illa extenduntur, ad c. inter cætera, de præben. ca. 1. de re. permu. li. 6. cle. 1. eo. tit. Glo. pragma. de collatio. §. item quod omnia in uer. permutationis. Aene. de Falco. de refer. in 3. questione prin. num. 3. uidetur alia Glo. pragma. in rub. de Anna. §. uoluit tamen, in uer. permutationis.

Narranti se receptum in canonicum per capitulum concedi consuevit. Et sine clausula acceptandi, uel cum prouisione, ex nunc prout ex tunc, sed hoc casu an orator receptionem huiusmodi narratam probare possea teneatur, licet passim expectatiuæ concedantur tempore illarum concessionis generalis, tamen quia iste ad obtinendum ubiorem gratiam, dictam receptionem narravit, illa non probata gratia surreptitia & inualida per Rotam habita fuit in una Laudæ. coram D. Io. Maria prout Dec. Crescen. 143. sub titulo de concessio. præb. licet. n. abfique illa expressione Papa expectatiuam concessisset, non tamen cum illis clausulis, sed simpliciter, & in forma consuetuæ: Gratia igitur surreptitia fuit, si ad illam cum illis qualitatibus obtinendam fuit expressum illud, quod facilius mouit ad id Papam, ad c. ad aures c. super literis, & c. postulati, & thi per oës. de rescr. & per Ro. 702. D. Papa. in anti-

Expectatiuæ ad duos canonicatus non se extendit sub eodem te^cto. argumen. text.
a for-

a fortiori in cap. mandatam de rescrip. Anch in ca. 1. post numer. 3. de consuetu. libro vij.

Amplia etiam ordinario non contradicente, seu reclamante, quod alias sufficere uidebatur in fauorem expectantis. Cassa. Dec. 1. & 2. de con. præb. Dec. Accoram. 52. eod.

Amplia, & si obtinueret prius unum canoniciatum, quem postea ante acceptationem alterius resignasset, seu dimisisset. argu. tex. in cle. gratiæ. de rescr. & Dec. Putci 14. de con. præb. & pro præmissis omnibus est Dec. Achil. 7. de præb.

Dubitatum fuit in Rota in Calciaten. coram Fabio an in uini mandati ad acceptandum uigore expectatiæ concessiæ anno 1536. quo tempore concessiæ fuerunt expectatiæ, & procurator acceptauerat, patuerit postea acceptare iuxta aliam concessionem expectatiarum factam anno 1544. fuit concilium pro negatiua, pro ut Dec. Achil. 3. de Manda. argu. tex. in l. boues. §. hoc sermone ff. de uer. signi. & per tradi. per Fel. in c. innouamus. de tre. & pace. Et ponderabat q[uod] materia acceptationis esset ambitiosa.

Nouissime Concilium Trident. Sessio. 24. alias 8. sub Pio III. Decr. de Refer. e. 19. sustulit expectatiuas.

C E R T O M O D O .

Rescriptum [Certo modo] Impertratur sub hac forma. Alias beneficio &c. certo qui exprimi possit in literis modo uacante, & cum ad præsens uacet, & tanto tempore forsan uacauerit, quod eius collatio, iuxta Lateranensis statuta concilii, ad secundam Apostolicam sit legitimè deuoluta, licet quidam N. nullo titulo, saltem canonico, nulloque iuris admiciculo sibi desuper suffragante, & de facto per multum tempus illud detinuerit, & adhuc detineat indebet occupatum, supplicat. S. V. de uoto illius Orator &c. quatenus ipsum specialibus fauoribus, & gratiis prosequendo specialem sibi gratiam faciendo beneficium prædictum &c. oratori conferre, & de illo etiam prouidere dignemini de gratia speciali: Non obstat &c. Et cum absolutione &c.

Quare rescriptum hoc dicatur [Certo modo] Responderi potest, quod vulgaris, & communis usus illud sic nuncupat: uulg. autem usus, seu denominatio attendi debet, & preferri propriæ significationi; argument. text. in l. 1. post princ. ff. de flumi l. cum delanionis. §. annam molendinariam, uer. sicc. optimum ergo esse. ff. de fun. instru. & gloss. not. in extra. suscepiti Ioan. xxij. de electio. in uer. annalia.

Vel quia conclusio huius rescripti est, quod beneficium, quod impertratur, uacat tertio modo; sed haec nimis generalis ratio uidetur, quilibet enim impertrans beneficium, certum modum exprimere tenetur. c. suscepsum, de rescr. li. 6. Rebuff. de Anna. glo. 7.

Vel potest dici, quod propterea sic nuncupetur, quia petitur, & concedi solet, quod certus modus uacandi in literis exprimi possit, prout in principio formulæ supra politæ. & sic, quando literæ expediuntur; exprimi poterit, vel quod tale beneficium uacat per contractum matrimonii, vel per ingressum religionis, vel per unum ex aliis modis qui innumerari sunt. Et trigintaduos uacandi modos enumerat, & declarat Rebuff. super concor. de reg. ad præla. nomi. §. monasteriis in glo. in uer. uacantibus.

Contra imprentes [Certo modo] Paulus III. edidit Regulam satis rationabilē sed ita obscuram, ut ea uix per peritissimos seruari potuerit, de qua loquor in. 8. §.

E 2 quæstio.

Q V I N T . M A N D O S I I .

quaestio. Reg. de Anna. num. 3. Verum regula illa cum conditore expirauit, prout a lix defuncto Papa cessant. Ancha. consi. 198. efficacibus nume. 2. Pauli. in prelu. ex tra. colum. 3. Felin. in ca. ex parte 1. colum. penul. in uersi. Regule Cancellarie, de refr.

In calce supplicationis [Certo modo] seu inter clausulas addatur uerba p signa turam uidelicet. [Et dicta deuolutio dispositiue in literis detur.] Illa dictio, dispositiue, idem sonat hic, quod expressè, limitatiæ, ac pure, & uerè: ad Dec. Cassa. 5. nu. 3. de praeb. Dispositiue etiam aliquid ex primi dicitur, cum aliquid certò esse affir manus, non autem dubitatue, uel conditionaliter loquimur, prout declarat gloss. Reg. Cancel. 62. col. 2. uersic. item pondero mihi, Sarnen. in tracta. manda. de prouiden. post nume. 115. uersic. nam quando Cardinalis, & Rebuss. in praxi. in 3. par. si gna. in uer. & cum clausula generalem nu. 5. cum seq. & ante prædictos Lap. Alleg. 119. quaro pone, uersus si. Loco huius dictio[nis], dispositiue, Cice. in Verrém elega tius vñs est dictio[nis], dispositiue, pro dictio[ni]e distincione Dum inquit: Non possum di spositiue istum accusare.

Qua dictio[nis] usus est etiam Lucretius dum dixit. Nam quum dispositiue perqui runt foedera mundi, præscriptosque maris fines &c. Dispositiue etiam, seu dispositiue nonnunquam opponitur aduerbio narratiue, prout sentit Lap. Alle. 45. an fratre, circa medium, ibi. Quia non dicit dispositiue, sed narratiue.

Hec etiam exposicio, seu interpretatio cadit super clausula præmissa iuxta termi nos nostros, ut non implicita, & consula deuolutio detur. Item nec alternatiue: alterna tia enim dubium, & ambiguitatem parit iuxta text. in l. prætor. 5. quod autem, ff. de iniur. & per Bart. in l. si seruus. §. huiusmodi. ff. de legat. 1. Immo & omnis alia oscuritas, & ambiguitas excludi debet, argument. text. in l. ueteribus. ff. de paet.

Nisi adderetur hæc clausula [Et deuolutio dispositiue in literis detur.] Propter clausulas generales seu præmissa, seu alio quoquis modo, & ex cuiuscunque persona ueniret omnis modus uacandi. ad ea quæ adduco in 17. qd. Reg. de Infir. nu. 7. & ante. & in propriis terminis nostris est Dec. Cassa. 5. de praeb. nu. 2. ubi q probatio deuolutionis non est necessaria, quod non adeat clausula generalis omnem uacādi modum comprehendens. Subdit nu. 3. q hæc clausula limitatiua arctat impretran tem ad probandum deuolutionem, qua non probata nullus alijs modus ueniret, ex quo limitata est prouisio, unde limitatus dēt eē effectus. l. in agris. ff. de acqui. re. do mil. cancellauerat. ff. de his quæ in testa. delen.

Amplo etiam, ut hæc clausula restrictiuia non solum addi debeat in supplicationib us impretrationū [Certo modo] sed etiam in quibusuis aliis prouisionibus, in qui bus narratur deuolutio ad Sedem apostolicam: Vnde referendarius, uel Datarius ad det clausulam [Et de deuolutione detur dispositiue] prout, Dec. Cresc. 259. Nec dēt constitui differentia, an deuolutio narretur in impretratione certo modo, seu in impre tratione, per priuationem, uel in quauis alia gratia: quia ex quo deuolutionis mate ria est obiectua, debet limitari, ut de ea clare, & dispositiue detur. arg. tex. in ca. ut circa. de electio. li. vij. & in ele. confititionem. co. tit.

Amplo etiam ut per hanc clausulam [Et de deuolutione dispositiue detur] tollatur effectus clausula uidelicet. Etia si beneficiū sit reseruatū, & affectū &c. Adeo q si de deuolutione nō sit doctū, et si pbaretur beneficiū eē reseruatū, q illud nō ca peret, fuit. n. narratū Papæ id qd facilius mouit ipsum ad cōcedēdū, cū deuolutio de tur cuicunq; nō aut reseruatū: & sic per hanc clausulam restrictiuam uacationis per deuolutionem omnes alijs sublati censemur. Rot. 83. si impretrans, in nou. Bellame. 735. si impretrans, uer. modo impretrans, & præall. Dec. Crescen. 259.

In

In literis si dicatur [Per promotionem, uel assequutionem beneficio uacaturo] ponitur cum clausula [Cum beneficium huiusmodi, sive alio quoquis modo &c. præterquam per obitum obtinentis uacare contigerit] Prouin. fo. 9. à ter. uer. in beneficiis per promotionem: Ego puto quod illa clausula restrictiva, seu limitativa [Præterquam per obitum &c.] elicitur ex supplicatione, & sic in supplicatione talis impetracionis, uel similis addi debet eadem clausula, alioqui non possit ponи in bulla, cum arguendo à protocollo ad instrumentum publicum, uideamus quod potius statur protocollo, quam instrumento publico. Alex. & Ias. in l. si quis ex argentarijs. §. prætor ait. ff. de eden. Alexan. consil. 105. in causa lib. 2. Sozzi. consil. 64. in ptine. lib. 1. Sic dicendum esset, quod potius stari debet supplicatione, quo ad præmissa, quam bullæ. Ego in fine cu. usuis supplicationis certo modo additam uidi clausulam per signaturam per haec uerba uidelicet. [Præterquam per obitum apud sedem.]

PRIVATIONES.

Priuationum rescripta non multum ab illis certo modo distant, latenter quoad effectum; quia utrumque rescriptum ad acquirendum, seu consequendum beneficium per alium detentum, seu occupatum, tendit.

Impetratio per priuationem eventualis dici potest, supplicat enim orator aliquem beneficio priuari, seu priuatum esse declarari, in eventumque priuationis, seu declarationis huiusmodi illud sibi conferri petet, & sic taliter imperanti non quererit ius irrefsolubiliter, sed conditionaliter, sive in certum eventum. argu. text. in l. quod debetur ff. de pecu. & in terminis nostris per Sarnen. in 42. q. Reg. de Anna. nume. 5.

Beneficium de iure (nisi aliud caueatur) ante quam quis eo priuetur uacare non censetur, Inn. in c. cum nostris, & ibi Abb. de concil. præb. & idem Abb. in c. querciam col. 2. num. 3. de iure iuri. Gemin. in ca. studiat col. 2. 50. dittin. Felin. in c. 2. post prin. de rescr.

Conceditur gratia priuationis propter celebrationem missarum per excommunicatum, quo casu irregularitas incurritur, & sic celebrans beneficiis priuandus uenit. c. latores, & c. pastoralis. de excommuni. mini.

Sed aduertendum est, quod si sic celebrans excommunicatus erat à iure, non potest allegari ignorantia, nec probatio notitia requiritur, licet nonnulli aliter scriperint: si uero ab homine excommunicatus fuisset, per signaturam haec uerba in supplicatione adduntur ut eliceret. Si declaratus, & publice denuntiatus era t. Staph. super signa. fo. 166. à ter. uer. sed aduertendū, pro quibus uideatur Abb. in c. illud in 3. no. de cler. excom. mini. & Fel. in c. preterea, nu. 7. de Sponsa.

Amplia ut irregularitas incurritur etiam ex celebratione diuinorum officiorū, & sic etiam ex alijs officijs, quam missa, ut per Inno. in ca. fi. de excess. pralat. c. 2. §. caueant, & ibi Gemi. in t. not. de senten. excommuni. lib. vj. c. 1. §. scituris, ibi, in diuinis. de re iud. eo. lib. 6.

Dubitabatur in Rota in Salamatinæ. Cappellaniæ de pater. cor. Cresc. put Dec. ipsius 187. de pœn. & priua. ex quo nominatus a patronis ante presentatione, & institutione tāquā cappellanus acceperat possessionē capellaniæ ad quā nominatus erat, & die sequenti animo continuandi suā possessionē celebrauit missam in ea, prout cappellanus ex forma a fundatore data facere tenebatur, aspersitique aquam benedictam supra corpus fundatoris, an inciderit in pœnam c. auaritiæ, de electio. lib. vj. ut ipso iure priuatus, & ad eandem cappellaniam inhabilis, etiam sequuta postea præsenta-

Q V I N T . M A N D O S I I .

tione, & institutione; videretur. Pro opin.negatiua adducebatur, qđ dispositio dicti c.auaritiae, est pœnalis, unde extendi non debet, sed in casu tamen, de quo loquitur, intelligi.ad l.3.in fi. si de prevarica.glo.fi.in fi.de iu.patro quam omnes sequuntur. Cur.Iun.coa.i.19.pro clara.nu.9.& con.t 13.habita.nu.17.D.meus,in c.t.nu.6.de offi.dele.Insuper c.auaritiae.loquitur in electo: præsentatus autem impropriè ele-
ctus dicitur.ad not.per Abb.in c.2.& c.nobis.de iu.patro.Item ibi in dignitatibus, unde non uenient alia beneficia.Gemi.ibi ad fi. & Docto.in cle.2. §.in illo.de æta. & qualit Amplius dictum c.auaritiae.loquitur in ingerente se administrationi quæ ca-
dit propriè in dignitatibus,ad c.uolumus 80.dittin. & nota.in Alle. cle.2.Vnde di-
spositio dicti c.auaritiae procedere debet solum in illis casibus, in quibus supposita
locum habere possunt.ad theo Iac.But.Fulgo. & Saly.in l.mancipa.C. de ser.fugi.
& per Rom.sing.489.statutum.Quibus, & alijs non obstante.contraria opinio præua-
luit, & quod dictum c.habent locum in quibusuis beneficiis, prout uult etiam Ge-
mini.ibi ad fi.Et quod dispositio illius tex.procedat etiam in præsentatione:& hæc
est communis obseruantia, ut post alios Lamber.de iu.patr.art.ii.q.5.par.2.li.2.an-
te nu.4. & nu.7.fo.304.& per alios quos cito in Apolfil.ad 8.Alle.Lapi.

Imperatio beneficiū propter simoniam commissam bona est, prout per Staph. su-
per signa.fo.166. à ter. uerf.considerandi modò essent, cui addo, quod simonia du-
plex est uidelicet: conventionalis, & realis: propter conuentionalem quis priuan-
dus uenit, ad c.cum pridem, & c.pactiones, de pac.propter realē uero quis ipso iu-
re, & ipso facto priuatu exiſtit, extra.cum detestabile Pau.2.de Simo. pulchre per
Cassa.dec.5.de constitutio. & dec.1.de Simo.

Simoniam gloss.in rub.de simo.describit esse, studiosam uoluntatem emendi, uel
uendendi aliquod spirituale, uel spirituali annexum; de qua, eiusque pœnis tra-
ctatur in prima causa per plures quæſtio. & in c. præsentium, & cap. sanctum.
7.quæſtio.1.

Concubinarius notoriū, si monitus concubinam non dimittat, beneficiis priua-
tur, quæ consequenter imperatri posunt.c.si aut. de coha.cleri. & mul.Staph. super
Signa.fo.78. uerf.2. notoriū.

Fortius pcedere cōtra sodomitas subdit Staph. c.mulier 15.q.1. & hoc absq; du-
bio pcedit, cū Sodomæ crimē naturę prorū sit cōtrariū, a iureq; diuino, & om-
ni alio detestabile, ceterisq; sceleribus turpius, & infelicius, ac magis dānādū exi-
stimetur.Gen.c.19. & 37.Leu.20.Qui dormierit cū masculo &c.Paul.1.ad Cor.6.
& ad Ro.c.1.Orosius 1.ad Augustinū.Terra ubi fu erūt Sodoma, & Gomorrā igne,
& sulfure cū turbibus, & populis exulta perpetuā accepit dānationē, ut nunc quidē
non appareat forma regionis, sed inuenitur regio ipsa uacua, testa mari, pariter &
deserta, ut primum exulta ignibus, post oppressa aquis, in eternam damnationem
communi periret aspectu. Et Greg.supr illud Gene.18.Clamor Sodomæ, & Go-
morræ multiplicatus est &c.dicit, Nouitas, tanquam inauditę turpitudinis, quasi du-
bitationem, & admirationem parit in auditorem, unde Dominus quasi admirans,
& dubitanus super tanto scelere introducitur loquens, Descendam, & uidebo, quasi
dicat incredibile mihi uidetur homines tantum flagitium perpetrare. Lituus li.8. dū
de Lucii Papirii libidine loquitur, Laetantius lib.6. cap.13. Diuinarum institutio-
num non habens odiosius uocabulum, quo tales nominet, eos impios, & parricidas
uocat. De his etiam in Auth.ut non luxuri.contra nat. & alibi. Prout latius profe-
quor inter ingratitudines uafallorum. Spero sub hoc sancto summo Pontifice, &
infelices concubinarios, & detestandos sodomitæ, & alios criminosos, debitas da-
tuos pœnas.

Concubina, quam Græci παλλακὴ uocant, propriè dicitur mulier soluta, quā
solutus

solutus tenet in domo indubitate affectu, l. massurius. ff. de uer. signi. iun. l. in concubinatu, & ibi per Bar. ff. de concubinis, Insti. de nup. §. ff. & Insti. de haere. quæ ab int. defe. §. quibus. Bal. in l. eam quam. C. de fideicom.

Concubinarius publicus, seu notorius quis dicatur, declarat tex. in pragma. Sancta. sub rub. de concubina. §. publici autem, & ibiglo. & addi. probi. in uer. publici, cum sequen. Videatur Anton. de Butr. in tractat. Notorit ante fin. dicti tractat. in colum. penult. numero. 69. Vbi quod in conclusione notoriū requiritur, quod te/tis deponat: Scio, quia uidi talem tenere pro filio, uel pro concubina in lecto, & sic uisa fuit teneri à toto populo, uel a maiore parte populi, & sic etiam habetur à maiore parte populi, uel uiciniꝝ, & cognoscentibus eum. Subdit, quod si factum fuit de longinquō, sufficeret deponere talem notorię concubinam, quia hoc audiui a toto populo, quod tempore illo fuit retenta, ut concubina per totum populum, uel maiorem partem, & à scientibus, & cognoscentibus eos, & sic laborabat communis opinio, quod de ea tunç temporis potuisset totus populus esse testis.

Cætera quoad concubinarios publicos uideatur per Rebuff. super concord. sub rubric. de publi. concubi. ubi etiam describit tringita pœnas contra concubinarios.

Contra concubinarios habemus hodie concilium Trident. Sessio. 24. alias 8. sub Pio III. in Decre. Refor. ca. 8.

Imperatio propter priuationem ob non solutionem pensionis non admittitur, nisi in fauorem illius, cui pensio debetur. Staphi. super signa. folio 166, argument. text. in cap. non solent audiri. 2. quæstio. 6. & in cap. cum inter. primo, de electio.

De prouisione monialis in abbatissam in euentum. priuationis abbatissie ex quo corrupta filium peperisset, uide quæ scripsi in 5. quæst. 15. Reg. post nume. 4. & post num. 7.

Sciendum est, quod pœna siue ab homine, siue a lege, non intelligitur ipso iure, quicquid dicat Fel. in c. sicut tuis. de simo. col. 2. in 2. limi. cuius uerba uel corrupta sunt culpa impressoris, uel ipse non aduertit ad ea quæ adduxerit, glo. n. & Docto. quos ipse allegat contrarium dicunt in c. uni. de fugit. Idem dicunt Holtien. Io. And. Abb. uers. in glo. ult. But. Card. Ancha. & Io. de Ana. col. 3. uers. in gl. 2. Et est communis opin. quod siue illa uerba proferantur à lege, siue ab homine, non inducant canone latè sententia, sed ferendæ, ut testatur Cardi. Alexand. in ca. Salonianæ 63. distill. col. 2.

Alios modos, quibus quis priuandus, uel quando sit ipso iure priuatus, inuenire poterit quilibet apud Felin. in c. 2. de rescr. & in ca. querelam. de iure iurand. per Staph. super signa. fol. 77. a ter. & sequen. & fol. 166. Et latius per Rebuff. super concord. pag. 183. & sequen. & in sua praxi. in 3. part. pag. 355. cum pluribus sequen.

Priuationes propter crimen non signantur nisi in forma iuris. i. nisi ille de iure priuandus ueniat. ad nota. per Staphi. super signa. fo. 167. uers. postremo quoad ista materiam, nec etiam apponitur clausula conditionalis, si priuandus est, & hoc propter honorem signatur; si enim conditionaliter rescriberet, uideretur argui posse de ignorantia iuris.

Non datur prouisio Apostolica ad uacatura per priuationem per ordinarium faciendam lite pendente.

In priuationibus (ut alias dixi) non dantur gratia; [si neutri, si nulli, aut subrogatio.] Quia persona solum propter crimen litigiosa est, non autem beneficium; post

Q V I N T . M A N D O S I I

tamen diffinituam priuationis sententiam, & subrogatio, &, si neutri, conceduntur, per sententiam enim beneficio prouidetur, ad cle, auditor de reser.

Quero lata sententia per Auditorem Cameræ infra decem dies quis obtinet sibi de beneficio per priuationem uacante prouideri, an prouisio sublata, præfertim si postea appellatum non fuerit? Domini de Rota in Barchio. 2. cano. coram episcopo Marsicano 29. Octobris 1540. concluserunt pro negativa, & sic pro inuiditate prouisionis, prout Dec. Ptolomei 150. Attento quod Papa prouiderat de beneficio ut uacante, & tamen non uacabat ante rem iudicatam: & Papa fundauit se super factu iudicis: & narratum erat in prouisione quod sententia transuerat in re iudicata, quod fallum erat. Insuper paria sunt, quod aliqua fiant post appellationem interpositam, uel intra tempus ad appellandum ad effectum nullitatis, & attentatorum. ca. non solum. de appell. lib. vij. ubi etiam glo. in uer. innouata. gl. in l. ex indiciorum, in uer. secura. ff. de accusa. & glo. in l. uni & ibi Ange. ff. nil inno. appell. pendens. Non ob. quod non sit postea appellatum, quia non per hoc actus medio tempore, & sic infra tempus ad appellandum factus conualecit. Lap. Allega. 1. nume. 6. & Allega. 2.

In supplicationibus impetrationum propter priuationes non debet deleri aliqua referatio expressa, uel in literis exprimenda.

Decretum in clausulis [Quod si contingat priuandum,] Beneficium in alterius fauorem, quam illius, qui per priuationem impetravit, resignare, seu cedere, aut alias illud quomodo libet dimittere, etiam in manibus. S. V. quod ex nunc, prout extunc, & contra huiusmodi resignatio, seu cessio in oratori, & non alterius fauore facta, & admissa sit, ac de illo ipsi oratori prouisum esse eo ipso censeatur.] Aliando concedi uidi, plerunque uero deleri, nonnunquam limitari his, uel similibus verbis additis uidelicet & post primam sententiam.] Causa derogationis, seu moderationis fuit: quia haec clausula, seu decretum reservationem quandam infert, seu inducit.

Insuper priuandus lite pendente super priuatione beneficij, potest illi ante sententiam renunciare, cum non antea sit priuatus. c. fraternitatis. de cleri. excomm. c. per tuas in f. de simo. c. dudum. 2. in f. de electio. & sentit glossi in ca. 2. in uer. finita. ut lite penden. lib. 6. Felin. in c. inquisitiones. de accusa. Idem Felin. Dec. & Ioann. Fran. à Ripa in ca. 2. de resc. Gloss. pragma. de collatio. §. item insuper in uers. disponere, uersi. poterunt ergo in permutationem unire. Aufre. dec. Tolosan. 438. licet non possit ex causa permutationis, ut per Staphil. super signa. folio 64. Thom. Ferrat. in tracta. caute. 44. caute. Rebuff. de paci. posse. folio. nume. 262. & sequen.

C O N F I R M A T I O N E S.

Confirmationum altera dicitur in forma communi, quæ parum prodeft, & hæc dicitur propria, & naturalis confirmationis, de qua in c. porrecta ubi gl. & Doct. de cōfir. uti. uel inu. & in c. quia diuersitatem, ubi omnes, de concessi. præb. Lap. Alle. 7. di ceptat. col. penul. nu. 7.

Altera dicitur ex certa scientia, quæ non solum est prioris iuris corroboratio, sed quasi noua concessio, adeo ut qui confirmat ex certa scientia, dare uideatur, contra propriam naturam confirmationis, ad Bart. in l. more maiorum, colum. 2. nume. 5. uers. dic clariss. ff. de iurisdi. omni. iudi. cum quo omnes ibi communiter transuent. Dec. super rub. de confir. uti. uel inu. col. 1. uer. & retenta descriptione. De viraq; confirmatione huiusmodi tracto in 10. q. reg. 22. de Vnio. Illa prima cōfirmatio

tio indistincte concedi solet, etiam per rescripta officii contradictarum, hæc uero ex certa scientia ratio conceditur.

Confirmations super concessis ab eodemmet Papa non dantur, & iure optimo; confirmatio enim ab alio, quam qui concessit, peti debet. I. adoptio. cum glof. ff. de adoptio. Hostien. in summ. de confir. vti. vel inu. num. 5. dum queritur quo fieri debet confirmatio. verf. petendum est ab alio, quam illo qui fecit, quod petitur confirmari; & postea declarat quomodo euenerat, quod aliquando idem det, & confirmet, & non solum ab alio, sed a maiori obtineri debet. Alioqui si a pari, uel ab eodem, seu a successore, potius diceretur ratificatio, vel innouatio. Host. vbi supra, & idem Host. in c. 1. post prin. in ver. confirmatam. i. ratificatam, & innouatam. de loca. & ad alia, quæ adduco in 9. q. Reg. de Vnio. nu. 6.

Confirmations inter alia operantur, vt per clausulam [non obstante] dispositio-nes Confirmata non tollantur. vt per Roma. consi. 327. istæ sunt. col. 2. & per Parisi. consi. 140. inspectis. nu. 6. uol. 4.

In materia tangentia aliquo modo Cameram Apostolicam, siue petatur confirmationis, siue concessio, vel indulxum, semper poni solet clausula in fin. videlicet. [Videat camera.] Seu [videatur in camera] Ratio huius additionis est, quia camera Thesauri, seu redditus principis, seu ciuitatis colligit, custodit, & distribuit, habetque suos officiales ad hæc deputatos, prout de Camera Paduæ loquens declarat Iaco. Aluaro. de feu. cogni. §. sciendum col. 1. ibi camera, in qua pecunia &c. Et de Camera Apostolica loquitur text. in extra. cum nonnullæ, inter commu. sub titulo. de præbend. in clem. ne Romani. §. eo tamen, ubi glo. & Docto. de electio. & Paul. Castrensi. consil. 106. circa quæ, in nou. colum. 1. Et ad hanc Cameram, eiusque Camerarium spectat cura reddituum temporalium ad Romanam Sedem pertinentium, dicta cle. 2. versi. eo tamen prouisio. de electio. & ibi Cardi. q. 7. latè præceptor meus. D. Phil. Dec. consi. 404. Viso eleganti. col. 1. nisi igitur Reuerend. D. Camerarius (qui nunc est illuſtrissimus, ac religiosissimus Cardinalis Alexandrinus) ac R. D. clerici, & præſidentes Camera Apostolica super confirmationibus, seu cessionibus eos cōcernentibus cognoscere, easq; aliqualiter gustarent, facile Camera Apostolica & ipse Pa- pa pleruntur falli, & decipi possent.

Præcipua igitur & potissima ratio huius additionis [Videatur in Camera] est, ne illi, seu sedi Apostolica, vel fisco per quascunque concessiones præiudicium inferatur, argumento tex. in c. licet. ver. ne igitur ius nostrum negligere videamus. de sup- plen. neg. in c. quoniam. §. nos iustitiam nostram, & Ecclesiæ sponsæ nostræ nolen- tes negligere. de immu. eccl. lib. 6. extra. si fratum, in prin. Io. 22. ne se. vacan. Nec Ecclesia Romana solet contra se alicui priuilegium concedere, argu. tex. in l. iube- mus nullam nauem. C. de sacro. eccl. c. cum initiantia, iun. gl. 2. de censi. Glo. pragma. de electio. §. pro oneribus, in ver. alteri, Mar. Sozzi. de visita. col. 8. post nu. 9. ver. ter- tio, quia Ro. Ecclesia, contra se, & suos priuilegiare non confuerit. Mar. Sozzi. de vi- fitatio. lib. 1. in 2. qd. 14. q. prin. post nume. 46. versic. Mouetur quia ecclesia Ro- mana.

In priuilegiis vero, & inuestitutis clausula ponit solita hæc est [Iurib. nostris & no- stræ curiæ sp. saluis] de qua post Isern. Paris. cō. 21. disponuere. nu. 55. li. 1. simile vide- re est in rescripto Regis Roberti, de quo Dec. Neapol. 264. quidam Baro, col. pe. ibi. Nec non procuratoribus, & aduocatis Fisci nostri, qui in ijs iura nostræ Curiae in- quantum exinde tangit, tñcantur, ad quod iustitia sua debit.

Nec quis putet modum istum rescribendi [Videat Camera.] nouum, & inusitatissi- melle, similem modum rescribendi obseruarunt nostri Romani in suis Senatus consul- tis in hanç formam. Videant Consules ne quid Res pub. detrimenti capiat. Cice. in Catil.

Q V I N T . M A N D O S I I .

Catil. Decreuit quondam Senatus, ut L. opimius uideret ne quid Res pub. detrimeti caperet Cæsar lib. i. Belli. Ciui. colum. 4. Dent operam consules, prætores, Tribuni pleb. quique pro consulibus sunt ad urbem, Ne quid Respub. detrimeti capiat, Bud. in Annot. pandeit, in l. si in aliquam. §. fi. col. 2. uer. quod tunc fieri solebat. ff. de offi. procons.

In materia verò monachos, seu monasteria tangentे additūr [Videat protector.]

Quid autem possit talis protector, & circa quæ se intromittat, uideatur per Rui. consi. 109. circa questionem, num. 3. uol. 5. Et uerum, quod plerunque à constitutione, seu regula alicuius religionis, vel à constitutione ipsius Papæ, seu creatione protectoris maior, vel minor, seu limitata facultas protectori datur. Quantum autem ad clausulam, de qua agimus, sat est qd ipsi committatur, qd uideat; & sic rescriptum in quaenq; materia protector cognoscet, comprobabit, seu infirmabit, vel im petrantem, seu supplicantem excludet.

Pro hac clausula [Videat protector.] & precedentī clausula, uideatur Staphi. signa. fo. 150. sed in quantum dicit, quod protector est uetus ordinarius religiosorum, pro quo adducit consi. Cardi. istud non est uerum, nisi illi Papa iurisdictionem ordinariam tribuat: ordinarius. n. verus, & legitimus religiosorum, seu monachorum est illorum Abbas. c. nullus monachus, & c. nullam potestatem. 18. q. 2. c. ne pro defectu §. statuimus, cum gl. in ver. regularis de elect. Abb. in c. decernimus. 2. not. de iud. & in dispu. seu quæst. prima incipiente Episcopus ante num. 29. uers. de inferioribus prælatorum &c.

Et protegere, nil aliud est quam defendere tueri, seruare, prout psal. 17. in princ. Protector meus, & cornu salutis meæ. & postea, Et factus est Dominus protector meus, & eduxit me in latitudinem, saluum me fecit, quoniam uoluit me. Psal. 6. Quoniam abscondit me in tabernaculo suo, in die malorum protexit me in abscondito taberuaculi sui. Psal. 30. in prin. Esto mihi in Deum protectorem, & in domum refugii, vt saluū me facias. & prope fi. Protege eos in tabernaculo tuo a contradictione linguarum. Ecclesiastici 14. in fi. Protegetur sub tegmine illius a feruore, & in gloria eius requiesceret. Et qd protectio, defensio, & tutela idem significant, probatur 4. Reg. 20. post prin. & protegam urbem istam: glo. fi. in c. 1. 12. q. 1. Protector autē non solum eum quem protegit defendit, sed & aduersarium offendit: exemplum habes 2. Machab. 13. Hoc autem factum est die illucescente, adiuuante eum Domini protectionis. Idem supponit Iurecon. in l. 3. in fi. uer. Qui propositū suum protegere. &c.

In materiis tangentibus iurisdictionem episcopalem, seu cathedralem ecclesiam, uel illius mensam, si sedis episcopalی vacet, Signatura differre solita est confirmationes priuilegiorum, & alia, quæ ab ipso petuntur usque quo sedes sit plena, & adsit ecclesiæ proprius defensor, ita ego respondi Domino Corrado Marino dignissimo causarum patrono ac procuratori nobilis Ciuitatis Oritaniæ, pro impetranda confirmatione quorundam capitulorum Ciuitati prædictæ, ac capituli Oritaniæ, ab Archiepisco po Oritaniæ. & Brundusin. & à summis Pontificibus pro tempore existentibus dignis rationibus concessorum: ita quasi in terminis nostris alias respondisse ostendebam. Inno. III. Priori, & conuentui Glastonien. in hæc uerba [Attendentes igitur, quod episcopalı sede uacante non debet aliquid innouari, cum non sit, qui episcopale ius tueatur &c. petitionem vestram nequiuimus exaudire &c.] haec sunt uerba tex. in c. 1. ne se uacan. Adducebam etiam tex. in c. 1. de re. eccl. non alie. lib. 6. ver. Quia verò in concessione huiusmodi, prædicta ecclesia, cum uacaret, legitimo caruit defensore &c. Lap. Alle. 20. si uacante. uers. Item quia facta sunt vacante sede. Ciuitatis prædictæ postulata retulit. S. D. N. in plena Signatura. R. P. D. Lancellottus vtriusque Signaturæ referendarius meritissimus: Confirmationi concedendæ annunebant oes.

San-

Sanctitas sua respondit differendam esse confirmationem huiusmodi usque ad futu-
ti Archiepiscopi creationem.

Confirmationem mandati, in quo quis ad aliquid faciendum procurator irrevocabilis constituitur, olim concedi uidi, & impetrabatur ad uitandam difficultatem illam, an procurator etiam cum iuramento constitutus reuocari possit, & si reuocetur, an actus valeat, licet constituens sit perius, pro quibus videatur glo. in c. fin. in uer. reuocatus, de procu. lib. 6. Bar. in l. cum precario. ff. de preca. Ang. confi. 18. uisit capitulis, ante nu. 2. & nu. 7. lib. 2. Dec. confi. 265. in instrumento col. 3. ad fin. dicens idem in administratione, & confi. 475. in causa, nu. 18. Feli. in c. ex parte de rescr. & in c. ff. diligent. in 9. limi. de fo. compe. præfati concludunt pro parte affirmativa, ideo necessaria est confirmatio.

Contractus inualidus confirmatur, qd intelligo, quando est inualidus ex defectu iuriis communis, & talis confirmatio concedi deberet cum hac limitatione, uidelicet [Et sine alicuius præiudicio tertii, & dummodo non sit alteri ius quæsumum] per adoptio non iure facta. ff. de adoptio. l. 2. in ff. de reb. eo. Pro qua confirmatione videtur Pau. Calren. conf. 178. donatio, col. 1.

Confirmatio reservationis legati, vel receptionis in canonicum conceditur. ca. si Apostolica, iunc. glo. in uer. confirmamus. de præben. lib. 6. Rebuff. in praxi dū potest differentias inter rescripta gratia, & iustitia pag. 85. nu. 47.

Vnionis confirmatio conceditur, si aliquem defectum patiatur, ad ca. expouisti cum ibi no. de præben.

Electiones monialium in Abbatissas, seu priorissas confirmantur, absque tamen supplicatione defectuum, vnde cancellari debet clausula [Supplentes omnes defectus, tam iuris, quam facti, si qui forsan interuenient.] & ratio confirmationis est, quia ut plurimum in talibus electionibus non interueniunt omnia, quæ debent, ad c. in dem nitatibus. de electio. lib. 6. & ignorantia iuris mulieres plerunque excusat. l. de die. §. minori. ff. qui satis. cogan. l. 1. §. fi. ff. de eden. l. 2. in ff. de iu. fi. Hodie haec confirmatione non facile cederetur propter Conc. Trident. Sessio. ult. cap. vij. titulo de regu. & monia.

Electiones monachorum in Abbates non confirmantur, sed datur præfatio cum prouisione, uel dabitur noua prouisio. In Alemania uero propter concordata confirmantur cum præfatione, & prouisione, quando monasteria excedunt annum redditum ducentum ducatorum, tunc concistorialiter. De quibus monasteriis loquitur Reg. 2. Cancel. & Staphi. super signa. fol. 165. uer. est & alias casus. Præmissa præfatio cum prouisione, uel noua prouisio, hodie forsan denegaretur propter præl. con. Trident. Sessio. ult. de Regu. incipien. in electione.

Super confirmatione electionis, seu postulationis in abbatem post episcopi. confessum, cum clausula limitativa, habemus tex. in c. cum monasterium. in fin. ibi nos autem ipsam, sicut facta est canonice, confirmamus. de electio.

Canonice autem aliquid factum esse exponemus. i. iuxta canonum regulas. c. canon. 3. dist. c. si gratiōē in fi. de rescr. lib. 6. Gemini. confi. 106. super dicto, col. penul. & ult. R. lib. 2. Respon. cap. 23. post nu. 4. Et de uerbo canonica, & quod sumi posse stricte, seu strictius, & large, per glo. pragma. de electio. cap. licet, in uer. canonicas, & de uerbo canonice, ibi, in Addi. probi.

Confirmatio aliquando concessa fuit electo ad beneficium regulare manuale, que confirmatio si sit ex certa scientia, operatur ut ex manuali beneficio perpetuum efficiatur. i. ut illud obtinens amoueri non possit prout, per Feli. in c. constitutus, nu. 10. de rescr. & Dec. Putei. 2. de regula. vbi quod confirmatio huiusmodi operatur, vt tale beneficium obtinens absque causa amoueri non possit.

Pensio-

Q V I N T . M A N D O S I I .

Pensionis ab ordinario impositæ confirmatio non datur, sed Papa denuo concedit, uti Alex. 6. in Signatura seruandum esse statuit, ratio est, quia ordinarius non potest beneficium diuidere, & pensionem, seu partem fructuum beneficij vni assignare, prout Papa, ad c. prohibemus, de censi. c. pastoralis. de his quæ h. à p. c. extirpandæ, in f. de p. b. Pau. Roma. in tracta. penfio. q. i. n. u. o. & seq.

Confirmatio elect. onis, seu institutionis nouæ Capellæ per laicos constructæ, cōceditur, & dum dicitur: [Supplicant quatenus p̄missa omnia, & singula auctoritate Apostolica confirmare, & approbare, oratoribusque, ut eis videbitur, p̄ unum hominem presbyterum, quem ad hoc duxerint eligendum, inibi celebrari facere, ultius licentia minime requisita possint & ualeant, cōcedere, & indulgere dignemini:] Post illud verbum, inibi, additur clausula videlicet. [Absque rectoris parochialis, in qua sita est capella huiusmodi, p̄iudicior] pro qua clausula facit tex. in c. ecclesiæ anti quitus, & c. seq. 16. q. 1. & in c. t. ante f. de no. ope. nuncia.

Concordiæ, seu paclorum confirmatio conceditur uno modo absque aliqua limitatione, quando tenor inseritur, iux. tex. in c. pen. ibi. Et ad maiorem rei euidentiam literis confirmationis, tenor compositionis insertus, & ibi glo. in uer. insertus, docet propterea tenorem inseri, ad hoc, ut appareat illam compositionem suisse legitimam, nec de illa dubitari possit, de confirm. uti. uel iuu. Deleri autem consueuit illa clausula in supplicatione, videlicet [Et quod in instrumentum inseri possit.] seu [Cum inferzione instrumenti.] prout docet Prouin. iu. materia [Si in euidentem.] in. 2. not. fol. 64. Quando uero clausula conceditur, tunc uel pacta, vel conuentiones non continent aliquid improbitatis, & confirmantur: uel continent, & rejiciuntur, seu lacerantur.

Altero modo, quando tenor non inseritur, sed ponitur clausula [Quod tenor, & alia necessariò exprimenda pro expressis, seu pro insertis habeantur.] & tunc semper additur clausula per Signaturam, videlicet. [Dummodo, seu quatenus licita, & honesta, seu licita, & honesta] jilio qui plerunque nihil narrato, uel aliquibus, sed nō plenè, uel sub inuolucro, contingere posset, quod papæ confirmaret improba, illicta, & simoniacæ, præsertim si loquamus de pacis in beneficialibus, seu spiritualibus. ad text. in cap. cum pridem. de pac. & c. ex parte, primo. de offic. delega. Hæc clausula, uel similis si forte addatur confirmationi, quæ insertum tenorem habeat, non stabit conditionaliter, sed causatiæ, iux. tex. in p. a. l. c. pen. iu. glo. in uer. sicut de confirm. uti.

Transactionis confirmatio, quæ habebat clausulam [Referuatio beneplacito sedis Apostolice] potest obtineri etiam ab uno tantum. Dec. Ptolomei 55.

Pro p̄missa Dec. & pro clausula [Attento quod utraque pars supplicat.] quam in hac materia confirmationum, quam alii diuersis supplicationibus ponit, seu addi consuevit, ego adducebam in fini. dictum Inno. cum sua ratione in c. super eo, 2. quod legit cum c. de appellationibus, post prior. in uer. certum, cum quo transeunt illius uerba declarantes Abb. in dicto c. luper eo 2. de appell. post nu. 16. & Phi. Frans. uersus si. uers. secundo queritur. Et dicta clausula [Attento quod utraque pars supplicat.] uera redditur etiam distributiæ, & non requiritur quod uerificetur copulatiæ. i. quod sufficit quod unusquisque supplicet pro ijs quæ ad ipsum spectant, licet non supplicet pro spectantibus ad aliam partem. prout Dec. Mohedani 9. de Recessu. alias 83. seu 113.

Quero an si facta sit concordia inter aliquos in materia beneficiaria apposita clausula p̄missa [Referuato beneplacito sedis apostolice] ante quam papa. concordiam confirmauerit, possit altera pars resilire? & sic declarare se nolleflare concordiæ? Ro. cōclusit q̄ sic in Calaguritan. de Iaguela coram Achille, prout ipsius Dec. 2. de pac.

Ratio

Ratio, quia talis concordia non valet. c. super eo, de transactio. c. cum pridem, & ca-
fin de pact. Vnde partes ad obseruantiam non tenentur ante confirmationem per do-
ctori. Abb. in c. super eo, in fi. de condi. appo.

Statutorum etiam alicuius ciuitatis Sedi Apostolicae immediatè subiectæ, vel ter-
rae, seu caltri, collegii, seu artis, vel societatis confirmatio conceditur cum eadem li-
mitatione, videlicet. Licitam, & honestam. [I]se[nt] Quatenus licita, & honesta.] &
tunc statuta huiusmodi confirmata dicuntur Papalia, ad Bal. in l. ex placito. C. de re.
per mu. Vbi quod statuta Spoletana à Papa confirmata non dicuntur Spoletana, sed
Papalia, facit tex. in c. si eum de præben. lib. 6. Feli. in c. i. post num. 4. uer. unde deno-
minatio. de sponsa. Quæ sine dubio procedunt, quando confirmatio est ex certa sci-
tia, & sic statuta nostra Romana Papalia dici possunt, propter Leon. X. confirmatio-
nem post nouas reformationes positam, quæ est in amplissima forma, etiam cū clau-
sula suppletionis defectum.

Aliqui volunt tunc solum statuta alicuius loci dici Papalia, quando alias non con-
firmata non subsisterent per rationem quam adducunt: quod qui confirmat actum
imperfectum uidetur dare. ad l. & quia: ubi omnes. ss. de iuris. om. iudi. pro qua limita-
tione seu restrictione vide consi. Rui. 130. de duobus, nu. 8. uol. 5.

Immo hæc clausula [Licitam tamem, & honestam.] etiam non addita, seu non expressa
sub intelligi deberet, ad c. i. de iure iur. lib. 6. Bar. in l. i. nu. 1. si. de his qui sunt sui,
uel alie. iur. vbi quod in generali confirmatione priuilegiorum, seu statutorum de-
bet subintelligi. [Dummodo sint iusta.] idem vult Bal. in l. i. in prima lectu. uersicu. &
ideo in generali confirmatione. ss. de consti. prin. & consi. 134. copiose, num. 3. lib. 3.
Roma. consi. 18. præfens. post nu. 4. ubi q[uod] generalis confirmatio, nunquam intelligenda est, ne illicita, atq[ue] iniusta statuta confirmasse videatur, Dec. consi. 72. uiso pun-
cto, post nu. 5. uer. primo quia fuit, & consi. 538. nu. 1.

Statutum ecclæsiæ Hispalen. quo prohibetur descendentes ex genere marranorum
consequi beneficia, uel ius ad ea, confirmatum fuerat per Cle. 7. & confirmatio fuit
tena validia, ut appareat ex quo in Rota disputatum fuit, an illud statutum per Cle.
7. confirmati cōprehenderet regressum, & die 10. Februarii 1542. coram Crescen-
tio cōclusum pro negativa, & sic cū Rota disputauerit sup uno, alterū validum, seu
habile supponuit. ad l. ut gradatim, uer. & si lege. ss. de mune & hono. & ad alia quæ
adduco in 7. q. 33. Reg. nu. 9. præfertim quia superfluum fuisse disputare, an statu-
tum comprehenderetur supra, si de statuti confirmati ualiditate dubium fuisse.

Confirmatio statuti, capituli, seu constitutionis certi & determinati numeri cano-
nicorum denegari non consuevit, in qua confirmatione subintelligitur clausula, si
expressa non sit, uidelicet [Nisi adeo redditus extreuerint, q[uod] pluribus aliis sufficiat
competenter] ad tex. in Auth. ut deter. sit nume. cleri. uer. postea uero, & ibi Angel.
& prout nota. in c. cum M. ubi etiam Abb. nu. 4. 18. & 27. Feli. nu. 5. & Rip. nu. 35. de
constitutio.

Locationis quæstarum Sancti Antonii Vienensis. ad sex annos confirmationem cū
dicta limitatione concedi uidi, & necessaria uideretur confirmatio huiusmodi, præfer-
tim ad tollendum dubium, an locationi prædictæ ultra triennium obstat extra. Ambi-
tiose Pau. II. de reb. eccl. non alie. inter communes, post prin. ibi concessionem, hy-
potecam, locationem, & conductionem ultra triennium: Videatur infra in licentia lo-
candi redditus beneficiorum.

Tales confirmationes locationum quæstarum non puto, quod hodie passim, &
abf que aliquali discussione concederentur; licet enim facultas quærendi eleemosy-
nas fauorabilis censenda sit, prout in consi. Calde. 9. sub tit. de priui. uersi. item priu-
legium concepsum quæstuaris est fauorable propter animarum salutem, & per D.
meum

Q V I N T . M A N D O S I I .

meum consi. 277. post prin. ab istis tamen questuariis multa mala, pluresque abusus procedere consueverunt, prout in cle. 2. §. ad hæc, de pœ. & remis & isti multas fraudes committunt, prout per Dec. in dicto consi. 277. nu. i. & ego plures ex ijs cognoscō, qui sunt infames, nugatores, mendacēs, fures, nebulones, & quorum potissima cura est à mulierculis, & simplicibus, ac nimium credulis hominibus pecunias, & alia extorquere.

Istis, & alijs questuariis hodie prohibitum reperitur ne prædicare presumant per consi. Triden. Sessio. 8. sub Paulo III. cap. 2. uers. questores uero. Horum eleemosina rum questorum, nomen, officium, & exercitium per idem consi. Triden. Sessio. 21. alias 5. sub Pio III. de Decre. Refor. c. 9. sublatum fuit,

Legitimationem à comite palatino factam, à Papa confirmari uidi, cum noua dispensatione, habilitatione, defectum suppletione, & derogatione amplissima, & ualide prodesse potest talis confirmatio, cum noua dispensatione &c. ad tollendum dubium, an, & quando, & qualiter Comes Palatinus legitimare posuit, cum tota eius potestas à facultate sibi concessa pendeat, ad ea quæ uolunt Pau. Castræ. Aret. & alii in l. gallus. §. & quid si tantum ff. de libe. & postu. Sozzi. consi. 212. prima consultatione in prin. & col. 2. uer. secundo præmitto, q[uod] omnis potestas, & Paris. consi. 7. de potestate comitis, nu. 50. lib. 2.

D I S P E N S A T I O N E S .

Quod nos dispensare nuncupamur, antiqui legibus soluere uocabant. Liuius. 9. de bello Macedonico. Pars tribunorum pleb. negare rationem habendam esse, quod duos simul magistratus præsertim curules, neque capere posset, neque gerere, pars legibus soluere eum censere. Cice. Philip. 2. Cur. M. Brutus te referente legibus est solutus, si ab urbe plusquam decem dies absuisset? & Philip. 1. 1. Ille homo summo ingenio, summa potentia, qui ex ædilitate consulatum petit, soluatur legibus, & in Oratio. pro lege Manilia. Quid tam singulare. quam ut ex S. C. legibus solutus est sul anteferet quam ullum alium magistratum per leges capere potuisset. Ita accipi debere puto apud Horat. ode 2. Carmi. lib. 4. Verba devoluta numerisque fertur, legi solutis. Bud. in anno. in pande. super l. princeps. ff. de legi. ubi de soluto legibus, & canonibus.

Dispensatio gratiæ in sana pagina. 1. collatio, præstatio, seu tributio, uel participatio ad Ephesios 3. in prin. si tamen audistis dispensationem gratiæ Dei, quæ data est mihi in uobis.

Dispensationem describunt, esse prouidam iuris communis relaxationem utilitate, seu necessitate pensatam. glo. & Docto. in c. requiritus. §. nisi rigor. 1. q. 7. Abb. in c. cum in cunctis col. 1. de electio & in c. extirpande. §. qui uero. de præben. Specu. in tñ. de dispensatio. definiit, esse iuris communis relaxationem procedentem ex mea dispensatione misericordia. Bal. autem ibi in addi. dicit, quod dispensatio est rigoris mitigatione, uel moderatio pœnae facta per habentem auctoritatem ex publica auctoritate, uel utilitate, vel alia rationabili æquitate, quam lex ciuilis indulgentiam appellat. Idem Bal. in c. 1. de pa. constan. in uer. dispensationem diffinit, esse seueritatis, & excessuum mitigationem, uel remissionem; subdens quod iura ciuilia raro dispensationes permittunt; quia non debent indulgentia crimina subleuari, ad l. si apparitor ibi. Veniam. n. talibus non permittimus, nec indulgentijs crimina subleuamus. C. de coarcta. & prin. corni. lib. 1. Alcia. in tracta. de uer. sig. lib. 2. nu. 30. dispensatione nil aliud esse affirmat, quam iuris communis quandam in fauorem particulariem, relaxationem, seu correctionem, quæ & priuilegium dici potest.

Item

Item definiri potest, ut sit remissio legis facta ex causa urgente ab habente potestatem. Abb. in c. de multa. nu. 8. de præb. Paris. consi. 68. dubium exoritur. num. 70. vol. 4. Dispensationis iuritus, seu effectus est, ut licitum efficiat quod alia s. erat de iure illicium. glo. penul. in c. dudum 2. de electio. c. non debet. de consang. & affi. Geni. consi. 106. super dicto. nu. 6. Paris. alle. conf. 68. nu. 128. uol. 4.

Dispensationum altera est tacita, quando Papa indigno, vel inhabili scienter prouidet; vel inhabilem, seu indignum ad beneficium, officium, vel aliud admittit, seu promouet, & de sic admittendi, seu promouendi qualitatibus, & conditionibus instructus, & informatus existit, & haec tacita dispensatio expressè equipollat, & plenè operatur. gloss. magna in cap. qui in aliquo. 51. distin. Inno. & Ant. de But. in c. ueniens. de fil. presby. Bar. in l. quidam consulabant in 2. not. ff. de re iudi. Ant. de But. in c. consultationibus de iu. pat. quem sequitur Mil. in Reper. in uer. dispensare an uideatur ille qui scéter puidet indigno. Rom. c6. 216. electio dicti nu. 6. & seq.

Dubium suit in Rota in Dertusen. Sacrificiæ. 12. Junii 1545. Coram Reuerendissimo Cardinali Reumano, tunc Rotæ auditore dignissimo, inter Guglielmum Cassadorum, & Alexandrum Oluica. Papa concesserat Iohanni del Mila clero, eius familiari gratiam ad beneficia secularia, & regularia in titulum, non facta mentione dispensationis alicuius, quærebatur an Papa censeretur dispensasse, suit conclusum quod sic pro qua conclusione faciunt supra adducta, & consi. Ancha. 61. pro clariori, ubi quod sufficit constare Papæ beneficia esse incompatibilia. Bal. in c. cum adeo. de rescr. Rot. Belle. 363. si narretur, & per Fely. in c. cum uigesimum. nu. 5. uer. contrarium puto. de offi. dele.

Expressa dispensatio haec dicitur, quando adsunt haec uerba in supplicatione, uidelicet Dispensare dignemini. uel in literis appositum est uerbum, Dispensamus, ad c. at si clerici. §. de adulterijs. de iudi. c. de multa. in fi. de præb. Amplio idem esse in uerbo, Permittimus, ut expressa dispensatio inducatur. c. literas, ibi, permittimus ipsu ordinari in clericum. de fil. presby. c. uni. de æta. & quali. lib. 6. Dominus nreus eò. fi. 696. Retenta. nu. 14. & Sigil. Loffre. in Paraphra. feuda. in c. imperiale, uersus si. uer. item per uerbum permittas, sermo noster erit de dispensationibus expressis, seu quæ uerba expressa conceduntur.

Dispensationum item tria genera constitui possunt, ut dispensatio altera sit legis, de qua in præalle. ca. literas, & c. uni. Altera sit hominis, de qua nos tractamus. sit etiam & mixta quando lex concedit ut homo dispensare possit, iuxta tex. in cap. de multa. in fi. de præben.

Dispensare, cum sit contra ius, ipsi principi reseruatum est. l. qui in provincia. §. diuus. fi. de ritu nupti. præalle. c. requiritis. §. nisi rigor, & c. seq. 1. q. 7. Spec. in tit. de dispen. §. 1. in prin. & §. nunc breuiter dicendum. Paris. consi. 68. dubium exoritur. nu. 35. uol 4. Aliquando tamen episcopus dispensare potest super quibusdam, sed semper ex causa.

Dispensatio ad partis petitionem conceditur, non autem motu proprio. ca. innovuit. in fi. de electio. c. fi. de schism. ratio quia solui, seu relaxari nō debet ius nisi parte petente, instanti, & supplicante, argumento. l. 4. §. hoc autem iudicium. fi. de dam. inf. Huc spectant illa uerba Cæsaris lib. 7. Belli Galli. non multum post prin. Datur potentibus uenia. Et dispensari petens pœnitens esse debet. Gemini. Alle. consi. 106. nu. 9. Aliquando motu proprio dispensari vidi, prout etiam absolutiones motu proprio conceidi, vt infra dicam, dum de absolutionibus tractabo.

Dispensatio aliquando ut debita petitur, glo. in ue. detrahendum, in c. ut consti tueretur, & c. domino sancto, jun. glo. in uer. necesse. 50. distin. gl. fi. in c. noli. 13. q. 1. Abb. in c. cum nobis, in x. not. de electio. Mil. in uer. dispensatio quamvis respicit, & in



Q V I N T . M A N D O S I I .

In uer. dispensatio quædam est. Lamber.de iu. patro. art. 3. questio. 9. part. 1. libro. 1. ante nu. 34.

Hic queri posset, an dispensatio a priuilegio differat, concludendum est quodsi & inter alia, quia hoc sine causa conceditur, seu concedi confueuit; illa uero cu m causa, qua existente falsa dispensatio corruit. Abb. in cap. quia circa, col. 2. de consan gui. Dec. conf. 68 1. in causa colum. penultim. Rursus dispensationes strictior em interpretationem recipiunt. c. 1. cum ibi not. de fil. presbyte. libro 6. c. ordinarij. de offic. ordina. eo. libr. Fely. in cap. postulati, num. 9. de rescript. Pro præmissis ui deatur Rebuff. super concor. iu for. manda. Apo. in uersi. dispensationum, uersi. iustæ dispensationes.

Papa dispensare potest indistinctè super prohibitis à solo iure positivo, & tunc sola uoluntas est pro causa. Inno. in c. cum ad monasteria, post num. 3. ibi, nō tamén hoc est verum, de Ita. mona. Gemi. in c. consequens 11. distin. Io. de Ana. in c. fraterni tati col. 2. de schisma. & communiter Docto. in cle. uni. de consan. & assi. & legistæ in l. quidam consulebant. ff. de re iudi. Abb. in c. uenerabilem, qui fil. sicut leg. & in c. constitutus. de reit. do.

Dispensatio requirit oës expressiones, quas impecratio beneficij gl. 1. in c. nō po test, & ibi Gemi. nu. 1. & 6. & gl. pe. cir. medium de præb. lib. 6. Abb. in ca. ad aures, col. fi. uer. aut impetro dispensationem. de rescr. Fel. in c. in nostra. corre. 8. eo. Bart. Cassen. consi. 43. factum tale, nu. 2.

Papa dispensans non obliuiscatur uerborum diui. Bernardi ad Eugenium. Sed di ces nunquid prohibes dispensare? nō, sed prohibeo dislipare. non sum tam ruditus, ut ignorarem vos dispensatores positos sed in ædificationem. & co. it. usq. b. sl. 1. 1.

Concilium Trident. Sessione 22. alias 6. sub Pio III. de Decreto. Rescr. cap. 5. nouisfi me circa dispensationes ita statuit, Dispensationes quacunque auctoritate concedenda, si extra Ro. Cu. committenda erunt, committantur ordinariis illorum qui eas impectrauerint: Ex uero, quæ gratiose concedentur, futurum non fortiantur effectum, nisi prius ab eisdem tanquam delegatis Apostolicis summarie tantum, & extra iudicialiter cognoscatur expressas preces subreptionis, uel obreptionis uitio non subiacere. Vide etiam cap. 18. quod incipit, sicuti publice expedit, in Decreto. Rescr. Sessione ult. ubi nonnulla sanctissima decreta innuenies.

S V P E R D E F E C T U N A T A L I V M .

In dispensatione ad beneficium pro paciente defectum natalium non datur ad dignitates maiores, & principales, nisi graduato, uel ualde digno, aut personæ alias gratae, & ideo inter clausulas semper illa deleri debet, uidelicet. [Et de speciali ad uitam.] quæ includit maiores, & principales dignitates, ad quas illegitimi admitti non debent. c. fin. de fil. presby. c. 1. eo. lib. 6. & vtrobique per glo. & Docto. Super huiusmodi dispensationibus habemus Regulam Cancellariæ. 5. o. iuxta ordinem antiquum, super quis scribo.

Ad dignitates cum illegitimo solus Papa dispensare potest. c. fi. de fi. presby. cap. 1. ubi gl. Io. An. & alij eo. li. 6. & supponit Fed. de Sen. uolens legatum dispensare posse cœcessa sibi super hoc potestate, consi. 80. factum est tale, in prin. Et uoluerunt parisi. consi. 136. stante defectu, in prin. uolum. 4. & Lamber. de iur. patro. lib. 1. par. 1. q. 9. art. 3. post nu. 30. uersi. adduco duodecimo.

Dispensatus ad dignitates ecclesiasticas non intelligitur dispensatus ad episcopatum, prout concludunt Inno. in c. dilectus filius. de concess. præb. Rot. 45. no. quod secundum, in prin. in anti. Mil. post Archi. & Ant. de But. in Reper. in uer. dispensatus

tus ad dignitates. Quæ tantò magis procedere debent hodie stante decreto con. Tri den. Sessio. 2. 4. alias 8. sub Pio III. de Refor. c. 1. super episcoporum præfessione in hæc uerba. Et quos ex legitimo matrimonio natos &c.

Dispensatur nonnunquā ad beneficia cum cura, & sine cura, etiam si quis ad ea per electionem assumatur: quo casu non poterit obtinere beneficia ecclesiæ cathedralis. Rot. 407. nota uoluerunt, in anti. Mil. in Reper. in uer. dispensatio Papalis, in prin. Staph. super signa. fo. 61. uer. Et id eo tener cancellaria.

Limitant aliqui nisi dispensatio sit ad beneficia quæcumque, Rot. præalle. 407. in antiq. uer. si uero dispensat ut possit obtinere beneficia quicunq;. Mil. in Reper. in ver. dispens. Papalis. Io. Bap. Ferret. consi. 220. mandatum. nu. 1 i. uer. qd dispense.

In dispensatione illegitimi addi consuevit clausula videlicet. [Dummmodo incontinentia paternæ imitator non sis] ad tex. in c. si gens anglorum, cum seq. 5. dist. & me lius in c. literas. de fil. presb. de hoc stilo loquitur gl. in c. 2. in uer. defectu, uers. tertio propter incontinentiam paternam eo. lib. 6.

Sed aduertendū est, qd illā additionē, non inducitur cōditio, prout uoluit Rot. p. Bisigne. dec. uni. qui fil. int. legi. uer. secundus obiectus, in antiquo. quæ est eadē cū illa in anti. 845. sequitur Fel. in c. ex parte, nu. 6. in uer. clausula li. preces, uersic. adde Rot. de rescr. effectus est maximus. Si. n. conditionem saceret clausula illa, infinite dispensationes hm̄oi nullæ, & irritæ redderentur, dispensatus. n. sub conditione, si orator non sit paternæ incontinentia imitator, sub contraria conditione non censetur dispensatus, ad tex. in l. pecuniam. ff. si cer. peta. l. item quia, ibi. Et nuptiis non sequutur ipso iure euanescit stipulatio. ff. de pac. l. necessario. ff. de peri. & commo. rei uendi. gl. in c. si pro te, in ver. assensu. de rescr.

Incontinentia paternæ imitatores, ad quos paterna flagitia hereditaria successione descendunt, abominatione Domino dicuntur. c. pe. 5. qd aut. 56. di. Et qd sit detestabilis in ecclesia Dei paternæ incontinentia imitatio, percipere est poteris ex præfatione c. 15. Con. Tridē. Sessio ul. tit. de Decr. Refor. in hæc uerba. Ut paternæ incontinentiae memoria à locis Deo cōsecratis, quos maximè puritas, sanctitasque decet, longissimè arceatur &c.

Qui aut̄ sint, qui paternæ incontinentia, paternorūq; scelerū imitatores nō sūt, & quib. peccata parentū non obsunt, habes Ezechiel. c. 18. Quid si genuerit filiū qui uidens omnia peccata patris sui qua fecit, timuerit, & nō fecerit simile eis. cū iis quæ sequitur. Plerunq; aut̄ contingit, ut filii scelerū parentū imitatores sint, illisq; nequiores, prout Cecinit Orat. odo 6. Carmínium. l. 2. in fi. Aetas parentum peior avis, tulit Nos nequiores, mox datus Progeniem uictiosiorem.

Quæro aliq; est natus ex cōcubina, quā postea illius pater in uxore duxit, an iste filius ut beneficiū obtinere possit dispensatione indiget? Plura hic discutiēda uenirēt, breuitati studens ego sic distinguo: Aut iste fuit effectus clericus, seu beneficiū obtinuit antequā pater illā in uxore duxisset, & uera est conclusio, qd dispensatio requirebatur: illo. n. tpe illegitimus erat, & sic ius in initio resistebat, ne illegitimus clericus, seu bñficiari effici posset: unde nō cōsideratur superuenientia habilitatis. ad no. per Bar. in l. si constante. 9. quoties, nu. 7. ff. sol. ma. Aymo, qui plures allegat, consi. 197. n. 8. uer. respondeo qd regula: Et tps date inscipi dēt, an quis sit habilis, Gig. in tracta. penso. q. 22. n. 1. 6. & seq. Aut post subsequens matrimonii cōtractū ille ex concubi na prius natus ad ordines promouetur, seu beneficiū aequitur, & licet sint opinio nes, ueritas est qd dispensatione non indiget, quippe qui uerē legitimus effectus est. c. tanta, cū gl. 1. qui fil. sint leg. quam ibi sequitur Abb. col. 2. & D. meus cō. 455. nu. 5. Illegitimus aut̄, qui monachus efficitur, dispensatione hm̄oi indigere non videtur. c. 1. 5. dist. c. 1. & gl. si. ad fi. in c. fi. de fil. presby. Bal. post Gui. de Cun. in l. 1. col. 4. uer.

Q V I N T . M A N D O S I I .

Iuxta hoc queror an non capaci, in 1. lectu. ubi q̄ per oblationem monasterio factā quis legitimatur. C. de sacro. eccl. Lud. Rom. in l. necessariis, post nu. 7. ff. de acq. h̄ar. Barba. in c. q̄ nos, i 2. no. de testa. Mar. Sozz. in c. ad audiētia. co. fi. uer. tertia cōclusio, ubi subdit q̄ ratio, ne talis sit paterna incontinentiae imitator, cessare uidetur in fācto monacho. de homi. Tu pro ijs, & alijs huc spectantibus vide pulcherrimum trācta. dignissimi, ac doctissimi Cardinalis Paleotti de Nothis, & Spur. in 57. & aliis cap.

Aduerte tamē q̄ illegitimi effecti monachi, si prælaturas assequi uelint, dispēsatio ne summi P̄tificis indigebunt. præall. c. i. iun. gl. in uer. prælationē, & ibi p. Ancha. Abb. & alios, & c. fi. de fil. presb. & Gem. con. 15. Rue. pater nu. 13. uer. super tertio.

Quid autē dicemus de moniali, an illegitima absq; dispensatione monialis effici pos sit? uidetur q̄ sic eadem ratione, immo maiori. s. n. religio operatur in masculo. q̄ nō obstante tali defectu licite promoueri possit ad ordines, & plura incubant masculis q̄ scemini, c. noua, cum gl. ad fi. de p̄c. & remis. & quē, uel fortius idē operari debet in muliere. Contrariū est uerius, q̄ imò dispēsatio requiratur, absq; qua illegitima monialis effici nō possit, put concludunt gl. in c. indēnitatis. §. sanē. in ver. canonica, & Io. An. nu. 6. & Gemi. post nu. 7. & alii. de elect. li. 6. & illam gl. sequitur. etiam Fel. in c. meminimus, nu. 4. de accula. Rationes differentiæ adducunt Docto. ubi suprā.

DISPENSATIO PRO CORRUPTA AD ABBATISSATVM.

Corrupta absq; dispensatione, uel præcedente ut tutius est, uel iuxta casum Lapi de quo infra q̄ non possit esse abbatissa, probatur ex tex. in c. si quis oēm. §. nolumus peccatricē. 1.q. 7. in c. iuuenulas, & in c. fi. cum ibi no. o. q. 1. & uoluit gl. in c. quomodo, in uer. eligatur. 31. q. 1. gl. in cle. fi. §. statuimus. in uer. rationabilis, & ibi Card. nu. 4. & seq. q. 10. & seq. de sta. mona.

Dispensatum suit tpe Lapi Castellionei, seu dispensari mandatum suit cū abbatissa, q̄ non obstante q̄ tempore sux promotionis corrupta esset per vim, eius promotio valerer perinde ac si dicto tempore fuisse uirgo, prout uidere est in eius Alle. 61. post prin. uers. est enim per dictas literas, & post nu. 5. uer. nam editum fuit.

An autē epus dispensare possit cū corrupta, quicquid dixerit. Arch. in c. indemnitibus, de elect. li. 6. ueritas est pro negatiua, & q̄ aliud à Papa dispensare non possit, ut concludunt Cal. con. 3. in fi. uer. Tum quia eps non posset ēt ipse dispensare, si notoria esset corruptio. sub tit. de off. uic. Card. in alle. cle. fi. §. statuimus, in xj. q. de sta. mona. Fel. in c. meminimus, nu. 4. de accula. ubi tamē legendū est. Quia cum istud sit cōtra iūs. Idē Fel. in c. at si clericis. §. de adulteris, uerius si. ver. Et q̄ corrupta possit esse abbatissa, & ibidem D. meus post. num. 10. uers. nec etiam dispēsare pōt. eps quod corrupta sit abbatissa, de iudi. sequitur Io. de Syl. de Bene. par. 4. q. 7. nu. 7.

Verū si corrupte dispensatio hm̄bi concedatur, non nisi ex maxima cā, uel ratione id fieri deberet, cum contra illam exclamat propheta dicens. Descende, sede in pulue re uirgo, filia Babilon sede in terra, non est solium filiæ caldeorum, quia ultra nō uocaberis mollis, & tenera. cum ijs q̄ subiiciuntur Esaia c. 47. Et uirginitas amissa non restituitur. Amos c. 5. Virgo Israēl proiecta est in terram suam, non est qui suscitetur illā Hie. in Epi. ad Eufochium, & c. fi Paulus 32. q. 5. ubi etiam subditur. Quid fieri illis quæ prostituerunt membra Christi, & mutauerunt templum sancti spiritus in lupanar.

DISPENSATIO SVPER DEFECTV AETATIS.

Sup defectu ætatis signatura diuersis modis dispēsat, & quoad canonicatus cathe dralis,

dralis, & collegiatæ habemus Reg. 18. iuxta ordinem modernum, de qua supra loquuntur sum dum de Regularum derogationibus tractauit. Habemus etiam Rsg. super defectu ætatis 49. iuxta ordinem antiquum.

Tp. Pauli III, & ante, dispesabatur in xij. anno ad unū curatū in commendā usq; ad 18. annum, deinde concedebatur in titulū. Et ad duo pro cōstituto in xv. anno. Et ad tria curata pro quoq; cōstituto in ætate legitima: aliud seruatū hodie, tales n. dispesationes nō cōceduntur: uix. n. dispesabatur ad unū curatū pro cōstituto in 23. anno, & summa rōne, ad hoc ut canones, puta c. cum in cūctis. §. inferiora. de elect. c. licet canon. eo. li. 6. & alia iura minus, quām fieri possit, uulnerentur.

Nonnunquā signabatur supplicatio pro minore, in qua aderant uerba in duodecimo, vel circa anno constitutus: iuxta interpretationem Pragmaticorum uera reddebatur narratio, et si talis in undecimo anno constitutus erat, uide quæ scripsi in gl. Facul. §. uolentes, in uer. circa, uer. ad unum tamen circa praxim.

Quād dispensatur cū minore, præsertim in puerili ætate cōstituto ad beneficium curatū, seu ad dignitatē, apponi cōsueuit in literis [Licet de hoc nullā in supplicatiōe mētio fiat.] q; est lipes q; succedēte, ætate curā, seu administrationē sibi cōmissā benē, & guide exercebit, seu optimē se geret, uel p alia similia uerba: simile est illud Cice. q; lege Manilia. Tāta in eo reipu. benē gerēdā spes cōstituebatur, ut duorū consuliū munus unius adolescentis uirtuti cōmitteret. Et qñ summus Pōtifex cū minorib; di spes ad curatū & dignitates, et superiores, nō pōt prætendi q; absq; ratione procedat: tū quia sp. rō, seu cā præsumitur in principe, tum ēt quia & olim & hodie non nullū adolescentes uirtutib; & fama seniores superarunt, & superat: Hūc spectant uerba Cic. in phil. At uero apud antiquos Rulli, Decij, Coruin, multiq; alij; Recētiori ait mēmoria superior Africānus, Titus Flaminius admodū adolescentes cōsules facti tantas res gesserunt, ut populi Romani imperium auxerint. Idem in alia Philip-pica de se ipso loquens, Defendi Rempu. adolescentes, non deseram senex &c.

Dispensato ad curatis in minori ætate aliquā conceditur clausula [Quod ante 25. annū ad nullū sacram ordinē promoueri tenetur.] qua clausula p signaturā sublata, ut cōiter sit, sic dispensatus in 18. anno ad subdiaconatum, in xx. ad diaconatū, indi stincte uero in 25. anno ad presbyteratus ordinē promoueri dēt per cle. si. de æta. & quali. Pro præmissis uide con. Anch. 293. ultra alia, uersus si. uer. sed in dispesatione & con. 304. ista allegata, post nu. 2. uer. sed saluo indicio. & Rebuff. de nonina. q. 9. nu. 53. uer. ult. pone quod minor est dispensatus ad obtinendum &c.

Dispensatus ad beneficium curatū non obstante defectu etatis pōt assequi parochialem ecclesiā, nec tenetur se promoueri facere ad sacerdotiū ante 25. annum, & sic nō obstante ætate, & q; non sit in sacerdotio, bñficiū obtinebit, illiusq; fructus percipiet, qui alijs ex statuto, consuetudine, uel obseruantia collegio, uel alteri, quādū rector ecclesiæ sacerdos efficeretur, applicarentur. Io. An. in c. cum ex eo, post nu. 4. in uer. iusta de causa. Mil. in Reper. in uer. dispensatus ut non obstante ætate poslit consequi, & in uer. dispensatus ad beneficia curata non obstante.

Cla[si] Brīa si præbenda sit sacerdotalis, uel aliquē sacri ordinē annexum habeat.] in fauore minoris raro cōdeditur: Rō est, quia licet quis sit in ætate, in qua canonica tū, & p̄bendā obtinere pōt, tamen si præbenda hēt annexum ordinem sacram, seu p̄benda est sacerdotialis mutata, seu alterata est eius natura, & est diuersa ab alijs præbēdis, quoad plura, ut in cle. 2. §. illi uero, de æta. & qual. c. ei cui, & gl. in uer. sacerdotiale, de præb. li. 6. Est uerū q; minor habilitas requiritur in istis præbendis sacerdotialibus, quām in beneficiis curatis, ut per dictā gl. cir. medium, & per oēs ibi. Ex quo infero, quod quoad præbendam sacerdotalem poslit dispensari in 18. anno.

Q V I N T . M A N D O S I I

D I S P E N S A T I O A D P L V R A B E N E F I C I A .

Circa pluralitatē beneficiorum hæc distinctione cadere potest. Aut habenti unum, uel plura beneficia insufficientia aliud beneficium confertur, & dispensatione aliqua non est opus. Mil. in Reper. in uer. beneficium unum habenti. Et ratio est, quia non sufficienter beneficiatus, pro non beneficiato haberri debet. ad ea quæ adduco in 37. q. 16. Reg. nu. 2. & seq.

Aut supponimus, prout regulariter supponere debemus, primū beneficium iam obtentū, sufficiens & cōpetens esse, & tunc aut illud est simplex beneficium in aliqua ecclesia personalē residentiam non requirens, & illud obtinenti alterum simplex in alia ecclesia confertur, & dispēsatio requiri uidetur: Hoc tamen iure utimur quod sufficiat mentio primi obtenti in adoptione secundi: & q̄ mentio hmoi requiratur, probo ex tex. in c. cum adeo, in c. postulasti, & in c. si proponēte, de rescr. in c. cū te-neamur, cum gl. in uer. substentari, post prin. & in c. sup inordinata, cum gl. fi. in fi. de p̄b. Quid autem in beneficiis in eadem ecclesia existentibus tractabimus infra.

Aut loquimur in beneficiis incōpatibilibus, seu residentiam requirentib. & iuxta diversitatē beneficiorū, diversitatē personarū, & diversitatē temporū diuersimo dē dispensari, vel dispēsatio denegari consuevit. Hoc regulare est, q̄ iura omnia ab horrent pluralitatem beneficiorum incōpatibilium ex pluribus rationibus, quas col liges ex tex. in c. quia in tantum. §. per fratres. de p̄b. & in extrau. Execrabilis Io. 22. eo. latē per Io. Ba p. Ferret. con. 32. considerata, nu. 6. cum plurib. seq. Et q̄ alias à Papa ēt si sit legatus de latere, dispensare nō possit super incōpatibilibus, concludit Rot. 286. legatus, in no. & Nic. Mil. in suo Reper. in uer. dispensare non potest legatus de latere super pluralitate.

Dispēsatio ad duo curata raro cōceditur, nisi in casu c. de multa, in fi. de p̄b. & hoc rōni, & iuri consonum est, ne quis duas parochiales, seu duo beneficia curata obtineat. iuxta c. 1. cum aliis. 21. q. 1. c. quia nonnulli. de cle. non. resi. p̄zalle. exrraua. Execrabilis, de p̄b.

Similiter decēs & iuri consonū est, ut p̄sona literata duo bñficia curata simul obtainere possit, licet hoc aliis denegetur: ecclēsia. n. Dei talibus indiget; illisq; in omnibus faue re consuevit. iuxta tex. in c. cum ex eo. de elec. lib. 6. Inn. in c. cum iam dudum, ad fi. de p̄b. Hyppo. de Marsi. in Praxi crimi. §. aggredior. nu. 68.

Nec quis putet quēlibet doctorem ad duo curata dispēfari, sed illos tñn, qui uerē li terati, & in scientijs sublimes existūt qui in ecclesia Dei sunt tanquā stellæ fulgentes iuxta tex. in c. super specula, de magi. & in auth. habita. C. ne fil. pro pat. Inn. in alle. c. cum iā dudum, uersus fi. de p̄b. & c. cū ex eo. de elec. li. 6. ubi pulchre pēr Io. Mona. quem sequuntur Domi. & alij. & ex cōi sententia Doct. in alle. c. de multa, fauor pu blicus, uel magna literatura dicitur legitima causa dispensandi, & hanc communem testatur Cur. iun. con. 75. habita, nu. 5.

Et quod uiris literatis debeantur p̄m̄ia, & honores, habes etiam Sapient. cap. 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius. Esdræ capit. ultim. in fin. Magnificè sunt exaltati uerbis legis, quibus edocti sunt. Philo. 8. Aethioporum. Honor est p̄m̄ium uirtutis. & Cice. in Tuscula, dicit quod honor alit artes. Hinc dignoscere licet quām infelices, & inutiles sint principes illi, ac p̄lati, qui literatos, & uirtutibus ornatos debitissimis honoribus, ac p̄m̄iis defraudant, ignorantes sorsan uel spernentes verba Danielis cap. 12. Qui autem docti fuerint, tulgebunt quasi splendor firmamentū.

Ad

Ad duo curata dispensatur solum pro uerè nobilibus, uel in publica uniuersitate graduatis, & additur clausula [Dummodo parochiales non distent ab iniicem ultra unā dietā] Hæc limitatio operatur, vt vtriq; parochiali, ac utrisq; parochis faciliè prouideri possit. Ponamus n. q; rector iste duarum ecclesiæ curæ præpositus in altera residē ex improviso alteri ecclesiæ, in qua nō residet, occurrentum esse cognoverit, statim ad illam accedere poterit, cum non distet ultra dietam. i. uiginti milia. ad l. uicina milia. f. si quis cautio. & sic una parochialis sat uicina erit alteri: Loca. n. dicuntur uicina non solum per unam, imo etiam per duas dietas distantia, iuxta tex. in c. præsente de præb. lib. 6.

Pro nobilibus sæpè dispensari uidi ad vnum curatum in 17. ad duo in xx. ad tertium in ætate legitima. Ratio dispensationis pro nobilibus illa videtur esse, quia nō solum in actibus secularibus, sed & in collatione beneficiorū, & circa dispenses in illorū fauore nobilitas in magna habetur consideratione: & nobilitati plurimū defertur. c. de multa, in fi. de præb. c. cum adeo, ubi gl. 2. de rescr. gl. in c. constitutis 2. in ver. impotentiam. de appe. c. dudum 1. ubi Abb. nu. 2. dicit in clericis secularibus attendi nobilitatem, secus in religiosis. de electio.

Dispensabatur plerique; cū supplicante, q; cū omnibus beneficiis cum cura, vel si ne cura unū beneficium incompatible obtinere posset, & addebatur clausula [Dummodo nō sint vltra duo, tria incompatibilia.] Nunc talis dispensatio nō datur, & si cōcederetur clausula præmissa, nō esset forsitan necessaria, ex quo indistinctè in quacunque beneficiorum impetratio exprimitur omnia beneficia nominatim obtenta prius, nec prout alias indistinctè conceditur clausula illa [Et q; obstante oratoris, ac beneficiales exprimi possint, seu pro expressis habeantur.] qua clausula deleta, seu de negata necesse est, omnia beneficia iam obtenta exprimere; alioqui gratia omnino nulla erit. ad c. cum adeo, & c. proponente, de rescr. & ad alia quæ adduxi dum de prouisionibus tractau. i.

Nouissimè habemus Concilium Triden. Sessio. 24. aliás 8. sub Pio III. in Decre. Refor. c. 17. sub iis verbis. Statuit ut in posterū vnu tantū beneficium ecclesiasticū singulis conferatur, qd; quidem si ad uitam eius cui confertur honestè substantandam non sufficiat, liceat nihilominus aliud simplex sufficiens, dummodo utrumq; personaliter residentiam non requirat, eidem conferri. Hæcq; non modo ad cathedrales ecclesiæ sed etiam ad omnia alia beneficia, cum iis quæ sequuntur.

In Hispanijs dispenses rōsueuit, ut quis duo beneficia patrimonialia obtinere posset, additur tamen clausula, videlicet [In diuersis tamen ecclesiis, in quibus Orator est filius patrimonialis. Quæ sint beneficia patrimonialia, & qui filii patrimoniales dicantur, tractau in 15. q. Reg. de infir. nu. 4. 16. & seq.]

DISPENSATIO AD BEN. SVB EODEM TECTO.

Dispensatus ad duo beneficia, seu duas p̄bendas, non censetur dispensatus v̄ illas in eadē ecclesia, seu sub eodē tecto possit obtinere. Card. in c. de multa. §. seu uer. hoc idem, in 4. q. & ibidem Ant. de But. Imo. & Abb. de præb. Anch. in c. 1. post nu. 3. ver. plus ergo de consue. lib. 6. Rebuff. super concor. sub rub. de collatio. §. uolumus, in uer. cathedralibus. Iaf. in l. beneficium, nu. 4. 1. ff. de consti. princi.

Ad duo beneficia sub eodē tecto dissimilia puta curatum, & simplex, seu ad duo simplicia, puta ad duas cappellanias, seu duo altaria, licet de iure obtineri nō possint c. literas de con. præb. Io. de Ligna. de plurali beneficio. nu. 8. gl. in c. dudum. de elec. Inn. in c. cū iā dudum. de præb. tamen & olim, & hodie dispensari consuevit: quin & ordinarius dispensare posset, ut etiam uoluit Lap. Alle. 117. nu. 4.

Q V I N T . M A N D O S I Í

Papa aut̄ indistincte, & ut sibi, & quādō libet, tā circa p̄dicta, q̄ alia à iure positiuo
introducta disp̄sare p̄t: quippe q̄ in iis quæ iuris sunt positiui, & in beneficiariis,
& spiritualibus est dominus absolutus.c. cuncta per mundum 1. & 2. 9. q. 3. c. propo
suit. de conce. pr̄b. c. innotuit. de electio. l. relegatum, cum gl. fi. ff. de p̄en. Vbi q̄ in
iis, quæ sunt iuris positiuo, voluntas est ratio, seu cauſa.

Aliud concludendum est in ordinario, qui solum ex causa dispensare p̄t: puta pp
personæ sublimitatem, nobilitatem, doctrinam, uel pp aliam rationabilem causam.
Pro quibus vide c. 1. cum ibi not. de consue. li. 6. Fed. de Sen. confi. 205. ad aures, &
confi. seq. Abb. in c. extirpanda. in repet. §. qui uero. nu. 41. de pr̄b. & in c. literas,
in fin. de con. pr̄b.

Disp̄satio concededbatur ad obtinendum duas dignitates in una ecclesia ad duos
menses, post habitam pacificam possessionem. uide Sarren. in tracta. Breuium. nu. 14.

Canonicatus & dignitas in eadem ecclesia uidentur esse incompatibilis. c. literas,
& ibi Inn. in prin. & Io. And. & alij. de con. pr̄b. cle. fi. de pr̄b. c. 1. iun. gl. in uer. nisi
de consue. lib. 6. c. fi. is cui. §. non sic aut̄, & ibi Phi. Fran. in 2. not. de pr̄b. eo. lib. Ar
guēdo à speciali, si de cōsuetudine quis simul canonicatū, & dignitatē retinere p̄t,
ergo secus de iure communi: propterea dispensatio necessaria uidetur, quæ denegari
non deberet, quum etiam uel dispensatiuē, uel aliās supponant, dignitatem cum ca
nonicatu in eadem ecclesia retineri posse. ad tex. in c. eam te, uerius fi. de rescr. & in
c. postulasti, uer. nisi forte. de con. pr̄b.

Canonicatus uero. & portio in eadem ecclesia nō sunt incompatibilis, prout in Ro
ta conclusum fuit de mense Martii 1543. in Cartaginen. Portion. coram Puteo, prout
Dec. Ptolomei 176. de pr̄b. & ponderabatur non dari incompatibilitatem, nisi à iu
re caustum reperitur expresse, prout per Card. confi. 3. circa elucidationē, post prin.
& illud conf. sequitur, & declarat Staph. super signa. de quali. & statu beneficij. fo. 45.
iuxta primam impres. uer. circa istam incompatibilitatem, & ante, & post.

Rector item, & cappellanus quis esse potest in eadem ecclesia. Lap. Alle. 116. Phi
lippus, ante nu. 4. & nu. 5. Mil. in Reper. in uer. beneficia plura, uel pr̄bendas. in fin.

An autem pensio faciat incompatibile sub eodem teſto cum beneficio? concludē
dum est pro negatiua, in qua resident adducentes rationes Hier. Pau. in li. nūncupa
to prouinciale. fo. 36. uer. Faciunt hæc ad materiam, an pensio faciat incompatibile. &
Gig. de pensio. q. 32.

Plura alia circa disp̄satiōes ad beneficia sub eodē teſto uidere poteris apud Abb.,
in c. de multa, col. 2. de pr̄b. per Fel. in c. in noſtra, in 8 corre. de rescr. & p. Rebuf. ſu
per Concor. de manda. Apollo. §. primus, in ver. ita tamen. uer. & hoc est introductū.

In iure ciuili hæc uerba [Sub codē teſto.] aliter accipiuntur, parū aut̄ distant a nō
significatu, put in l. 1. uer. Et magis est ut punia tur ob hoc, q̄ sub eodē teſto fuit &
ver. licet. n. cefſet, & uer. Eodem aut̄ teſto qualiter accipiatur, l. 3. §. si cum oēs, uer.
furdus quoq; & l. excipiuntur, ibi. Qui tamen sub eodē teſto fuissent. ff. ad Sylla
nia. ubi q̄ idem est dicere sub eodem teſto, q̄ in eadem domo, & intra eosdem parie
tes. Licet in dicta l. 1. uer. eodem aut̄ teſto, ibi. Et ait Sextus, uideatur ēt comprehēdi
locus unde vox exaudiri possit responderi potest q̄ illa interpretatio sit impropria,
prout colligitur ex verbis, quæ sequuntur, videlicet. Quasi sub eodē teſto fuerint. Di
ctio. n. quah, impropriate, ten fictionē designat. l. si quis iun. gl. in ver. quasi. ff. de
cond. inde. l. ēt. §. fi. iun. gl. ff. de peti. hær. Doct. in c. parochianos. de deci. Bar. in l. si
uero. ff. sol. mat. Bal. in l. in suis. ff. de lib. & potth. Si eut igitur in l. 1. & 3. ac aliis. ff. ad
Sylleni. illa uerba [Sub eodem teſto.] exponuntur intra eosdem parietes, ita & iuxta
terminos nostros: Et sicut ibi intra domum, ita & nos dicamus intra domum Dei. iux
ta Psal. 25. & 121. & c. omni bus 24. q. 1. c. decet. de immu. eccl. lib. 6.

DISPENSATIO SVPER RETEN. PROPTER PROMOTIONEM.

Per promotionē ad ecclesiā cathedralē uacant priora beneficia, & solus Papa dispensat super illorum retentione, super illis ius antiquum conseruando. c. si gratiōsē de rescr. lib. 6. Nic. Mil. in Reper. in uer. Dispensatio per quam conceditur promoto.

Dispensatio obtēta fuerat super retētione beneficiorū cū archiep̄atu, Cardinalis p̄teus Dec. 1. de disp̄en. dicit resolutū fuisse in Brixien. fructū corā R. P. D. Prospero nunc meritisimo, & nunquam satis laudato Cardinali de sancta Cruce inter Hospitalē Brixien. & Patriarchā Constan. qui permittauerat archiep̄atū cū Patriarchatū di sp̄ēsationē non luffragari, sed requiri alia disp̄ēsationem. pro qua Dec. p̄t ēt adduci q̄ disp̄ēsatio est stricti iuris, & expressio, addita ēt clausula generali, non extendit̄ ad diuersa p̄sertim maiora expressis. ad c. sedes, ubi omnes, de rescr. Abb. in c. dilectus de con. pr̄eb. ubi q̄ dispensatus ad ep̄atum non c̄setetur dispensatus ad archiep̄atum, & dispensatus ad archiep̄iscopatum non c̄setetur dispensatus ad patriarchatum.

Contrariū postea in eadē cā concludi obtainui: & inter alia ponderabā uerba dispēsationis huius tenoris [Eidem creaturā per eam quoad uixerit unā cū Iadrē. cui p̄est, uel alia quacunq; metropolitana, seu cathedrali ecclesia ad quē ipsam transferri pro tpe contigerit, ac omnibus, & singulis monasteriis & c. c̄aterisq; dignitatib. &c.] Illa uerba [Cum quacunque alia metropolitana, seu cathedrali ecclesia.] de sui natura comprehendunt̄ ēt Patriarchatum. ad c. clericos, uer. omnes autem 21. dist. c. contīta tīnopolitana, & c. seq. 22. dist. Vnde ex proprietate uerborū comprehendendi debebat patriarchalis ecclesia sub uerbis predictis, ad Docto. in d. c. sedes. Tanto magis cūm nihil, uel parum qualitas mutaretur: prout per Ant. de But. in dicto cap. sedes, col. 2.

Insuper allegabā st̄ilum Cancellariae, & Ro. Cu. qui est, q̄ quando loquimur de cathedralibus, appellatione ecclesia uenit etiam Patriarchalis, unde talis usus loquendi operabitur ut Patriarchalis includatur, etiam in materia ambigua, & non lauorabili, prout in simili. nota Mathefi. Syng. 96. Nota unum, uer. p̄dicta tamen limitari debent, & Syng. 103. nota quod fi. 3 ad limi. eorum quæ dicit Bar. in l. cum duo circa fi. ff. de duo. reis. sequitur Feli. in c. auditis, col. pe. ad fi. uer. & adde q̄ si excipiens. de p̄scrip. Insuper dicebam omnia contraria subuertens, q̄ clausulæ generales, & pregnantes operabantur, ut dato q̄ patriarchalis ecclesia esset aliquando maior archiep̄opalii, ex quo p̄mittebatur species, & postea clausula generalis [Vel alia quæcunque &c.] comprehendebantur aliquanto matora. Abb. in c. 1. de iudi. Fel. in d. c. sedes 2. de cla. Sozzi. in l. quidam relegatus. ff. de reb. dub. in 2. conclu.

DISPENSATIO MONACHORVM PRO OBTIN. BENE.

Monachis dabatur dispensatio ad unum beneficium seculare curatum cōtra. c. monachi. in prin. de sta. mon. & Rot. 262. in religioso, p̄s̄ertim col. 2. uer. sed in monacho assumendo ad curam, & 480. collatio facta, in nou. quæ c̄t eadem cum illa Belle. 714. quæ sic ēt incipit collatio facta, sed in Anglia dispensabatur ad unum beneficium seculare cum cura, uel sine cura, non tamen ad dignitatem, personatum, administrationem, uel officium.

Et q̄ beneficia consueta conferri clericis secularibus non possint dari religiosis, & contra absque Papa dispensatione, probat tex. in c. cū de beneficio. de pr̄eb. lib. 6. & uoluerunt Mil. in Reper. in uer. Beneficia consueta dari clericis. & D. meus consi. 169. & diligenter, ad fi.

Notandum est quod licet fiat extensio de maiori ad minus, ad l. non debet cui

Q V I N T . M A N D O S I I .

plus.ff. de regu.iur. & cap cui licet quod est plus.eo.lib.6.propter odium tamen dispensationis dispensatio cum monacho ad curatum non se extendit ad beneficium simplex,Io.And.in ca.quæ à iure,uerfi.in contrarium adducitur.de regul.iur.libro 6.Felyn in c.potulasti,ante num.9.de rescrip.Bartho.Caslen.consi.39.pro decisio-ne,num.51.

Fratribus mendicantibus daba:ur dispensatio ad obtainendum unum curatum se-culare,non autem ad duo secularia,nec etiam ad pensionem,aut portionem mona-chalem cum beneficio.iux.c.cum singula.de præben.lib.6.

Hodie non solum fratres,seu monachi non admittuntur,seu disp̄santur ad benefi-cia secularia,immo obtinentes priuantur prout in bulla.S.D.N.Pauli IIII. pro qua utra alia iura ego adducebam.c.monachi.de ita.monacho.Illa tamen bulla declara-tionem requireret.

Nec noua bulla,nec reformatio erga monachos,præsertim,ne ad beneficia secula-ria admittantur,debent rigorosæ centeri,& tanquam aliiquid noui afferant damnari dicente Mose.Non arabis in boue simul & asino,i.homines diuersæ professionis in uno officio non sociabis,Deut.22.& c.in noua actione.16.q.7.c.cum causam.uerfi. quamuis autem.& ibi gl.pen.de electio.& diuersitas professionis & habitus,dissen-tiones,& scandala generare solet c.quod Deo.33.q.5.& c.quidam.¶ cum autem ma-ledictus sit homo qui terram duabus uis ingreditur,& indui ueste non debeat lido,lanaque contexta.de apostat.

Monachus item mundo mortuus est.c.monachus,& c.placuit.16.q.1.& in l.Deo nobis.C.de Epis.& cle.& plangentis habet officium,non docentis.c.alia.& c.perue-nit,præalle.16.q.1.c.1.de cappel.mona.

Fratribus Sancti Iohannis Hierosolimitani,& sancti Iacobi de Spata militiarum ,& religiosis ordinis beatæ Mariæ Theutonicorum ,& canonicis monasterii Sancti Antonii , de Sancto Antonio Vieni. diœcesis , & membrorum eius ordinis. Si Auguſtini,nec dabatur , nec datur dispensatio ad obtainendum beneficium seculare , uel alterius ordinis regulari,nec illorum beneficia dantur clericis secularibus ni si in titulum,argumento dicti.c.in noua.16.q 7.

D I S P E N S A T I O A D B E N E . I N E C C L E . I N Q V A P A T E R .

Si quis petebat, q̄ posset obtainere beneficium in ecclesia,in qua genitor suus fuit,uel est beneficiatus,addi solebat hæc uerba videjicit: [Dummodo simul non mini-ſtrent.

Dispensatio prædicta petenda est à Papa,Episcopus.n.eam concedere non potest, nec etiam legatus.c.pe.cum ibi not.de fil.preb.gl.1.uerfi.nec dispensat hodie cum filiis presbyterorum in c.miror,5.o.dist.

Hodiè ad beneficium in ecclesia , in qua pater , dispensatio non conceditur , intellige , in qua pater fuit præfetus , seu ministravit , & siue filius sit illegiti-mus , siue etiam legitimus.cap.ad extirpandas , & cap.2. cum tribus sequent. & cap. penultim.de fil. presbyte.c ex parte.A.de testi.Præpo.in sunim. 56. distinet. in fin. Dec.in cap.inter cæteras.2.not.de refcr.Ratio denegationis dispensationis præ-cipua uidetur esse , ne beneficia iure hereditario concedi uideantur,contra.c.Apo-stolica.octaua quæst.prima cap.1.de preb.cap.consuluit de iu.patro.c. ex transmissa de fil.presby.Ancha.in c.uenerabilem,post nu.9.de elec.ubi etiam Abb.co.5.nu.15.

Verum , ne quis decipiatur ex hac conclusione , seu praxi apud omnes uulgata , sciendum est , quod dum Docto.quærunt , an dispensatio requiratur,seu an dispen-sanduna

sandum sit, ut quis beneficium in ecclesia, in qua pater, obtinere possit, cetera habilia supponunt, argumentum. ut gradatim. uerr. & si legem. ff. de mune. & hono. l. qui testamento, post prin. ff. de testa. l. furiosum, in fi. C. qui testa. fa. poss. supponere igitur debemus, quod filius sit legitimus, seu legitimatus, uel dispensatus ad beneficia obtinenda, prout in terminis nostris supponit Calde. consi. uni. ad fi. uer. secus si es sit legitimus, cum autem eum, cum quo est dispensatum, æquiparemus legitimo &c. de fil. presby.

Rursus limitanda sunt præmissa procedere tantum in eisdem beneficiis, uel quae si, uel penitus similibus, cu illa distinctione, si loquamur de canonicatis, an habeat distinctas præbendas, uel certum numerum, nec ne, prout in c. ad hæc, & ibi gl. Io. An. & alii de fil. presby. præall. consi. uni. Calde. num. 3. uer. ad secundum, usque ad fi. consi. cum quo transit Fel. in c. in nostra, corre. 3. de rescr. & Io. de Syl. de bene. par. 3. q. 12. nu. 1. in 5. quali.

Potremus aduertendum est, quod Cle. VII. reuocauit constitutionem Alexand. Papæ. III. uidelicet c. ex transmissa, de fil. presby., quod permittebat filium præfesse posse ecclesie, cui pater præsuerat mediate, statuitque Cle. filium, nec immediate, nec mediate succedere debere in beneficiis per patrem obtentis, de anno. 1530. ad perpetuam rei memoriam, cuius constitutio iacipit. Ad canonum coditorem, & est in uiridi obseruantia.

Rursus sciendum est quod Domini de Rota, prout Dec. Achil. uni. de fil. presby. dictam constitutionem Cle. VII. limitarunt duplicitate in causa Calciaten. coram Fabio uidelicet. Non procedere in beneficiis, quæ patres dimiserunt ante illam constitutionem. Et illa uerba [Quæ aliquando obtinuerunt.] Declararunt per illud uerbū, [de cetero.] Sequentia enim influunt. l. si seruus plurimum, in fi. ff. de lega. 1. cu vulga. Et quia natura legis est respicere futura. c. ff. de consti. Bar. in l. omnes populi, in 5. q. prin. ff. de ius. & iur. Feli. in c. cognoscentes, in prin. & nu. 7. de consti. Paris. con. 49. nu. 3. uol. 4. Altero modo limitarunt non procedere, si beneficium tempore quo pater illud obtinuerat erat portio, postea uero ex priuilegio portio illa effecta est canonicius, & sic erat aliud beneficium.

Nouissime circa præmissa habemus con. Trident. Sessio. ult. de Decre. Refor. ca. 15 incipien. ut paternæ.

DISPENSATIO CVM NEOPHITIS.

Neophitus quasi νεόφυτον hoc est nouū germē, seu noua planta dicitur, apud nos uero, qui nuper ad fidem accessit, quasi nuper infitus. Nouitius item interpretatur, seu in disciplina religiosa conuersationis rudis. Magister senten. lib. 4. dist. 6. ad fi.

Neophite, seu Iudei conuersi ad fidem Christi, an sint beneficiorum ecclesiastorum capaces, magna est inter Docto. altercatio, pro parte negativa concludentes adducunt illud Apostoli ad Thymotheum. 1. cap. 5. Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris uirum &c. Non neophitum &c. quæ omnes qualitates ibi posite extenduntur ad alios clericos, licet ibi de Episcopo tantum sermo fiat. c. cognoscamus, iun. glo. 34. distin. c. 1. 81. distin. Host. in sum. de temp. ordi. §. & cui Mar. Sozzi. in ca. ad audientiam, post nume. 62. de homici. Adducunt etiam text. in ca. 1. & tota. 48. distin. ubi quod iudei nuper conuersi duabus de causis promoueri prohibentur, una ne existimat ecclesiam eis plurimum indiguisse. Altera, quia corruit murus, cui pondus tignorum superimponitur, humore nondum desiccato. cap. neophitus. 61. distin. si prohibentur ordinari, ergo beneficia habere non possunt.

Q V I N T . M A N D O S I I .

Insuper Neophitæ non admittuntur ad officia secularia.c.constituit iun. glo. in
uer. qui ex iudæis. 17.q.4. Roma.Sing.671. Nunc ueniamus.uersi. sed quid de eo,
qui est factus de iudeo christianus , sequitur Lamber. in tracta.iuris patro. libr. 1.
par. 1. quest. 7. art. 3.nu.31. fol. 9. ergo nec ad ecclesiastica. cap. si officia secularia.
58. distin.

Rursus paria sunt, an quis sit iudeus, quoad ordines suscipiēdos, & beneficia ob-
tinenda, uel de recenti ad fidem conuersus, prout declarat Io. de Ana.in c. cum sit,
col. si de iudeo. sequitur Feli. cons. 3. habent legit̄a. nu. 9.

Pro opinione affirmativa facit tex. in c. non potest, iun. gl. 1. in prin. 2. q. 7. quic-
quid sentiat Fel. in c. iudæi. nu. 1. de testi.

Signatura cum Neophitæ, seu marranis dispensat ad omnes ordines, & beneficia,
quando ipsi semper uixerunt ut catholici, licet eorum parentes fuerint combusti,
arg. tex. in c. eam te, in fi. de refcr. & de iudeis conuersis fundata est ecclesia. c. in no-
uo. 21. dist. c. recurrat. 32. q. 4. Staphi.super signa, in fi.

Si uero de nouiter ad fidem conuerteris non habeatur firma spes, seu morum , &
uitæ ipsorum certitudo, non statim ad ordines ecclesiasticos, & beneficia ecclesiastici
ca obtinenda admitterentur, seu secum dispensaretur, ad doctri. Pau. 1. ad Thimoth. 3. ibi.
Non Neophitum, & tota distin. 48. & ibi p. expositus in sum. dicit, q. si Neophiti
te essent sanctæ, & approbatæ uitæ, ut fuerunt inter Apostolos, non deberet expe-
ctari terminus biennij, anni, seu trimestris.

Si igitur Neophite idonei, sufficiētes, & habiles reperiantur, promoueri ad or-
dines, ad beneficia, & dignitates prohiberi non debebunt, ad c. si quis in ægritudi-
ne. 57. dist. per præceptorem meum in alle. c. eam te. num. 6. de refc. & per Paris. c. 6
fi. 2. ad fi. uol. 4.

De neophitis, & pro intellectu præalle. c. constituit. 17.q.4. uide Ias. super Rub.
ff. de iust. & iur. nu. 6. & nouissime per Sarnen. qui de Neophitis, & marranis plene,
& congruē tractat, & circa intellectum dicti c. constituit. ualde laborat, in c. statutum
posst nu. 86. de refcr. lib. 6.

DISPENSATIO PRO CORPORE VITIATIS.

Dispensatur super defectu oculi, uel alterius membra ad omnes ordines , ad om-
niaque beneficia obtinendum, dummodo tamen in oculo, uel in alio membro tanta
non appareat deformitas, quod ex hoc possit scandalum in populo generari, ad c. 2.
jun. gl. fi. de cler. ægro. & c. 1. & 2. de corpo. uitia. Et aduertendum est ad pulcrum di-
ctum Cardi. in d. c. 2. antē fi. uer. generaliter tamen; quod nulla deformitas impedit
nisi sit in iure ex prellum, quod impedit.

Dispensari uidi cum eo, qui amiserat oculum ex causa infirmitatis , ut ad sacros
ordines promoueri posset.

Similiter dispensari uidi cum eo, qui sibi duos digitos ex simplicitate amputa-
uerat, ut ad sacros ordines promoueri posset, non tamen concederetur dispensa-
tio , si ultra duos digitos pars palmæ etiam à prædonibus absissa fuisset , non so-
lum propter deformitatem, sed etiam propter debilitatem, præallega. ca. 2. de cle-
ri. ægro.

Si supplicans super defectu oculi, uel alio est absens, committitur ordinario, ut di-
ligenter inspiciat oculum , seu aliud membrum; si uero sit in Curia præsens, ostendere
debet se referendario, ut ipse diligenter inspiciat oculum, defectus qualitatem,
postea relatus, prout etiam docet Staph. super Signat. fo. 194. uers. aduertendum
tamen est, & ante.

Et

Et de huiusmodi inspectione, & quod si defectus appareat per similem subiectionem examini, dicatur evidens, & manifestus, uide tex. in c. 2. i. respon. de uer. sign. li. vj. & con. Fede. de Sen. 8. querit quomodo, post prin.

Cum claudio, qui non posset ascendere ad altare sine baculo, non dispensaretur celebrare posset. Abb. in c. presbyterum. nu. 3. de cleri. agro.

De dispensatione cum corpore uitiatibus, puta claudis, gibosis, & alijs, quos parentes ex inueterato usu, seu potius abusu Dei ministerio offerre consueveré, contra illud Leuiti. 2. i. Loquere ad Aaron, Homo de semine tuo per familias, qui habuerit maculam, non offeret panes Deo suo, nec accedat ad ministerium eius; cum iis quæ subiectiuntur, & c. hinc etenim 49. distin. Hyero. super Malachiam, Indignum enim est dare Deo, quod designatur homo. c. f. in fi. 49. dist. uideatur per gl. pragma. rub. de nume. & quali. Cardi. in uer. uitati, & per D. Pet. Rebuff. in praxi sub titulo de de dispensatione cum corpore uitiatibus: Et de impedimentis debilitatis, deformitatis, & impotentiae, & qualiter inter se differant, uideatur per Hostien. in sum. sub tit. de corpore. uitia. Et de cæcis, & claudis habes 2. Reg. 15. Iccirco dicitur in prouerbio cæcus, & claudus non intrabunt in templum.

Alius à Papa cum præmissis, & aliis corpore uitiatibus dispensare non potest. c. nō confidat. s. o. distin. Inno. in c. cum æterni de re iud. lib. vj. Anto. de But. in c. significavit, de corp. uitia. Mil. in Reper. in uer. Dispensare pót solus Papa cum corpore uitiatibus de corpore uitiatibus. latè etiā tractat Io. de Syl. de Bene. par. 3. q. 5. in 3. quali. n. 31.

Pro præmissorum uitiorum & aliorum declaratione, & significacione uide èt apud diuum Thomam prima secundæ q. 102. art. 5. ad nonum. Cæcus etiam interpretatur ignorans. Claudus. i. instabilis, & ad diuersa inclinans, paruo, grandi, uel torto naso, qui per defectum discretionis uel in plus, uel in minus excedit, aut aliqua parum exercet. Fracto pede, uel manu, qui amittit uera uirtutem bene operandi, uel procedendi. Gibus ante, uel retro, qui habet superfluum amorem terrenorū. Lippus, cuius per carnalem affectum ingenium oscuratur, contingit enim lippitudo & fluxu humoris. Albuginem in oculo habens. i. habens præsumptionem candoris iustitiae in sua cogitatione. Scabies. i. Petulatia carnis. Et scabies quasi squamies, quæ tenuis asperitas, & squamatio est. Lepra uero asperitas cutis squamosa, prout p. Isido. Etimo. lib. 16. cap. titu. de Morbis quæ in superficie cutis uidentur. Impetigo quæ sine dolore corpus occupat, quam Isido. ubi supra siccum scabium appellat, p. uenientem a corpore cum asperitate & rotunditate formæ, hæc membrorum decom rem foedat, per quam avaritia designatur. Præmissi uitij huiusmodi maculati, rurus herniolosi, uel ponderosus qui scilicet gemitus pondus turpitudinis in corde, licet non exerceat in opere, rejiciuntur, ut per S. Thomâ dicto art. 5. ad nonum, prima se cundæ. q. 102.

DISPENSATIO DE NON PROMOVENDO.

Dispensatio de non promouendo ad sex menses, seu annum, puta in sauorem obtinentis beneficium curatum, qui astriclus erat intra annum se promoueri facere, ad ea. licet canon, & c. commissa, de electio. lib. vj. Mil. in reper. in uer. curatum beneficium obtinens, Barto. Catla. confi. 29. stante prouisione, Staphi. super signa. in 4. priu. modo uacandi. sol. 71. à ter. & sequen. quæ dispositio procedit etiam in commendatario, ad ea quæ adduco in 7. quæstio. 32. reg. nume. 11. indistinctè olim concedebatur etiam per solam supplicationem, & plerunque dabantur plures rogationes. Hodie talis dispensatio denegari solet nisi causa legitima allegetur.

Formulam dispensationis de non promouendo ponit Rebuff. in praxi beneficia

Q V I N T . M A N D O S I .

ria sub rub.de dispensatione de non promouendo.pag.328.& seq.ubi posteā subij-
cit quædam dubia,quæ super tali dispensatione oriri possunt.

Nouissimè per con.Triden.Sessio.7.sub Paulo III.in Decr.refor.cap.12.ita cautū
habemus, facultates de non promouendo præterquam in casibus a iure expressis
concessæ ad annum tantum suffragentur.

D I S P E N S A T I O C V M S I M O N I A C O .

Cum simoniaco raro dispensatur,nec alias à Papa secum dispensare potest.c.ex
go.1.q.1.glo.in c.miror,post prin.5.o.dist.c.de simoniaca,iun.glo.in fi.&c.nobis,
in fi.de simo.Syl.de bene in 3.q.2.par.num.17.Rebuff.super concor. sub rubr.de
electionis derogatione,in uersi.rehabilitationibus,pag.89.Ego nonnunquam d'pen-
sari utidi.

Simoniacus , qui recepit pecuniam debet totam summam consignare Domino
Datario, omnia.n.scelere acquisita fisco applicantur.l.Lucius.ff.de iu.fi.c.siquis da-
tor,iun.gl.uersi.item quia fisco competit persequitio 1.q.3. ubi gl.discutit,cui resti-
tuenda fit pecunia a simoniaco recepta.

Et generale est,quòd ea quæ cum scelere acquiruntur confiscantur,& ubi un-
que reperiantur auferantur possidenti,& applicantur fisco.l.in hæredem ff.de calū-
nia.l.quod diximus.§.fi.ff.quod met.caui.l.fi.§.ubi etiam gl.in uer.præter ea.ff.de
bo.damna.gl.& Docto.in l.2.C.de con.ob tur.caui.

Et licet de iure etiam ecclesiæ,cui facta est iniuria, pecunia simoniaca huiusmo-
di restituēda ueniat.c.de hoc.& c.audiuimus,de simo.c.fi q̄sī atrio.17.q.1.§.& hāc,
ubi Bar.in Auth.quomo.opor.episco.idem Bar.in §.præ omnibus,quem legit cum
prin.in Auth.de sanctis.epi.& hęc est communis opin.ut testatur Roc. de Cur. de
Iu.patro.in uer.ipse uelis,q.25.nu.52.& hanc ueriorem dicit Lamber.in eo.tracta.
ad fi.6.art.5.q.2.par.1.lib.pro quo etiam Gui.Papę Dec.Delphi.58.Io.Polleti,adfi.
Camera .n.Apoltolica & fiscus pecunia huiusmodi uendicare consuevit. Genera-
lius aut̄ scire uolēs quādo,& quibus restituto, seu cōsignatio facienda sit de pecu-
nia simoniaca & aliis malè acquisitis, videat per S.Thomam secunda secund. q.32.
art.7. & ibidem Gaeta.ac per eundem diuum Thomam q.100.art.ult. ad quartum,
per Inn.Abb.& alios in cap.quia plerique de immu.eccle.& per Abb.in cap. cum
fit. de iudi.

D I S P E N S A T I O D E N O N R E S I D E N D O .

Dispensatur aliquando quòd quis residere non teneatur, sed hodiè diuersimodè
à tempore præterito,tunc enim s̄pē dispensabatur,hodiè raro,tunc etiam sine cau-
sa,nunc non sine magna causa,& uera,& habemus consi.Triden.Sessio.6.sub Pan-
lo III.Sessio.6.cap.2.in Decr.Refor.in hac uerba.Episcopis inferiores &c.opportu-
nis iuris remedijs residere cogantur,nullique priuilegia , seu indulta perpetua de
non residendo,aut de fructibus in absentia percipiendis suffragentur. Indulgentijs
uerò,& dispensationibus temporalibus ex ueris , & rationabilibus causis tantum
concessis,& coram ordinario legitime probandis in suo robore permanfuris.

Beneficia omnia saltem xata. τινὶ δὲ σχηματωπῶς, seu iuxta condecentiam residē-
tiam requirunt.c.clericos.71.dist.c.eleutherius.91.dist.c.1.& 2.21.q.1.c.conque-
rente de cleri.non res.ubi ampliatur,etiam , si beneficium sit modici ualoris , seu
parui redditus, prout per Host.in sum.co.post prin.in q. quis clericus residentiam
facere teneatur,Abb.in repetitio.§.qui uero,in c.extirpanda,num.3 o uers.ego pu-
to.de præben.

Can-

Canonicatus ex consuetudine generali totius Italæ à iure comprobata non requiriunt residentiam c. i iun. glo. in uer. nisi unitum, de consue. lib. 6. Abb. consi. 96. ad claram, col. 1. in 2. dubio in 2. Paris. consi. 40. quamuis nu. 15. uol. 4.

Beneficia omnia simplicia, seu curam animarum non habentia, hodie residentia non requirunt iuxta generalem ecclesiæ consuetudinem Cardi. & Imo. in c. fi. de cle. ri. non resi. Alex. consi. 1. col. 2. nu. 2. uol. 7. Fel. in c. dilect. 2. ante nu. 2. uerf. & dicunt non requirere residentiam. de rescr. ubi subdit contrariam opinionem procedere secundum primitiū ecclasiā.

Dispensatio igitur de non residendo necessaria solum est pro dignitatibus, & parochialibus, seu beneficijs curatis quæ residentiam requirunt continuam, sollicitam, & peruigilem. dicente Domino. Excubate in custodia sanctuarij, & in ministerio altaris, ne oriatur indignatio super filios Israēl &c. c. ex parte uestra, & c. seq. de cleri. non resi. uideatur Rebuss. in praxi, dum de dispensatione de non residendo tractat pag. 347. & seq.

Notandum est, quod quando Papa dispensat ad plura incompatibilia, censetur etiam dispensare super residentia, licet id non exprimatur. c. si quis, in clero. in uer. solemnibus. 7. q. 1. & dispensatus ad aliquid, ad omnia accessoria dispensatus esse ui detur, gloss. commu. approbata in ea. quia intantum, in uerbi. plures ecclesias, circa medium. de præb. gloss. in cap. non potest, eod. lib. gloss. pragma; de collatio. §. item insuper, in uerbi. consecrari, uerbi. dispensatio autem ad unum extenditur ad consecutiva.

Rursus notandum est, quod in tali licentia, seu indulto de non residendo subintelligitur clausula [quod per substitutum, seu vicarium deseruire teneatur.] si talis clausula per signaturam non addatur, quam aliquando addi uidi; eo. n. ipso q. quis residere tenetur, & ex aliqua causa non residet, per substitutum deseruire debet. Lap. alle. 36. utrum absque, nu. 4. ibi, quia ubi non exigunt à iure &c. Abb. in c. tuz. in fi. de cleri. non resi. & Gemi. in c. cum ex eo. §. j. de electio. li. vj.

Concilio Tridentino. Sessio. 7. sub Paulo III. in Decreto Resor. ca. 3. ita constitutum fuit. Inferiora beneficia ecclesiastica præsertim curam animarum habentia per sonis dignis, & habilibus & quæ in loco residere, & per seipso curam ipsarum exercere ualeant iuxta constitutionem Alex. III. &c. conferant, ut &c. Rursus Sessio. 24. alias 8. sub Pio III. Decree. Resor. cap. 12. incipien. cum dignitates, uerbi. fi. ita cauetur. Omnes uero diuina officia per se, & non per substitutum compelluntur obire officia; & episcopo celebranti, aut alia pontificalia exercenti assistere, & inseruire &c. Sic uidemus illos septuaginta duos a Domino electos, & ad quæcumque loca missos, de quibus Lucas 10. per seipso, & non per substitutos officijs suis functos, quæ etiam probabant ex tex. in c. fin. §. is autem, de offi. dele. & in cap. ad hac, ubi etiam Abb. ad fi. de præb.

ADOPTANDI INDIVLTVM.

Adoptio iuxta gloss. in §. adoptio Insti. de adoptio. est legitimus actus per quem fit quis filius qui non est penè uel iuxta diuum Thomam quæst. 57. adde. ad 3. par. art. 1. in prin. est extraneæ personæ in filium uel deinceps legitima assumptio. Videres poteris quæ scribo in xxv. specie ingratitudinis adoptiotorum in adoptatæ. Subdit S. Thomas, dicto artic. 1. ad quintum, adoptionem fieri ad hæreditatis successiō nem, & quandam subiecōnem adoptati ad adoptantem.

Adoptio a iure diuino, originē traxit, put uide est. Exod. c. 2. ubi filia Regis Pha gaonis in filium adoptat Moysen. Sic & Mardochæus Hester in filiam adoptauit. He
fter

Q V I N T . M A N D O S I I .

ter capit. secundo.

Minor ix. annis adoptare non facilè permitti debet. l. si paterfa. §. in arrogationibus, & l. nec ei, uerf. tertio cuius demum ætatis sit. & utrobiique pulchra ratio adducitur. ff. de adoptio. Ego dispensari desuper uidi, & aliquos absque dispensatione adoptasse.

Infans an absque dispensatione adoptari possit? cocludendum est pro affirmativa. l. infantem ff. de adoptio. Ias. in L. eam causam, n. 7. in f. no. C. de fideicom. Idem uiderimus Exod. 2.

Adoptiuus quod etiam in feudis ecclesiasticis succedat Papa dispensare potius iuxta ueroiorem opin. de qua per Cur. Iun. con. 138. habita. nu. 2. & seq.

Mulier de iure adoptare non potest absque principis licentia. l. si suspecta. §. quoniam foemina ff. de inoff. testa. l. si mulierem. C. de adoptio. §. foemina. Insti. eo. Ioan. An. super rub. de cogn. lega. Steph. Bertran. con. 158. non puto, uerf. præterea cum dicto, lib. 3. in primis & diuis Thomas q. 57. addi. ad 3. par. art. 3. ad tertium. Propterea dicunt Reginam Iohannam, quando adoptauit illi filium Alphonsum de Aragona, à summo Pontifice dispensationem obtinuisse; prout etiam quod fuit adoptatus a Iohanna 1. anno 1379. accidente assensu summi Pontificis, refert Lamber. de iur. pat. li. 1. par. 1. q. 7. art. 2. nu. 17. & seq. uer. Nec etiam mulier potest adoptare, hanc Papa licentiam adoptandi, seu Papæ auctoritatem in compendio historiarum Regni Neapolis non inueni, sed bene in alia priori adoptione. Ne autem personæ, tēpora, & historia cōfundantur. Supponendū est q. Ioanna prima Regni Neapolitanī Regina, quæ diueris nupsit non habens filium aliquem accidente assensu summi Pontificis adoptauit Aloysiū primum Ducem ex domo Angiò anno. 1379. donando eidem utranque Siciliā. Iohanna uero secunda, quæ etiam filios nunquam suscepit, bello uexata Alphonsum Aragoniæ Regem in filium adoptauit cum successione Regni utriusque Siciliæ, quem postea ob ingratitudinem occupationis Regni, exclusionis dictæ Reginæ Iohannæ II. Et diuersas infelationes in illius personam filium ingratum priuauit. Alterumque filium adoptiuum sibi assiuit, uidelicet Aloysium II. Ducem Angiò, postea à Clemente VI. Antipapa in Regem Apuliae, Siciliæ, ac Hierusalem coronatum. Hæc inuenies in dicto compen. Historiarum Regni Neapolis lib. 5.

In testamento ueteri mulier adoptauit absque dispensatione, uidelicet filium Pharaonis Moysen. Exo. 2. Respondeo, quod quæ spiritu Dei aguntur, non subiliuntur legibus.

Clericus in sacris constitutus an adoptare possit, magna est inter Doct. cōtentio. Hac quæstionem formarunt Guil. de Cune. & Cyn. in l. ab ea parte. ff. de proba. Qui opinioni negatiæ adhærent, ea præsertim ratione mouentur, quia talis non potest matrimonium contrahere, nec habere filios in potestate; & quod non licet honestè per naturam, non debet licere per legem, nec per artem. & ita concludit Chrysto. Por. in §. in plurimis, post nume. 18. uerf. hinc insurgit, de adoptio. Institut.

Contrarium uero concludentes dicunt, quem posse naturaliter filios habere, etiā si non legitimè, sed de facto, ut per Io. And. Cardi. & alios super rub. de cogn. lega. Ange. Areti. in §. minorem, num. 4. Insti. de adoptio. Alex. in l. Gallus. §. quid si is, nu. 10. ff. de libe. & posthu. Idem supponunt Bal. Pau. Castr. & Alexan. in l. si quis posthumos in prin. de libe. & postu. Rolan. in tractat. Testamen. rubric. xvij. numer. 8. de legib.

Hanc secundam opinionem credo ueroiorem, pro qua etiam consuluit Caro. Ruin. consil. 167. de pluribus, uol. 5. pro qua opin. pondero etiam, quod magis consideratur aptitudo naturalis, quam impedimentum accidentale. l. 2. uer. Illud utriusque

ntriusque adoptionis commune est, quod si, qui generare non possunt quales sunt spadones, adoptare possunt. s. de adoptio. Lap. Alle. 101. in ciuitate, post nu. 21. uer. non ob. dicta ratio, quia consideratur aptitudo. Videmus etiam uxores non habentes adoptare posse. l. & qui. s. de adoptio. Ego ad omnem hesitationem tollendam respondi. D. Claudio Alexandro. S.D.N. familiariter adoptare uolenti, ut rescriptum desuper obtineret, uel dispensationis, si ante adoptionem, uel confirmationis, si iam facta erat adoptio.

Religiosus autem quod adoptare non possit, clarum est; ipse enim sub Abbatis potestate est. c. nullam 18. q. 2. c. ad nostram, & c. reprehensibilis. §. fi. & utrobiq; Abb; de app. c. quorundam in prin. de elect. li. 6. unde alium in potestate habere non poterit. l. sic euenerit. s. de adulterio.

DISPENSATIONES MATRIMONIALES.

Prohibitio copulae coniugalis olim erat usque ad septimum gradum, c. ad sedem uersi. in canonibus, autem usque ad septimum distinguuntur generationes, & postea: Canones uero ultra septem nullam numerant generationem. 3. q. 5. Hodie est usque ad quartum inclusuè. c. non debet, de consan. & affi. cle. uni. iun. glo. in uer. interdictis, eo. intra hos gradus existentes, contrahere uolentes matrimonium, dispensationem necessario obtinere debent, alioqui matrimonium dici non poterit, & taliter contrahentes absque dispensatione grauiiter peccabunt, grauiusque in hoc, & alio seculo punientur; eorumque filii illegitimi, & insuccessibiles erunt.

Affinitas aliquando est licita, aliquando illicita; licita est, quae contrahitur per legitimum coitum, puta cum sponsa de futuro, uel de praesenti. c. quod super his, & toto tit. de consan. & affi. Illicita uero est quae contrahitur per illicitum coitum inter consanguineos masculi, & ipsam feminam. c. ueniens, de eo qui cognoscit. consan. vxoris suæ, & per R. respon. 1. nu. 1. de rescr. li. 2.

Affinitas etiam contrahitur per fornicarium coitum. c. nec eam. 35. q. 2. c. discretionem, & c. penul. & ult. d. eo qui cognoscit. consan. Hye. Pau. in suis nota. dum de dispensationibus matrimonialibus loquitur fol. 65. uers. affinitas etiam contrahitur per fornicarium coitum, pro quo ego adducō illud 1. ad Corinth. 6. uersus fin. An nescitis quoniam qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur; erunt enim inquit duo in carne una. intelligit Paulus de eo quod scriptum est Gene. cap. 2. in fin.

De iure autem ciuili non contrahitur affinitas nisi legitimæ sint nuptiae. l. non facile. §. affines, & §. sciendum s. de gradi. Sed aduertendum est, quod consideratio legis sit circa haereditates, & tutelas deferendas, & ne quis cogatur aduersus affinem testimonium dicere. l. iuris consultus, in prin. s. de testes. §. lege Iulia publicorum iudiciorum. 4. q. 3. Canones uero quo ad matrimonia prohibenda considerarunt unionem carnis, quæ ex quauis copula insurgit, ut etiam per Docto. super declaratione arboris affinitatis.

In primo affinitatis gradu an Papa dispensare possit, est contentio inter Docto. & plura hinc inde adducuntur prout per Docto. in c. s. de diuoro. & per Aegid. Bellame. consl. 28. in facto mihi verior, & communior opin. uidetur affirmativa, pro qua facit dictum. c. fi. de diuoro. ibi. Concedimus ut matrimonii contractis cum relictis fratribus utantur, & sic Papa ibi dispensauit. Pro hac opin. concludunt & Io. de Turre. Crema. in c. coniunctiones, col. 2. 35. q. 2. Mil. in Reper. in uersi. dispensare potest Papa, uers. Item potest dispensare ex causa in primo in gradu affinitatis. Hye. ro.

Q V I N T . M A N D O S I L

ro. Pau. in lib. nuncupato prouinciale fol. 65. uers. Item potest dispensare etiam in primo. & nouissimè. Sigismun. Loffre. confi. 50. in causa post num. 2. uers. Superioribus tamè, quod con. prout post illud apparet, comprobatum fuit a Doct. Neopolitanis. uide late per Parif. confi. 68. dubium, uol. 4.

In secundo consanguinitatis, uel affinitatis gradu temporibus elapsis aliquando dispensabatur, & compositio erat arbitria. In supplicatione rationes dispensationis obtinendæ adducebantur, & gratia huiusmodi signabantur, quando matrimonium erat contractum, & consummatum, ad evitandum scandala, & ne mulieres per petuò dissimilatæ remanerent. Pro contrahendo uero matrimonio nunquam dispensatio præmissa concedebatur, nisi inter Reges, seu Principes, uel Illustres. Quod è Concilio Trident. comprobatum uidemus Sessio. 24. alias 8. sub Pio. III. de Decre. Refor. matri. ca. 5. in fi. sub iis uerbis. In secundo gradu nunquam dispensetur, nisi inter magnos principes, & ob publicam causam.

Cócessa fuit dispensatio in secundo consanguinitatis gradu intuitu inuictissimi, ac re ligiosissimi Caroli V. q. eius filiâ Serenissimo Maximiliano ex fratre nepoti nuptui tradidit, & sic merito dignitatibus, & personis delatum fuit, iux. tex. in c. pastor. post prin. de offi. dele. c. quia pontificali eo. li. vj.

Dubitarunt aliqui an Papa in secundo consanguinitatis gradu dispensare possit, & pro opin. negativa ultra alia adducitur. c. non debet, de consan. & affi. Communis est opinio, & hæc est ueritas, quod Papa in secundo dispensare possit, ad glo. & Abb. in c. literas, de restitu. spolia. & in c. proposuit, de concessio. præben. & firmat Parif. attestans hanc esse communem opinionem confi. 56. licetè, & lege num. 2. & respondet ad contraria uol. 4. Hier. Pau. in lib. nuncupato Prouinciale, fol. 65. uers. dispensare potest Papa matrimonium contrahi. Difficultas etiam hodie cessat ex dicto ca. 5. in fi. de Refor. matri. Sessio. 24. con. Trident.

Formula dispensationis in secundo gradu hæc erat. Beatiss. Pater exponit S.V. pro parte deuotorum illius oratorum A. laici, & D. mulieris amborum Mediolanensium, quod ipsi olim scientes, se secundo consanguinitatis gradu ex eo prouenient, quod matres dictorum oratorum erant sorores germanæ, matrimonium inter se per uerba de præfenti contraxerunt, illudque carnali copula consumarunt: Cum autem Pater Sancte ijdem coniuges in huiusmodi matrimonio remanere non possint, absque Sedis apostolicæ licentia speciali, & si diuortium perpetuum fieret inter eos grauia exinde scandalis verisimiliter oriri possent, supplicant humiliter S.V. coniuges præfati, quatenus eos à quibusuis excommunicationis, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, quas præmissorum occasione quomodo libet incurruant incestus reatu, & excessibus huiusmodi absoluere, necnon eidem coniugibus ut impedimento consanguinitatis, quod ex præmissis prouenit, non obstante, in matrimonio per eos contracto licetè remanere, aut illud denuo in faciem ecclesie contrahere liberè, & licetè ualent, dispensare, ac prolem suscepit, si qua sit, & suscipienda exinde legitimam fore, decernere dignemini de gratia speciali. Non obstante, &c. Et cum absolutione &c. Et de absolutione, dispensatione, & decreto prædictis in forma gratiola, si uidebitur, latissimè extenden. Et quod præmissorum &c.

Illa clausula [A quibusuis excommunicationis etc.] Necessaria est, prohibitas enim nuptias scienter contrahentes excommunicati sunt ipso facto. Ludo. Roman. confi. 307. in casu, in prin. ubi etiam tractat quando Papa dispensans super matrimonio in gradu prohibito scienter, absoluere censeatur ab excommunicatione absque expressione absolutionis. & cum Roma. transit Felin. in cap. fin. in. 6. fallen. post n. 9. de exceptio.

Iusta causa dispensandi in secundo, & alijs gradibus prohibitis, est bonum quietis, & pacis, atque confoederatio. c. 2. & ibi not. Docto. post glo. fi. de despon. impu. Prepo. in c. de illo. 3. 2. dist. Staphi. super signa. fo. 189. a ter. ux. primam imprestio- nem. Paris. confi. 68. dubium exoritur. nu. 129. uol. 4.

Ad euitandum graui scandala magna est causa in huiusmodi dispensationibus, multa enim prohibita pro remouendi scandalis, & diffensionibus conceduntur, seu permutuntur. ad c. quia circa, de consan. & affi. & per Docto. præsertim Felin. col. t. cum duabus sequen. in ca. 2. de præscrip. cap. 3. & ibi Abb. in 3. & 4. not. deiure patron.

Aliæ cause sunt proles suscepta, diuturnitas temporis, & exemplum, quod in simili casu alias dilapsatum sit, ad ca. quia circa, & ibi Abb. & alios de consanguin. & affinita. gloss. magna in cap. requiritis. S. nisi rigor. i. questio. 7. Staphi. ubi supra, & latius, & melius Paris. d. confi. 68. num. 132. & sequen. uolu. 4. & Sygil. Lofire. præalle. con. 5. o.

Matrimonium in secundo gradu alia ratione tolleratur, uidelicet dum pagani, seu infideles, qui in secundo gradu lege eorum permisso contraxerunt ad fidem nostram conuertuntur: per baptismum enim non tolluntur matrimonia, sed peccata dimittuntur. hec omnia habes in ca. gaudemus. de diuor. & per Io. Brunel. de sponsa. & matri. conclu. 24. num. 6. uers. Adde prædictis quod interdum matrimonium tolleratur.

Se narratum fuitset pro dispensatione obtinenda, quod strages personarum, bella, & scandala insurgerent in patria, & haec falsa essent, dispensatio corrueret, prout per Gemini. confi. 2. 3. an dispensatio. num. 3. & postea, & ante tractat de alijs sub reptionibus, & obreptionibus, qua dispensationes huiusmodi inualida reddunt. Pro præmissis facit, quia dispensatio obtenta ex falsa causa est subreptitia, & sic nulla, iuxta nota. in c. quod dilectio, de consan. & affi. & per Gemini. dicto. con. col. pen. uers. 1. in eo.

In tertio, siue de contracto, siue de contrahendo, dispensatio denegari non solebat, nec nobilibus, & magnatibus, nec priuatibus personis. & soluebatur compotio.

In quarto, siue de contracto, siue de contrahendo, indistincte dispensesabatur, & abs que aliqua compositione, nisi matrimonium esset contractum, & consummatum scienter, tunc enim compositio soluebatur, & admittebatur iuramentum paupertatis, pro dispensatione gratis obtinenda in quarto tantum, licet alias paupertatem, aliter quam per iuramentum, eam allegans probare debeat, ad gl. no. in l. cum de indebito. ff. de proba. & glo. in l. si uero, S. qui rei, & ibi Bar. num. 7. ff. qui satis. cogan. per Bar. in l. si constante, num. 13. & ibi per Clau. Seyssel. nume. 37. & per omnes. ff. solu. matri. per canonistas in c. Odoardus, de solutio. & Dec. Afflit. 377. princeps concepsit.

Hodiè dispensationes matrimoniales in secundo non conceduntur, nec etiam in tertio contracto scienter. Et quotidie. S. D. N. cum Amplissimis, & peritissimis Cardinalibus laborat pro reformandis his, quæ ad Romanæ curiæ usum spectant.

Si uxor alicuius promittat alteri, mortuo marito secum matrimonium contrahere, & sequatur copula carnalis, & moriatur postea maritus, matrimonium inter istos contrahendum impeditur, & contractum dirimitur. ca. relatum, & ca. si quis uiuente. 31. q. 1. ca. 1. & fi. de eo qui du. in matri. late Paris. confi. 52. dixi in alio, num. 5. & toto confi. uol., cum ipsis tamen dispensari consuevit, addita clausula ui-

G delicer.

Q V I N T . M A N D O S I I

delicet. [Dummodo neuter eorum in mortem illius defuncti machinatus fuerit.] Et dabatur etiam legitimatio proli suscep*tæ* post obitum alterius, & exinde susci*piendæ*.

Interfectores uxorum sine spe coniugij remanere debet, etiam si in adulterio deprehensa*s* interfec*runt*. c. interfectores i. un. c. seq. 33. q. 2. ego tamen audiui cum quodam. D. temporali, qui uxorem adulteram interfec*erat*, dispensatum fuisse, ut alteram ducere posset, cui tamen illud adagium conueniebat. Frustra Neptunum accusat, qui semel naufragium subiuit.

Sic etiam uidemus quod interficiens uxorem, quod ex statuto sibi debetur, amittit. Bal. iur. lab. hostibus. §. si uir uxorem, in f. f. solu. matrimo. & prohibetur uxori succedere, Bal. in l. j. C. unde uir & uxor. uers. extra querendo per text. in d. l. ab hostibus. §. si uir. Dec. con. 52. uis his.

An autem puniri debeat interfe*citor* uxoris adulteræ, & qua pœna? Quid pri-mum quæstum respondeo distinguendum esse, aut enim loquimur de iure antiquiori Romanorum, uiro forti forte decentiōri, & dicamus marito impunē permit-ti uxorem in adulterio repartam interficere, teste etiam Aulo Gellio lib. 10. noctium Atticarum cap. xxij. & huic antiquiori iuri Romano conformis uidetur tex. in l. si quis in graui, §. si maritus. f. ad Syllenia. intelligendo aliter quam gl. ibi in uer. ignoscitur, que supplet, quantum ad pœnam legis Cornelie: Et hic intellectus contra glo. ultra quod litera conueniat, est etiam ex mente Paris. consi. 154. ad resolutio nem. num. 1. & 17. uolu. 4. Si uero de iure Romano posteriori loquamur, uera erit conclusio, ut maritus puniri debeat, pœna autem non capitali, sed ea de qua in l. si adulterium cum incētu. §. imperatores. f. de adulte. & per D. meum, consi. 482. pro resolutione, nume. 14. & per Steph. bertran. consi. 274. uiso, nume. 1. & se. par. 1. in primis.

Cum bigamo, qui duas uxores uirgines successuē habuit, & cum utraque matrimonium consumauit, seu cum eo qui uiduam in uxorem duxerat, & premortuas sunt, seu premortua est, uel cum corrupta matrimonium contraxerat iux. text. iun. glo. in c. nemo. 32. distin. raro dispensatur ad suscipiendo ordines, ac ad beneficia af-sequenda, prout per Staph. super signa. fo. 75. uers. nihilominus si incurrit ex illo contractu bigamia, & ante h. sic tracta. uer. sed de potestate iuridica, & ordinaria non conuenit Papa cum bigamo ad ordines suscipiendo dispensare &c. & Sarne. in tracta. Breuium, nume. 19. & sequen. ubi subdit dispensatum fuisse cum Reue-rendiss. D. Fabio Mignane: lo, qui cum uidua contraxerat, & qui postea effectus fuit Cardinalis.

Sunt qui negent Papam cum bibamis dispensare posse, ea presentim ratione, quia faceret contra dictum apostoli, & contra tex. in c. si quis uiduam 50. dist. & hanc opin. ueram supponere uidetur specula. sub tit. de biga.

Aliqui uero distinguunt, quod aut loquimur de bigamo uerè sic dicto, aut de interpretatione sic nuncupato; primo casu Papa dispensare non possit, quia contra Apostoli decretum ueniet; in secundo casu, quia non ueniret directe contra Apostolū, possit; ad c. debitum de biga. & ita distinguunt; & ita iura distinguere afferit Ancha. consi. 124. circa bigamos non 2.

Nos indistincte teneamus Papam cum quolibet bigamo, siue uere, siue interpre-tatiue sic dicto dispensare posse, & ultra ea, quæ late prosequitur Io. de Tur. Crema. & alij in c. lector h. uiduam 34. distin. in hac opin. residet Pet. de Ancha. in f. di-cti consi. 124. & Rot. 417. quoddam factum, in nou. Mil. in reperi. in uer. Dispensare non potest episcopus in bigamia. & hanc esse communem opin. testatur Imo. in ca-propo-

proposuit in gloss. in uerbi dispensare, de concessio. præben. sequitur Dec. consil. 112. in presenti nume 5. Et de communi testatur etiam Hyeron. Grat. respon. 1. not. 32. & ante, lib. 2. late Lamber. de iur. patro. art. 13. quest. 7. par. 1. lib. 2. fol. 218. præsertim nume 5. & 6. & nu. 12. subdit quod bigamus dispensatus potest esse episcopus, & Cardinalis, & in dicto articulo ponit septem, uel octo modos quibus bigamia contrahitur, ibi uideatur, quia magis distincte loquitur, & melius declarat, quam gl. in c. 2. de biga.

Irregularitas, quæ ex bigamia prouenit, sine peccato contrahitur, & sine culpa, ad uoluntate propria, & non solum bigamia non habet peccatum annexum, seu admixtum, immo habent gratiam, & meritum, qui sunt in matrimonio, quod est sacramentum. c. aperiant. 31. q. 1. De dispensatione cum bigamo tractatur etiam q. 66. ad di. ad 3. par. diui Thomæ. art. 5.

Cognatio spiritualis triplex est, prima dicitur filiatio, quæ est inter leuantem, & leuatum, puta si uellem in uxorem ducere, quam de sacro fonte leuauit, uel tenui in sacramento confirmationis. De hac cognitione spirituali habemus pulchrum text. in iure ciuili in l. si quis alumnam, ad fi. uerbi. Ea uidelicet persona omnimodo ad nuptias uenire prohibenda, quam aliquis, siue alumna sit, siue non, a sacrosancto suscepit baptismate &c. C. de nup. de iure uero canonico habemus tex. in c. de eo, & in c. omnes. 30. q. 1. & in tit. de cogn. spiritua.

Hic non trago de filiatione spirituali, quæ per baptismum per sacerdotem collatum contrahitur, de qua Diuus Hyero. in præfa. ad euangelia. Marci in prin. Marcus euangelista (inquit) Dei electus, & Petri in baptismate filius. Seu per confessionem peccatorum inter episcopum, uel presbyterum, & eum qui peccata sua illi continetur, contrahitur, de qua in ca. ad limina §. filia, in cap. si quis ficeret & in cap. sequen. 30. quest. 1. & per Ioan. Firma. in tracta. Episcop. in 2. par. ubi de Degradatione tractat, nu. 34. uerbi item debet deponi episcopus carnaliter cognoscens filiam spiritualem. Et dixit diuus Ambrosius 1. de offic. Non minus uos diligo quos in euangelio genui, quam si coniugio suscepissem.

Secunda dicitur compaternitas, quæ est inter leuantem, & patrem, seu matrem levati, puta si uellem in uxorem ducere matrem pueræ, quam de sacro fonte leuauit, uel tenui in sacramento confirmationis, de qua habemus tex. in c. de eo, in 2. dub. 30. q. 1. c. Martinus, de cogn. spiri.

Notandum est, & mirum uidetur, quod si alter ex coniugibus leuet de sacro fonte seu baptismo alienum puerum, uterque coniunx erit compater, sunt enim eadem causa, Genes. cap. 1. est tex. in terminis in c. 1. de cogn. spiri. lib. vj. Secus si ante matrimonium, uel carnalem copulam alter coniugum leuasset, prout uolunt in dicto. c. 1. & in alle. c. Martinus.

Tertia est simplex cognatio, inter leuatam, & filium leuantis, & est contra, puta filius meus uult ducere in uxorem puellam, quam ego de sacro fonte leuauit, uel in confirmatione tenui, de qua est tex. in c. 1. in c. non oportet. in c. post suscepsum. 30. q. 3. & in c. 1. de cogn. spiri. & de omnibus istis cognitionibus tractant Docto. de cogn. spiri. super rub. & nigro, & Hostien. in sum. eo. in uer. quot eius species, & ante, & post.

Cognatio spiritualis matrimonium contrahi impedit, ac contractum dirimit. ca. 1. & per totam. 30. q. 1. & in titu. de cogn. spiri. & præalleg. l. si quis alumnam, ad fi. C. de nup.

In prima specie cognitionis nunquam dispensatur, Abba. in cap. fin. colum. 3. de purga. cano. Felin. in cap. at si clerici, in fi. prin. de judi. Dec. confi. 462. uisa legi.

Q V I N T . M A N D O S I I

etimatione colum. t. Nec mirum, quippe qui aliquem de sacro fonte leuant, eius est pater spiritualis, locoque ueri patris in plerisque habetur. cap. i. & ca. pitacium cum gl. in uer. multo magis 30. q. 3. prout inter alia dicere solemus, quod non potest sine uenia in ius uocari ab eo quem leuant, Ange. in l. adoptium, in prin. Gui. Bal. Ange. Ludo. Roma. Pau. Castren. Alexand. & Ias. in l. generaliter. ff. de in ius uocan. Ange. Aret. in s. personales, uersi. ex quo insertur, nume. 6. & ibi Ias. col. i o. uersi. nun quid ergo. Intit. de actio: Videatur And. Tira. in repet. si unquam. C. de reuo. dona. in uer. suscepit liberos, nu. 27. cum pluribus seq. ubi more suo plura cumulant notatu digna super connexionem inter leuantem, & leuatum, ac reuerentia per hunc ille exhibenda, & quod ille hunc alete teneatur, & pleraque alia ad rem nostram ibi uideri possunt.

In secunda uero sepe dispensatur, & olim soluebatur compositio pro illa dispensatione.

Dubium elicitor ex uerbis Ludo. Roma. consi. 299. in proposita, in prin. & in fi. an leuans in uxorem ducere possit matrem leuati, qui non probetur baptizatus, & leuatus materna uoluntate: ex illo con. articulus iste non deciditur prout appareat ex illius prin. & fi. & requireret longam disputacionem, illum discutiendum relinquimus Horatio Mandosio filio meo in illius con. appendicibus.

An autem in leuante requirantur uerba, ad hoc ut compateruitas contrahatur, & quid si non adsit intentio illam contrahendi, uel intentio non probetur, uide pulchrum con. Gemini. i 10. superlita.

In tercia specie cogitationis spiritualis passim dispensabatur, & (ut audio) etiam hodie dispensatur.

Magna fuit alias alteratio inter Dominos abbreviatores, si puer propter necessitatem fuit baptizatus domi absque solemnitate, postea ad ecclesiam delatus, iterum baptizatus fuit, cum solemnitate, an ex illo baptismo solemniter contracta fuerit compateruitas; aliqui erant pro opinione affirmatiua, quibus assentiebatur Fel. tunc Rote preclarissimus Auditor, propter cathecum, & alias solemnitates in primo baptismo omittas, ad nota, per glo. fi. in c. peruenit. 30. q. 1. Pro opini. negativa conclusum fuit, cui etiam adhuc seruant Nicolaus de Caiet. & Cardi. Alexan. & sic data fuit declaratoria sub plumbo continens, nullam compateruitatem, seu cognitionem spiritualem propterea contractam fuisse, prout in libro nuncupato Prouinc. in uersi, baptizatus fuit infans in domo, folio 28. annotatum reperi.

Compateruitas autem quae ex baptismo prouenit, quare potest unde originem trahat, uel procedat? Respondeo quod ex promissione, seu fideiustione quam facit leuans, qui pro baptizando fidem, & credulitatem in Deum promittit, prout declarat Gemini. con. 33. pro examinatione, col. 3. nu. 6.

Nouissime per concilium Tridentinum super cognitione spirituali, quae ex baptismo, seu confirmatione contrahitur statuit, & declaravit, prout in Decre. de Reformatio. Matrimo. Sessio 24. alias 8. sub Pio III. cap. 2. incipien. Docet experientia.

Clericus, seu quatuor ordines minores habens, uxorem ducere potest. c. si qui uero sunt clerci, & c. seriatim. 32. distin. an autem Papa cum subdiacono dispensare possit, ut matrimonium contrahat; pro utraque opinione plura adduci possent, mihi uerior uidetur opinio gl. in c. de illo. d. dist. 31. in qua opt. cum glo. illa refidet Nic. Mil. in Reper. in uer. Dispensare an possit Papa, q. constitutus in sacris in ordine subdiaconatus, q. opinioni affirmatiuaz adhaeret, raro at, & no sine magna c. c. subdiacono

diacono dispensaretur.

Dispensatum alias legimus cum monacho, ut uxorem ducret, uel ad tempus cui ea moraretur, donec prolem susciperet, ac postea ad monasterium rediret, super quo uidetur per beatum Tho. secunda lecundæ q. 88. art. 9. & per Inn. in c. ad monasterium. de fta. mona. Ioan. An. in c. semel Deo, & in c. actus legitimi, de reg. iur. li. 6. Bal. in l. si tibi filius, num. 3. ff. de adoptio. ubi quod Papa de plenitidine potestatis potest facere quod matrimonium duret ad tempus, puta quod monachus posse habere uxorem, usque ad sobolis procreationem, ne forte stirps nobilis deficiat sine herede. Sozzi. confi. 8. circa primum num. 9. Ias. in l. arrogator col. 2. ff. de adoptio. Rup. in c. cum M. Ferrari. nu. 76. de constit. Dec. confi. 112. in presenti num. 4. Idem etiam uoluerunt Nic. Mil. in Reper. in uer. Dispensare an posse Papa, quod constitutus in sacris uers. Sed Io. And. post Inno. & Fel. qui alios citat in c. si quando nu. 5. de rescr. Grat. Respon. 1. nu. 32. lib. 2. Io. Brunel. in tracta. sponsa. & matri. conclu. 20. nu. 24. Et quod haec sit magis communis opin. probo in Apostil. ad Alle. Lapi 130. in uer. cum ad monasterium dum tracto an Papam posse de monacho non monachum efficer. Verum quia haec maiorem discussionem requirunt, & ab animo, ac declaratione summi Pontificis pendent, eiusque est opinionum contrarietates, ac intellectus nebulas tollere, in ijs, & omnibus alijs ipsius diuino iudicio, & decreto me remitto. Hodiè ut puto similis dispensatio non concederetur nisi pro conseruacione alicuius regni, uel alia causa maxima.

Super impedimento publicæ honestatis sepe dispensatur, & dicunt Docto. in c. non debet, de consan. & affi. quod bonum esset, si hoc impedimentum tolleretur; uerum quia ius canonicum iustitiam publicæ honestatis matrimonij obtare censuit, necessaria est desuper dispensatio. Quando autem sit locus isti iustitiae publicæ honestatis, habemus tex. id declarantem in c. si quis uxorem despontauerit, uel eam subarrauerit, quanquam postmodum, præueniente die mortis eius, nequiuenterit eam duere in uxorem, tamen nulli de consanguinitate eius licet accipere eam in coniugio, quod si inuentum fuerit factum, separetur omnino. 27. q. 2. c. accessit, & c. duo pueri, de desp. impo. c. sponsam, & c. audientiam, de sponsa.

Ampliantur praedicta, ut etiam ex sponsalibus nullis oriatur publicæ honestatis iustitia, puta si matrimonium sit nullum ratione religionis, frigiditatis, uel alia: ratio est, quia sufficit aliquid esse factum, ut pena committatur, sicut de iure id non tenet. l. si quis codicillos ff. ad Syllena. l. si quis ff. ad leg. Corn. de silica, & pro dicta ampliatione est tex. in c. uni. de sponsa. li. 6. Idem etiam uoluit Gemin. confi. 33. pro examinatione, col. 3. nu. 6. Et faciunt adducta per Io. An. in c. nō præstat, de reg. iur. li. 6. Idem etiam uoluit Gemin. confi. 33. pro examinatione, col. 3. nu. 6. Et faciunt adducta in c. præstat. de reg. iur. lib. vi.

Hodiè habemus ca. 3. con. Trident. Sessio. 24. alias 8. sub Pio III. in Decre. Refor. matri. in hac uerba. Iustitiae publicæ honestatis impedimentum ubi sponsalia quacunque ratione ualida non erunt, sancta sinodus prorsus tollit: ubi autem ualida fuerint, primum gradum non excedant, &c.

Sciendum est, quod affinitas licita a deo habet coniunctam publicam honestatem, quod unum ab altero separari non possit. Affinitas uero illicita non haberet annexam publicam honestatem; pro quibus uidenda sunt tradi. per Abb. in c. sponsam, de sponsa. & per Rup. respon. 1. de rescr. nu. 2. lib. 2.

Nouissime habemus con. Trident. præall. Sessio. 24. in Decr. Refor. Matrimo. ca. 4. incip. præterea sancta.

In dispensationibus super consanguinitate, uel affinitate addi debet clausula uide licet [Domino] rapta non fuerit &c. Tunc n. Papa non intendit dispenses, prout in

Q V I N T . M A N D O S I I

Reg. Cancell. 47. de dispē. Prouin. fo. 64. in fi. uers. in literis dispensationū, & de iure ciuili raptor cum raptā matrimonium contrahere non potest. l. uni. C. de rapto. uirgil. raptore. C. de episco. & cler. & in Authen. de rapto. mulie. c. de puellis, & ca. fi. 36. quæst. 2.

De iure canonico aliter disponitur, & obseruatur hodie. c. pen. & fi. de rapto. c. tria, & c. denique. dicta. 36. q. 2. c. 1. de adulce. c. de muliere, ubi Doct. de sponsa. Abb. in c. insinuante, qui cleri. uel nouen. Nic. Boe. dec. 100. Maritus per minas, nu. 17. Par. consi. 170. num. 6. usque ad fi. uol. 4. Ant. Gomes. in l. 80. Tauri. nu. 43. Affic. sup prima par. consti. Regni Rub. 19. nu. 13. Iul. Clar. Senten. lib. 5. §. raptus, uersus fi. in penul. q.

De illa clausula, & alia addita in quinterno Cæcellariæ tractabo sup dicta Reg. 47.

Rapta an dici possit, si non sequatur carnis commixtio. Dominus meus con. 234 in effectu, nu. 9. & Io. Bap. Ferret. consi. 65. Reuendiss. concludunt pro negativa per iura, & rationes de quibus ibi: & in dicto con. Ferret. Plura notatu digna inuenies p. hac nostra clausula. Vide Boss. in ti. de rap. mul. n. 14. Boer. Dec. 316. post n. 4. ubi dicit communem esse, non cognoscentem nō debere puniri. Didact. in repe. cle. si furiosus de rap. uirg. nu. 8. & Iul. Clar. in 5. li. Senten. §. raptus, q. 2.

Raptus de jure canonico quod non dicatur uobi mulieris consensus accedit etiam si consanguinei reclamant, est tex. in c. cum causa. de rapto. pro quo, & alius circa raptu uidere poteris Luc. de pen. in l. 3. uersus fi. C. de nauicula. lib. 11. Alia circa raptu uidere poteris per Marl. in Alle. l. 1. C. de rap. Virgi. & per Syl. nup. li. 4. n. 46.

Hodie con. Triden. Sessio. 24. aliás 8. sub Pio III. titulo de Decre. Refor. Matr. cap. 6. ita cautum est. decreuit sancta synodus inter raptorem, & raptam quandiu ipsa in potestate raptoris manerit, nullum posse confidere matrimonium: quod si rapt a raptore separata, & in loco tuto, & libero constituta illum in uirum habere consenserit, eam raptor in uxorem habeat, cum ijs quæ sequuntur.

Hic mos rapiendi uirgines, ac alienas uxores antiquissimus est, solitus plerunque diuersas discordias, bella, & cædes parere, rursus prouinciarum, ac regnum eueriones. Sic legimus Genes. cap. 34. raptam fuisse Dinam Iacob ex Lia filiam, à Sychen filio Emor est cumque Lia matrimonio consensisset si Sychen circumcidetur, Simeon, & Levi Dynæ fratres ut stuprum ulciscerentur Emor Sychen, & alios interfecerunt, recuperaruntque sororem. Exo. item 22. dicitur. Si seduxerit quis uirginem neendum despontam, dormieritque cum ea, dotabit eam & habebit eam uxorem &c. Iudicium etiam cap. ult. ad fi. habenius raptas fuisse alienas uxores a filiis Beniamin sub iis uerbis. Et iuxta numeruni suum rapuerunt sibi de his quæ ducebât choros uxores singulas. Nostrî etiam Romani ut recenset T. Liuius li. 1. ab urbe condì. & alie Hystoriae narrant Sabinas rapuerunt: Hinc mos antiquus, qui etiam hodiè inconculse Roma tantum seruatur, inoleuit, ut in sponsalibus nobilis aliquis mariti consanguineus, uel amicus ensem euaginatum supra utriusque sponsi caput teneat: ea præsertim ratione ut omnes sciant inuictos Romanos districtis enibus uxores sibi acquisuisse.

Reliquum est, ut aduertant dispensationes matrimoniales impetrare curantes, q. si adsint plura impedimenta, omnia exprimant, alioqui dispensatio nulla erit. Ioan. And. super arbore affinitatis post prin. Abb. qui concordat opin. in c. non debet de consan. & affi. & in simili dicimus, quod solitus uno uinculo excommunicationis, altero ligatus remanet, si duplice tenebatur, gl. in c. ita quorundam de iude. Cassa. de ci. 9. nu. 4. de prob. inferens ad dupl. reteruationem, & de excommunicato pluribus excommunicationibus tractat Feli in c. postulasti, num. 2. de refcri. & est tex. in c. cum pro causa, & c. officij, de senten. excomm.

Dubium

Dubium fuit propositum in Rota in Mestianen. Baronie inter Iohannem Gallego, & Angelam ex una, & Georgium de Russo, coram Puteo sub die 20. Maii 1547. An dispensatio, in qua narratur consanguinitas in secundo gradu, non facta mentio ne quod proueniebat ex duplice linea, esset subreptitia. Pro opin. negativa ultra alia adducebatur con. Calde. 1. Papa consensit. de consan. & affi. Contrarium conclusum fuit. quod immo subreptitia esset. pro qua opin. affirmativa faciunt supra adducta, & con. Oldra. 247. factum tale est, post nu. 2. uers. in contrarium uidetur, ubi quod legitimatio subreptitia, & inuidia est, cum legitimatur adulterinus ex utroque parente, nisi fiat mentio de utroque adulterio, sequuntur Alexan. consil. 195. assumo, numero 5. libr. 2. & D. meus consil. 338. in casu, numero 5. uersi. secundo principali.

In aliis locis supra adductis, & per Fel. in c. quae in ecclesiarum uideri poterunt alii casus per Papam dispensabiles.

OFFICII RETENTIO NON OBSTANTE CONTRACTV MATRIMONII.

Officiorum natura diuersa est prout, per Pau. Roma. in tract. Pensio. in 7. q. fo. 20. nu. 10. & seq. ubi an pensio possit pro officio, uel beneficio commutari. Pau. late de officialibus in omni significatu, de offi. & pote. ca. se. uacan. in 2. praelu. & ego tracto in 2. q. Reg. de Impe. bene. uiuen.

Quantum ad rem nostram attinet sciendum est quod officiorum Ro. Cu. aliqua etiam per uxoratos obtineri, seu retineri possunt, prout sunt officia militum S. Petri, S. Pauli, Portiones Ripæ, & nonnulla alia, prout etiam per Sernen. in 22. q. Reg. de infir. in prin. Aliqua uero per uxoratos obtineri, uel retineri non possunt, exemplum ponamus in scriptorijs sacræ penitentiarie, quæ ut retineri possint per uxoranos, infra scripta, uel simili dispensatione, seu in indulto opus erit.

Formula dispensationis, seu indulti prædicti hæc est. Beatis. pater cum deuotus Orator ueller. N. Clericus &c. & literarum penitentiarie ueltra scriptor desideret matrimonium. cum aliqua muliere per uerba de præsenti contrahere, supplicat humiliter S. V. dictus orator, quatenus secum, ut postquam matrimonium huiusmodi sic contraxerit, officium scriptorijs literarum prædictarum ut prius retinere, & exercere libere, & licite ualeat, nec propterea officium ipsum uacare quomodolibet ceterum dispensare dignemini de gratia speciali. Non obstante constitutione. &c. & consuetudinibus dicti officii, quarum tenores pro expressis &c. Et quibus hac uice derogare placeat, ceterisque contrarijs quibuscumque. Et cum absolutione &c. Et quod præsentis supplicationis sola signatura sufficiat &c.

Hæc formula paucis mutatis, pro quibus alijs officijs inserviet, quæ uxorati retinere absque dispensatione non possunt. Quidam uero sunt officia Ro. Curia, pro quibus retinendis uxorandi nunquam dispensarentur, exemplum in prothonotariis de numero participantium. De huiusmodi prothonotariis, qui in literis apostolicis, & in iure canonico notarij nuncupantur iuxta text. in c. Augustino notaria sedis notario, & in c. cum redemptor, iersus fi. 12. q. 2. tractat Sernen. in 1. qd. proce. Regu. sub tit. de orig. & offi. Prothonota.

COMMVTATIO VLTIM AE VOL VNTATIS.

Magna est inter Docto. altercatio, an legata ad pias causas ad unum usum, possunt in alios conuertri: Quidam indistincte asseruerunt non posse, per tex. in l. l. ff.

Q V I N T . M A N D O S I I .

de adm̄. rer. ad t̄ti perti. qui indistincte seu indefinitè loquitur. prout etiam insimili dicimus. quòd pecunia ad unum usum publicum deputata. non possit de iure in aliū usum conuersti. ad tex. in l. hac lege. C. de aquæduc. lib. i. & per Fran. a Ripa in suo tracta. de Remedijs contra petiem. num. 39. uerf. Quæ pecunia ad hūc usum deputata. Et quòd relicta ecclesiæ non debeant ad alios usus conuersti. habemus text. in ca. conquestus. ubi etiam Marian. Sozzin. in 5. not. numero 5. de for. competen.

Aliqui dixerunt non licere etiam Papæ. nisi ex necessitate. prout id expresse firmitat Saly. in l. si testamentum. per illum tex. C. de testam. quem sequitur p̄æceptor meus. consil. 357. in casu. post nu. 5. rationem adducens. quia testamentum quoad substantiam est de iure gentium. Et quòd testamentum sit de iure gentium. probat etiam Alexand. consil. 2. num. 7. uerf. Nam testamentum fuit origine de iure gentium libro primo & idem Dec. consil. 361. omisla. ante numer. 7. uerf. & quia testamentum & facultas testandi. & consil. 403. quamvis in casu nu. 14. iuri autem generali Princeps derogare non potest.

Ino dicit etiam posset testamentum esse de iure Diuino. quia Deus & sancti patres uoluerunt ultimam uoluntatem esse seruandam. c. ultima uoluntas 13. q. 2. & ita legi de antiquis patribus in ueteri testamento. dicit Bar. in l. interdum nu. 7. ff. de condi. inde. & Ale. dicto consil. 2. nu. 7. uerf. quia Deus. & sancti patres li. 1.

Nonnulli tenent. quòd Papa possit de potestate ab oluta. non autem ordinaria. nisi iusta causa subsistente. prout per Bald. & Angel. in allega. l. si testawentum. & Dec. Gui. Papæ. 556. testator quidam post medium. & Felin. in ca. nonnulli. num. 20. de rescri.

Plures concludunt. quòd Papa indifferenter conuertere potest relictum pium ad unum usum. in aliū. & hæc opinio mihi uerior uidetur. pro qua est tex. in l. legatum. ff. de adm̄. rerum ad ciui. perti. in prin. in cle. quia contingit. iun. gl. in uer. feidis apostolicæ. & ibi Card. in 2. not. in 2. oppo. post nu. 9. uerf. quia contra ius est mutare dispositiones eorum. qui largiti suachuc ergo potest solus Papa. qui est superius ius. & in 5. q. nu. 12. de reli. domi. Bald. in l. legato. p̄fertim uerf. quandoque pecunia est sufficiens. ff. de usu. lega. Lap. Alle. 87. Mattheus. num. 2. & Pet. de Vbal. de cano. episco. ca. 7. ante num. 38. uerf. Respondeo ubi sine causa. Oldra. consil. 61. cum regi. in f. Fulgo. consil. 61. D. Catherina. nu. 6. Ludo. Rom. sing. 475. legatum factum. Mil. in reper. in uer. legatum ad certum usum. fcl. consil. 41. nu. 9.

Quidam uoluerunt in certis casibus heredibus consentientibus Legatum. uel Episcopum posse commutare. prout per Roma. dicto Syng. 475. per Ancha. Cardin. & alios in alleg. clem. quia contingit. de reli. domi. Mat. Matheila. not. 181. nota. quòd si quis pro anima. in f. Extra dictos casus. & sic regulariter legatus sedis apostolicæ sine causa commutare non poterit. Lap. in tracta. Hospitalitatis. num. 66. uer. quid delegatis.

Et quòd ex causa diœcesanus commutare possit defuncti uoluntatem. supponit Lap. Allega. 30. consilium fuit. uersus f. uerf. Et transmutabitur legatum ad aliud opus pium. pro quo citat c. nos. quidem. de testa. & quòd ita intelligi debeat dictum c. nos quidem. & quòd diœcesanus commutare possit subsistente causa legitima. concludit Pet. de Vbal. ubi supra. uer. si autem conuersio fiat.

Ex prædictis colligi potest. quòd pericula sit impetratio. commutationis prædictæ ab alio. quæma summo Pontifice. Rursus quòd parçè. & prudenter Sedes Apostolica concedere solet huiusmodi commutations. & ego alias dicebam expedire. vel quòd heredes. vel illi quibus relinquitur etiam supplicarent. uel quòd adderetur hæc clausula videlicet. [Et heredibus. & eo cui relinquitur consentientibus.] iux. tex.

In allega. legatum uer.igitur adhibitis heredibus, & primoribus e-
uitatis, &c. si de usu.lega. Pro præmissis omnibus uideatur Bar. in tracta. Mino. lib.2
a nu. 10. usque ad 16.

Non tamen negauerim, quin Episcopus legatum, seu relatum impossibile mu-
tare possit, ad tex. in cap. nos quidem, ibi, seu si ibi non potest, & alibi placet or-
dinari. de testa.

Sed dubium facit, an si difficile sit, exequutioni demandare defuncti legatum pro-
pter difficultatem, Episcopus illud mutare possit: hæc quæstio in partem affirmatiuam
in proprijs terminis decisa reperitur per Gem. in c. canonis, post medium. 19. dist.
& per eundem in c. ab exordio, ad fi. 35. dilt. cum quo transit Fel. consi. 42. cantor et
clesiæ, num. 17. Adducunt rationem, que est, quod difficile æquiperatur impossibili
& sicut episcopus mutare potest quando sumus in impossibili, ita quando in su-
mus in difficulti. Ego non obstante prædictorum auctoritate, & ratione per eos addu-
cta, uel hanc commutationem à summo Pontifice obtainendam esse consulerem, uel
saltē à Papa ad cautelam confirmandam esse.

Et quod etiam uicarius episcopi in erectione ecclesiæ, & applicatione bonorum
eidem relictorum in aliquo testatoris uoluntatem commutare possit, uide Dec. Mo-
hod. 94. seu 12. 4. alias 1. sub titulo de iu. patr. quæ incipit Ferdinandus quidam.

Consuevit nonnunquam concedi facultas legato, uel nuncio Apostolico, seu ali-
cuī prælato, uel præpositis fabricæ Basilica S. Petri uel præceptori, seu commenda-
tori S. Spiritus, uel alicui principi legata incerta commutandi in utilitatem alicuius
ecclesiæ, vel pro aliquo negocio conuertenda pro qua concessione, & nomine incer-
torum quid continetur, uide omnino consi. Oldra. 61. quod incipit Cum Regi
Franciæ sit concessum.

Commutatio etiam, seu compositio super usus incertis conceditur ut etiam sup-
ponit Lyp. Alle. 106. quidam mercatores, absque autem hac commutatione incerta
de iure inter pauperes integre distribuenda uenient. c. cum sit nimis, inn. gl. in uers.
pauperum. de iude. c. sicut dignum. §. eos. de homici. Ancha. consi. 306. efficax. nu.
1. & sequen.

Nouissime circa ultimarum uoluntatum commutations, illarumque execu-
tionem habemus in Decre. Refor. consi. Trident. Sessio. 2. alias 6. sub Pio III. c. 6. inci-
pien. in commutationibus.

A B S O L V T I O N E S E T R E H A B I L I T A T I O N E S .

Absolutio dicitur restitutio quædam, ut per Specu. in tit. de contu. §. sequitur, nu-
me. 12. & ad tex. in l. fi. ad fi. ibi, ideoq; tantum ad restitucionem indulgentia ualeat,
&c. C. de senten. pas.

Quod quis narrat, sediu p. aliquo crimine carceratu extitisse, facilius ueniam, &
absolutionem consequi solet, iux. tex. in l. fi. diutino tempore aliquis in reatu fuerit, ali-
quatenus pena eius subleuanda erit. f. de penis, intelligendo tamen tex. illum, prout
eum declarat Bud. contra mentem glo. & Bar.

Habilitatio, seu rehabilitatio operatur ultra absolutionem, licet enim quis ab ho-
micio à simonia, vel à quoouis alio graui delicto absolutus sit, non tamen poterit be-
neficia obtinere, nisi rehabilitetur, ut docet doctus modernus. D. Pet. Rebust. super
concor. sub rub. de electionis derogatione in uer. rehabilitationibus, pag. 89. & rehabi-
litatio deber esse clara, & expressa, alioqui non prodesset, quia stricte interpretari de-
bet, Prouin. fo. 44. uer. quod habilitatus ad alias.

Rehabilitatio. iterum ad primitam habilitatem, ad prioremq; statum restitutio-

de

Q V I N T . M A N D O S I I .

de qua in c. de regularibus, & in c. de simoniacæ, cum sua glo. de simo. & per Rebuf. in praxi, sub tit. de Rescripto Rehabilitationis mixto. Elegantiori uocabulo redintegrationem nuncupare possumus, quo verbo in aliis terminis usus est Cæsar libro 2. Belli Galli. Huius, inquit, aduentu spe illata militibus, ac redintegrato animo &c. & parum post Horum aduentu tanta rerum commutatio facta est, ut nostri, etiam qui uulneribus confecti, procubuisserent, scutis innexi prælium redintegrarent. & libr. 3. uersus 5. Nostri redintegratis uiribus &c. Et quod rehabilitatio, seu redintegratio non inducarur nisi exprimatur, vide cons. Parisi. 88. quod sententia nu. 19. uol. 4.

Absolutiones petuntur, & conceduntur in vtroque foro, videlicet pœnitentiali, & contentioso, prout docent Abb. in c. de his col. 2. circa medium & ibi Aretin. de accusatio. Dec. consi. 130. proponitur, ad fin. uerbi, ultimò non obstat quod absolutio.

Absolutiones non consueuerunt concedi motu proprio; ratio est, quia qui peccauit pœnitere debet, & reuenter ueniam petere, & debet concurrere dispositio eius qui peccauit, cum actus actuorum secundum Philosophum in 2. de anima, non ope rentur, nisi in patiente bene disposito. & melior Philosophus nos docuit, quod qui fecit nos sine nobis, non saluabit nos sine nobis, & facit tex. in clegatur. 24. q. 2. c. significati, in fi. iun. glo. fi. de eo qui du. in matri. & c. peccati uenia, cum ibi nota. de regi. iur. lib. 6. Nonnunquam uero Papa motu proprio absolvit, seu absolutiones concedit, alij uero à Papa minimè, ut per Sarnen. in compen. ut signa. nu. 16. uer. sed maior pœnitentiarius. An autem non petens ab excommunicatione absoluui debeat, uideatur Abb. in c. ab excommunicato nu. 20. de rescr. & Fel. in c. ueniens. 2. nume. 22. de testi.

Periurum absoluui non posse uoluit Feder. de Sen. consi. 100. factum tale est debitor, præfertim in fin. & hanc dicit esse communem opinionem Felyn. in cap. 1. num. 28. in quæstio. 7. de iure iurant. & Parisi. consi. 10. mortuo Ill. num. 94. li. 1. ego uidi absolucionē à periurio concedi, præsertim quod in nullius præiudicium tendit, uel cum aliqua clausula, quæ tertii præiudicium licitum, & considerable emendat, seu præseruet.

In absolutionibus & rehabilitationibus conceduntur etiam clausulæ infrascriptæ uidelicet. [Ac quascunque etiam capit. ac confisca]tionis bonorum, & alias quascunque pœnas remittere, nec non ipsum oratorem ad famam, patriam, honores, & prætinum, & eum, in quo ante præmissa quomodolibet erat, statum restituere, repone, ac plenariè reintegrale, ac omnem inhabilitatem, & infamiam maculam, siue notam, per eum præmislorum occasione quomodolibet contractam, abolere. & quos cunque processus cancellare, & irritare &c. Iad l. fi. de senten. pas. l. 1. §. pen. iun. gl. in uer. eximi. ff. de postu. & dicit tex. in l. fi. C. de genera aboli. Indulgencia patres cōscripti, quos liberat, notat, nec infamiam criminis tollit, sed pœna gratiam facit, & ibi gl. fi. notabiliter loquitur. Ex supradictis colligitur, q[uod] clausulæ præmissæ necessariae sunt, ut gratia sit integra, & sublistat.

Similiter & illa clausulas [Et infamia maculam, siue notam] necessaria, uel saltē utilis est ad tollendum dubium, an per simplicem restitutionem quis ad famam restitutus censeatur, ad tex. in l. generalis. C. de senten. pas. ad c. fin. ad fin. 3. quæst. 2. cap. cum te. de re iudicat.

Regulare est, q[uod] licet Poena tollatur culpa tamen duret, iuxta illud Ouidij. Poena potest demi, culpa perennis erit, de quo etiam per Alcia. in tractat. de uerbo. signi. li. 4. polt nu. 17.

Restitutio huiusmodi ad famam, & dignitatem, magni est momenti, ad solumque Principem, ac Senatum spectat l. 1. §. de qua autem restitutio. ff. de postu. Gemin. consi.

conf. 105. pro declaratione nu. 6. uer. quoad secundum. Quod tamē limitandum est, quando infamia orta est de iure communi. At si ex statuto Ciuitatis, uel banno alicuius officialis infamia nata est, Ciuitas ipsa per suum statutum, uel decretum, & ille officialis contrario imperio, uel etiam decreto restituere ad famam poterunt. Cuins est enim condere, eiusdem est & tollere. I. nam natura. ff. de conditio. indebi. I. nihil tam naturale. ff. de regu. iur. Et qui condemnare potest, potest etiam & absoluere. I. 3. ff. de re iudi.

Restitutio, quæ a Principe emanat, magnam cum restitutione diuina similitudinem habet. sicut enim Deus amissam restituit lucem. Marci 8. Et restitutus est ita ut clarè uideret omnia. Restituit uitam. Iohan. 1. Et statim prodit qui fuerat mortuus, & in infinitis aliis locis: Ita princeps ad nomen deperditum, ad honores amissos, & ad plura alia, quæ ferè interierant, restituit.

Aduertendum tamen est, quod per quamcunque restitutionem, & reintegracionem, non recuperantur bona in alium translatæ, seu fisco incorporata, nec per signaturam consuevit dari clausula in præiudicium fisci, seu tertii, ad ea quæ uoluerunt gl. & Bar. in I. gallus. §. & quid si tantum. num. 13. & ibi Bal. & Iaf. num. 25. ff. de libe. & posthu. Alex. confi. 190. mature nume. 4. uerbi. quarto pro hoc facit Dec. confi. 515. uifishis nume. 8. & uideatur omnino Rot. Belle. 743. conclusio patet, & Decif. sequen.

Incorporata autem bona fisco, quando dicantur, respondeo, quod tunc quando in numero, & corpore aliarum rerum fiscalium redacta sunt, ad tex. in I. 3. iun. glo. in uer. rationales in fi. C. de bo. uacan. & de incorp. libro x. Bal. & Fely. in c. translatio de constit. Bar. in I. si conuenerit. 2. §. si nuda in fi. ff. de pigno. actio. Tiraq. in repetitio. I. si unquam in uerbi. donatione largius post num. 192. C. de reuo. dona.

Absolutio uero, remissio, & indulgentia cum clausula de qua supra, uidentur omnem infamiam tollere, & comprehendere omnem pœnam pecuniariam, & bonorum confilcationem, etiam fisco incorporatam dummodo non in tertium translatam. I. si docueris, & ibi Docto. C. de fals. Parisien. confi. 1. num. 17. 21, & 31. uol. 4.

Si promotus ad sacros ordines in 21. anno contra cle. fi. de æta. & quali. petit re habilitationem, addi debent uerba uidelicet. [Eo ad annum suspenso.] de iure autem su spenditur ab ordinis exequitione usque ad ætatem legitimam. argum. tex. in c. uel non est, de tempo. ordi. & in terminis est gl. in d. cle. ult. in uer. anno.

Quando quis per saltum promotus fuit, puta a subdiaconatu ad presbyteratum omisso diaconatu tunc interdicitur ei executio ordinis, quem recipit, donec diaconatus collatus sit. c. sollicitudo 52. di. cū. hoc etiam episcopus dispensare poterit, & ei dem diaconatu conferre, ut tunc ipse ordinatus ministrare possit. c. uni. ubi etiam gl. in uer. ministrare. de cleri. per sal. promo.

Verum si is in ordine non suscepito ministravit irregularis effectus est, & tunc solus Papa dispensat, & rehabilitat. Lap. Alle. 29. an dispensem. sum. Syluestri. in uer. irregularitas. §. 11. quaritur. & Rebuffi. in praxi. de cleri. ad sacros ord. male promo. col. fi. nu. 16. & seq.

AB SOLVITIO, ET REHABILITATIO AB HOMICIDIO.

Lex Draconis legislatoris Atheniensis cedis, perpetrato extorres patria, & finibus fieri iubebat, non homines modo, sed & animantes alios, atque etiā inanimata, quæ lex non est dissimilis ab eo q̄ scriptū est. Genesis 9. Et Suidas refert, cum quidā emulus Niconis Tasii Pugilis celebrati, iam defuncti statuam odio indulgens fusibus

Q V I N T . M A N D O S I I .

bus cæderet, tanquam Niconem ipsum uiuum contumelia afficiens, statua in cædētem collapsa oppresit eum, & extinxit, propter cuius necem eius hæredes statuam ipsam necis ream egerunt apud Thasias lege Draconis, tandemque statua necis damnata, sententia iudicū in mare demersa est. Euse. lib. 5. de prepara. euān. Diomedis Athletæ statuam fuisse dicit, Exodi uero cap. 21. scribitur. si bos cornū percusserit uirum, aut mulierem, & mortui fuerint lapidibus obruetur, & non commeden- tur carnes eius Gui. Papæ dec. 3. Iteni eodem Exo. & Deuter. 5. Léui. 24. Qui per- cussit, & occiderit hominē morte moriatur, & Num. 35. si quis ferro per- cussit, & mortuus fuerit qui percussus est, reus erit homicidii, & ipse morietur, Mandatur homicidiam ab altari Dei euelli, ut moriatur, prout etiam in c. 1. de homi. in l. 1. cum aliis. s. de sica. Et scribitur Deutero. cap. 19. si quis autem odio habens proximu m, iusdiatus fuerit uitæ eius surgensque percussit illum, & mortuus fu- rit, fugeritque ad unā de supradictis urbibus, mittent seniores ciuitatis illius, & arri- pient eum de loco effugii, tradentque in manū proximi, cuius sanguis effusus est, & morietur, non misereberis eius, & auferes noxiū sanguinem de Isræl, ut benè sit tibi. & in Apoliphi, Ecce post hæc uidí animas intersectorum clamantes ad Deum, & dicentes usquequo Domine non das iudicium, & uindicas sanguinem nostrum de intersectoribus nostris, qui sunt in terris. Et beatus Tho. secunda secundæ q. 122. art. 6. dixit homicidium de se non esse appetibile, sed magis horribile, quia non ha- bet in se rationem alicuius boni. idem secunda secunda quæstio. 70. art. 3. Quod d'inter cetera peccata, quæ committuntur in proximum, homicidium grauissi- mum sit.

Ex præmissis, & infinitis aliis, quæ adduci possent appareat, quām sit odio haben- dus homicida qui irregularis etiam efficitur, prout per Bal. confi. 439. ad bellū, poſt prin. uol. 5. quāmve moderate, & parcè secum dispensandum sit, qui quatuor offen- dit Deum videlicet, idque dupliciter, & quōd creaturam ad imaginem suam factam ad c. hæc imago. 3. quæstio. 5. c. intercessisti, de homi. Rursus quōd præceptum Dei contendat, de quo in decalogo, Non occides, & Exodi. 21. Secundò offendit rempu- blicam, & Principem, quorum interest referatas esse ciuitates liberis hominibus. l. 2. C. de indi. uidui. tollen. l. 2. ad f. C. commu. de manumis. l. 1. ff. solu. matrim. Tertiò ho- micida lædit patrem, & alios maiores occisi, cum filii immortalitate quadam suos parentes donent, in Auth. de nup. §. 1. l. liberorum. ff. de iur. sig. consanguineosque, & cognatos interempti offendit; iniuria enim facta uni de parentela, in ignominiam cuiusque stirpis eiusdem redundat. l. 1. cum duabus seq. ff. de libe. cau. & dixit text. in L. capitalium. §. famosos. ff. de pœnis, pœnam homicidarum esse solatio cognatis, & affinibus interempti: Quartò occisum lebit, quem priuauit uita, nullis rebus hu- manis conferenda, argu. tex. in l. ut uim. ff. de iusti. & iur.

Circa absolutions ab homicidio, & rehabilitaciones concedendas magna est diffe- rentia, an homicidium sit uoluntarium, per industriam, seu data opera; an uero ca- suale, uel non ex proposito, seu uim ui repellendo, & ad defensam, iuxta tex. in l. ut uim, ubi omnes. ff. de iusti. & iur. & l. is qui aggressorem, & l. si quis percussorem. C. de sica. Et qui nolens occidebat etiam de iure diuino in tuo ponebatur, & diversi- mode ab aliis intersectoribus tractabatur, prout Deutero. 4. uersus f. Tunc separa- uit Moyses tres ciuitates trans Iordanem ad orientalem plagam, ut confugiat ad eas qui o: ciderit nolens proximum suum &c. & c. 19. poſt prin. Qui percuserit proximū suum nesciens. &c. & Iosue c. 20. in prin.

An autem presbyter celebrans aggreſore ad sui corporis defensam intersecto te- sacram inchoatam perficere possit. lo. de Ligna. in tracta. belli, q. 84. & Hiero. Grat. respon. 105. uidetur treguam, nu. 21. lib. 1. concludunt pro affirmatiua quōd tamen non

non uidetur dubio carere: Negari enim non potest quin illius intersectoris etiam pro defensa commota sint uiscera, anima turbata, spiritus anxius, & cor conturbatur, iuxta Psalm. 6. & Psalm. 142. primitus motus non sunt in potestate hominis. Pro opin. uero Io. de Ligna, pondero tex. in cle. uni. de homi. ubi q[uod] talis nō efficitur irregularis, ergo prohibitus non habetur officia cœpta complere. Et eundē Io. de Ligna sequuntur etiam Abb. in c. 2. nu. 2. de ui. & hon. cle. & Sarnen. in §. superest, post hu. 55. Inst. de actio. & ante ipsum D. meus l. hil. Dec. in l. ut uim. num. 8. ff. de iust. & iure.

Si voluntarium homicidium sit, tunc distinguere debemus cum aliqua ratione, causa, seu occasione; an uero iniuste, & irrationabiliter perpetratum supponatur. Rur sus si iniuste, an loquamus de dispensatione quoad ordines, an quoad beneficia, prout considerant, & distinguunt Docto. in locis infra adducendis; Et uoluerunt Bald. in l. data opera column. 4. C. qui accul. & idem Bal. & Salycet. in l. 2. C. de noxa. & pulchre Alex. confi. 40. u. detur in casu, lib. 1. & p[re]ceptor meus confi. 9. & pro reu[er]bi, nu. 2. q[uod] statuta imponentia p[ro]nam mortis pro homicidio limitanda sint, dum modo ex dolo, & proposito commissum sit.

In sacra pagina plura homicidia variis ex causis cōmī ssa uidemus. Occidit Cayn Abel fratrem, Genes. 4. Moyses Aegyptium. Exo. 2. Dauid Goliam 1. Reg. 17 & Vrū 11. Reg. 11. Salomon Abdoniam. 3. Reg. 1. Herodes Antipas Io. Baptitam. Marci 6. Petrus solo uerbo Ananiam, & Saphiram Actuum. 5. variae itidem intentiones & cause in omisiſſa p[ar]ebunt.

Absolutio ab homicidio in terris ecclesiæ, siue per laicum, siue per personam eccl[esiast]icam commisso, post aliquot annos, & habita pace à proximiioribus, obtineri solebat cum rehabilitatione in forma, non autē quoad bona fisco incorporata. Quod autem homicidium recens magis puniatur, & difficulter remittatur, quam antiquū, probatur argum. tex. in l. 1. C. de rapto. uirgi. per glo. 1. in l. si diutino. ff. de p[ro]p[ri]etate. & p[ro]p[ri]etate. Hypo. de Mars. in l. 1. S. p[re]terea, nu. 3. 1. uers. item magis punitur homicidiu recens si ad leg. Cor. de fida Hodie raro conceditur dispensatio, ieu absolutio h[ec], & non sine legitima, & rationabili causa.

Nec confusuit absolutione ab homicidio ab eodem summo Pontifice concedi tempore cuius illud perpetratum fuerit: pro consuetudine adduco illud Nume. cap. 35. [Manebitq[ue] ibi donec sacerdos magnus, qui oleo sancto unctus est, moriatur.] & ad fi. [Exu'es, & profugi ante mortem Pontificis nullo modo in urbes suas reuerti poterunt. &c.] & Iosue 20. [Et habitabit in ciuitate illa, donec flet ante iudicium eam reddens facti sui, & moriatur sacerdos magnus qui fuerit in illo tempore.]

Quantum ad illam clausulam. Habita pace à proximiioribus.] notandum est, q[uod] proximi, seu proximiores hic accipiuntur pro sanguine coniunctis, prout est tex. in l. diuus ibi. Et securitatem proximorum pertinebit. ff. de offi. p[re]si. in l. post consanguineos. §. pe. & ult. & in l. item p[re]ter. ff. de su. & legi. in l. quicunque. C. qui admittit, & in l. quamuis adulterij. C. de adulte. Phi. Fran. in c. si pater, col. pen. in 27. quæst. de testa. lib. 6.

Nec refert, an dicatur si Habita pace à proximiioribus, vel à proximiis.] Bal. confi. 146. p[re]missis col. 1. in fi. lib. 2. proximo enim proximior nemo esse potest, cum proximus sit, quem nemo antecedit. l. proximus. ff. de uer. sign. l. 1. §. hereditas, & §. legi. ff. de su. & legi. & proximus exponitur. l. in priori gradu. D. meus confi. 1. nu. me. 1. uers. & proximus exponitur. Sed in quantum dixi non referre, an dicamus proximiorem, an proximum, non uidetur absolute uerum, cūm tex. in l. quamuis adulterij. C. de adulte. dicat, Quod proximiis necessariisque personis solum defertur copia accusandi de adulterio. & tamen ibi dicitur quod patruo licet accusare etiā si



Q V I N T . M A N D O S I L

frater extet, Patruus igitur dicitur ibi proximus, licet adsit frater illo proximior, dem probatur ex.l. cum rem alienam. C.de legat. ubi legatum rei alienæ ab igno ante factum non ualeat, nisi proximæ personæ relictum sit: quod intelligitur etiam de iis, qui non sunt priores gradu. omnes enim illam legem intelligunt de coniunctis simpliciter.

Nec uitiaabitur illa clausula [Habita pace à proximioribus.] si ab uno tantum habita sit, quia solus proximus sit, ad tex.iu.d.1.2. §.legitima, & §.proximus, de su. & legi. l. proximus, & l.in uulgari ff. de uerbo. significat pro quibus uideatur Tiraq. de utro. retr. §. i. glo. i. num. i. pag. 499. ubi etiam subdit, quod proximior, seu proximus dicitur, et si longo interualllo sit remotus, modò inter duo discreta nihil mediū interpositū sit, iux. illud Ver. 5. Aene. Proximus huic, longo sed proximus interuallo

An autem illa uerba [Habita pace à proximioribus.] uera reddantur, si pax non est habita à muliere, quæ proximior erat aliis proximis, qui pacem dederunt? uideatur per Bal. consi. 6. hæc est copia lib. 2. & consi. 113. super primo, in prin. lib. 4. iunc. themate illius consi. per Cor. consi. 222. quamquam, per totum, lib. 3. & per alios citatos per Tiraq. de utro retr. §. i. glo. 9. nu. 211. pag. 192.

Et an sufficiat confessus filii interep̄ti, seu filia pace facere possit de nece patris, distinguo aut extant masculi, & negatiue respondeo: aut nō extant, & affirmatiua ue- rior erit, ad Bal. in l. titia. §. lucius ad f. ff. de lega. 2. Ias. post Ange. in l. 4. §. Cato ante nu. 38. ff. de uer. obli. Io. Campeg de Dote, q. 49. nu. 2. uer. Hinc est quod faemine.

Sed quero, ad quid inuenta sit illa clausula [Habita pace à proximioribus.] an propter defectū potestatis Papæ, quia Papa non possit alter absolutionem huiusmo di concedere; an uero supposita potestate, ex aliqua causa rationabili, & qua? Et uidetur q. Papa absque hac clausula non possit aliquem homicidam absoluere; si enim simpliciter absoluueret, filiis defuncti, nepotibus, & aliis consanguineis pecuniam, & panem quotidianum sæpe subtrahere: ponamus enim, quod quis interficerit aduo- catum, procuratorem, medicum, uel alium, qui ex propria doctrina, uel artificio domini sui uictum, & alia acquirebat, conuenit ne quod filii, & nepotes intersecti men dicent propter hanc remissionem? quodque solita alimenta eis subtrahantur? quo easu non minus esset eos necare, quam fuit iporum patrem, seu auum interficere, uulga. l. necare. ff. de libe. agno. & quomodo Princeps poterit hunc uictum, & pecu- nias, uel potius interesse subtrahere præfatis? quibus debetur estimatio operarum quibus haeres occisi caruit, & carebit, iuxta opin. Azzo. in l. qua. actione. §. si quis in colluictatione. ff. ad l. aquil. & Specu. in tit. de iniu. & dam. dat. §. 2. uersi. nunquid pro homine libero, & Hippo. de Marſi. consi. 115. & 131. quod alias discussum fuit in Ro- ta, ut alibi ostendam. Hac autem clausula [Pace habita.] addita, consanguinei non, co- cedet pacē, nisi ipsi de quo uis interesse hm̄i satisfiat. Vera ē opinio, q. Papa possit, et sic non consideretur defectus in potestate: Quia tamen absolutione concessa, non pro pterea denegari poterit haeredibus occisi, quin ad interesse predictum agere possint.

Potior autem ratio clausulae prædictæ ea (ut puto.) erit, ut haeredibus in hoc mos geratur, ab ipsisque pax petatur, & hac uel alia satisfactione animi sanentur afflictorum. iux. tex. in c. si ille. 23. q. 4. & post quam remittitur uindicta in criminosum, que solatio fuisset cognatis, & affinibus interempti. iux. tex. in l. capitalium. §. famosos la- trones. ff. de peñ. & ad tradi. per Luc. de Pen. in l. 3. uer. quartum patet. C. de curio. & statio. lib. 12. & in l. 1. col. 15. in 5. q. C. de deserto. eo. lib. Deceus est, ut aliqualiter istis per delinquentem satisfiat.

Et quod facilius parcatur delinquenti concordata parte aduersa, seu nemine re- clamante, ultra notoriā consuetudinem ubique uigentem, pondero tex. in l. si adul- terium. §. uidem imperatores. in f. ibi. Et facilius si nemo reū postulauerit. ff. de adult.

Volun-

Voluntario homicidæ dispensationem petenti dabatur Signatura uidelicet [De absolutione.]

Et hæc absolutio considerari potest uel in foro poli seu conscientiæ, uel pœnitentia, puta si homicidium occultum sit, uel si de iure ciuili aliquid licet, licet non de iure canonico, & simus extra terras ecclesiæ, licet aliqui prout etiam Abb. in c. inter fecisti, nu. 2. de homici. ubique in ijs ius canonici seruari debere afferant: uel ponas alium casum conscientiæ tantu[m] concernente, circa quam facilius dispensatur, ut per Rebuff. in praxi, de dispense cum corpo. uitia, nu. 19. Aut intelligas etiam de dispensatione in foro fori, si simus in terris ecclesiæ: si extra, quoad forum fori ad alium principi spectaret. Rebuf. de rescr. Rehabi. mixto. in prin.

Aliquando dabatur [De absolutione, & obtentis & ad simplicia.] Nunc habemus Concil. Trident. Sessio. 14. alias 4. sub Julio III. capit. septimo ubi quod homicida voluntarius etiam occultus nec promoueri ad ordines, nec beneficium etiam sine cura obtinere possit, sed omni ordine, ac beneficio, & officio ecclesiastico perpetuo caret.

Pro clericis, si homicidium sit uoluntarium, addi debet clausula, videlicet. [Citra ascensum ad superiores ordines.] iux. tex. in c. si quis post acceptum. ibi, Si ad clerum admissus fuerit, diaconi non accipiat dignitatem. s. 1. dist.

Pro presbyteris vero addatur clausula videlicet. [Citra altaris ministerium, & curata beneficia.] Ab altari enim repelliri debent (ut diximus) iux. cap. 21. Exodi. Si quis per iudicium occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo euelles eum, ut morte moriatur. Quæ uerba habemus etiam in c. 1. de homi. & quod talis non ad ministret. c. f. de tempo. ordi.

Aliquando ponebatur clausula pro presbytero homicida, videlicet [Eo ad triennium suspenso a die perpetrati delicti, uel homicidii computandum] de qua clausula loquitur Sarnen. & de aliis que huic materiae congruunt in tracta. expectiuâ. nu. 88.

Aliquando addebat clausula [Et extra locum perpetrati delicti, uel homicidii.] & sic ibi nunquam celebrare poterat: Ratio huius additionis per Signaturam inuentæ, ac denegationis, ne in loco perpetrati delicti celebrare possit. uidetur esse; quia si cut quis puniri debet in eo, in quo deliquit, ad tex. in c. literas. §. f. de tempo. ordina. c. quanto, uersi. cæterum, de transla. episco. c. pastoralis, in f. de iu. patro. ita puniri, seu priuari debet, ne in loco à se offenso celebrare, uel aliquid commodi, seu honoris habere possit, argum. etiam tex. in c. f. de immu. eccl. & generaliter dicimus, non solum quem priuari priuilegio loci ubi deliquit, immo ibi eum puniendum esse, l. 3. f. de offi. præf. l. f. de noxa. l. 1. f. de accusatio. l. 2. C. ubi de cri. agi opor. c. postulati, & c. f. de fo. compe.

Sunt qui contendant, Papam cum homicida uoluntario dispensare non posse quo ad ordines, dicente Domino Davidi, Non ædificabis tu mihi domum ad habitum dum. 1. Paralip. 7. iterum cap. 22. Multum sanguinem effudisti, & plurima bella belasti, non poteris ædificare domum nomini meo tanto effuso sanguine coram me. rursus cap. 28. Non ædificabis domum nomini meo eo quod sis vir bellator, & sanguinem effusseris. Psal. 5. Virum sanguinum, & dolosum abominabitur Dominus. Et Proverb. cap. 6. Manus effudentes sanguinem innoxium odit Deus cap. si quis omnem, uersi. noui rursus. 1. q. 7. & de consec. distinc. 1. in prin. & facere uidetur ca. miror. s. o. distin. & glo. penult. in uer. consilium, in c. sicut dignum de homi. beatus. Thom. secunda secundæ q. 64. art. 7. Specu. de dispense. §. nunc breuiter num. 3. uersic. quinto cum homicida uoluntario. Breuiter in contrarium est ueritas, prout concludit Hostien. & Abb. num. 12. dicit hanc esse communem opin. responderet ad contra-

Q V I N T . M A N D O S I I .

zia, & illa soluit in d.c.sicut dignum, Idem uoluit Cardi. Alex, & alii in c lector 34 di finit. But. & Abb. in c.super eo, de bigam. Fely. in c.ad audientiam. num. 2. & 3. de homi. Et in ueteri testamento habemus, quod dispensatum fuit cum nepote Aaron, qui vocabatur Phinees, & duplex homicidium commiserat, & fuit sibi permisum administrare diuina, Paulus item Apostolus homicida fuit, & tamen diuina ministra uit: unde uidetur quod Dei uicarius similiter dispensare possit.

Quando illi, qui fuerunt praetores, seu potestates, uel Iudices in causis criminalibus, tulerunt ltentias sanguinis, quibus sequuta fuerunt ultima supplicia, uel fuerunt asseffores, seu exequatores petunt rehabilitari ad ordines, & beneficia, eis conceditur rehabilitatio etiam in altaris ministerio, & ad beneficia quæcunque, & licet illis nihil imputari posse, quæ enim fecerunt, amore, & in exequitionem iustitiae gesserunt, ad c. quæ situm 23. q. 4. c. de occidendis, in prin. c. non est iniquitatis. ca. non est crudelis, & in alijs. 23. q. 5. Immo iudex qui a Deo recepit potestatem ad laudem bonorum, & uindictam malorum, ad c. solitæ, de maio. & obe. c. postulasti de homi. bene iudicando, & iuste delinquentes puniendo, non solum non demeretur, sed meretur, iux. Psalm. Beatus qui facit iusticiam omni tempore, & Proverbio. cap. 6. Manus effundentes innoxium sanguinem odit Deus: ergo à contrario sensu manus effundentes sanguinem noxiun non odit, præsertim pro iustitiae conseruatione, & ad tradi. per Abb. in c. 1. num. 6. de rescr. Hæc tamen rehabilitatio est necessaria, tales enim efficiuntur inhabiles, & irregulares. c. si quis uiduam, iunct glo. 1. 5. o. distinct. c. 1. & sequen. 5 1. dist. c. sepe princeps 23. q. 8. c. clericis, & c. sententiam, ne cler. uel monac. c. ex literis, de excess. præla. Staphi. super signa. fol. 193. a ter. uerfic. pari modo datur rehabilitatio & c. Rebus. in praxi tit. de rescr. Rehabili. mixto, nu. 4. & seq. Videantur quæ scripsi in prima q. 5. reg. nu. 20. & seq.

An autem aduocati, & procuratores in causis capitalibus irregulares efficiantur, & sic rehabilitatione indigeant, distinguendum est, aut enim loquimur de aduocatis, seu de procuratoribus contra reos qui ultimo suppicio damnati sunt, & affirmatiue respondendum est, & in hoc omnes concordant per tex. in c. aliquem col. 5. 1. dist. c. his à quibus. 23. q. 8. & per alia iura supra adducta: Aut loquimur de aduocatis, siue de procuratoribus reorum, & sunt opiniones, ut per Hostien. in c. 1. de postu. uerfic. in criminalibus enim, & per Spe. de aduoca. §. 1. num. 8. uerfic. in causa autem criminis nullus clericus. Ioan. And. in c. sententiam, col. 2. uerfic. quid si aduocatus, ne cleric. uel mona. & ibi Abb. num. 15. in 5. quæstio. & latè per Maria. Sozzi. in c. ad audientiam, nu. 29. in 3. quæstio. de homi. Breuerit hoc iure utimur, quod pro reis, & ad defensam, citra incursum alicuius irregularitatis aduocati, & procuratores, interuenire possunt, nullaque propterea absolutione, uel rehabilitatione indigeant: argum. tex. in c. reos 23. q. 5. prout etiam per Aegid. Bossum in sua praxi crimi. titul. de Fa. uo. Defensionis, col. 11. uerfic. & ideo aduocatus ecclesiasticus.

Mirum autem, & durum mihi visum fuit, quod clericus ex lectura literarum principi transmisatarum ab eodem sibi consignatarum, ut eas sibi legeret, in quibus continebatur quendam criminis nomen in tali degere hospitio, eumque ultimo suppicio datum esse, qui facinorosus postea captus, & necatus fuit, irregularis efficiatur, & dispensatione seu rehabilitatione indigeat, prout uoluerunt Hostien. Io. An. et Abb. in c. sententiam, ne cler. uel mona. ubi etiam dicunt Papam Clem. 1. ita respondisse, cum quibus transiit Mar. Sozzi in alleg. c. ad audientiam, po. 1 nu. 30. in 3. quæ. de homi. sequitur etiam Pet. a Baxio in Directo electio. cap. 29. par. 2. nume. 3. Ratio per Docto. adducta est, quia talis clericus legendo literas auxilium ad mortem præstitit: debuit enim uel sibi primò legere, uel saltē cū ad illam particulam literarum peruenit, in qua continebatur quod curaret Dominus ille ut de linquentem capi et pu-

& puniri saceret, id subtiliter, literasq; Domino restituere dicens nos spectare ad ipsius officium literas huiusmodi legere. Facile autem talis rehabilitatio concederetur.

Similiter datur rehabilitatio illis, q; ut secretarij, vel Cäcelarij, aut coqui, vel similes alijus domini in bellis intersuerunt, non aut ut armigeri, in quibus homicidia, rapinae, & incendia commissa fuerunt, & addi debet clausula, videlicet [Attento] q; oratori non interfecit, neque muriatuit, neque incendia, uel rapinas fecit.] Pro hac clausula ad duci potest glo. in e. pe. ibi nisi sua facta exercevit. 51. dist.

Illi autem, qui ut armigeri bellis intersuerunt, rehabilitatio dari non consuevit, ad tex. in sum. & c. i. & alijs: 51. dist. nisi valde nobilibus, & dignis, uel ex aliqua magna causa, sed sola absolutio datur nobilitate, dignitate, uel aliquâ magna causa non concorrente.

Absolutio, & rehabilitatio Phisico, seu Chirugico, qui non obseruauit traditiones, seu præcepta artis, uel negligens fuit, & is cuius curæ & saluti præpositus erat, mortuus est, necessaria erit, ad tex. in c. ad aures. à contrario sensu de qua. & quali. Card. in cle. i. post nu. 12. uer. uel si medicus de homi. uideatur. c. sed nec, & ibi per Doct. & c. sententiam. §. nullus quoque, ne cler. uel mona. & c. tua nos, & ibi Inn. Abb. & Fel. post omnes, de homi.

Homicida uoluntario religionē mendicantium ingredi uolenti datur rehabilitatio ad oēs ordines, etiam in altaris ministerio, arg. tex. in c. i. de fil. presb. ubi illegitiimi ad sacros ordines promoueri prohibentur, nisi siant monaci, quasi religionis ingressus, seu (ut ita dicam) monachatus delicti purget, seu deleat, uel tollat irregularitatem, uel saltē Papam ad dispensandum facilem reddat. c. i. de eo qui ordi. furti. fuisse. c. 2. ibi. Ut fauor religionis ipsius circa eum ualeat dispensari, de apo. Staphi. ubi supra. fo. 193. à ter. Sarnen. in tracta. expectati. nu. 88. uer. & cum uolente ingredi religionem mendicantium, ubi subdit, dispensari etiam cum homicida uoluntario occulito. & Rebuffi. in praxi. titu. de Dispen. cum corpō. uitia. nu. 19.

Absolutio si petatur, pro eo, qui interfecit Abbatē, ieu presbyterū, monachū, uel clericū, si sit absens non conceditur; talia. n. perpetrantes sedem apostolicam uisitare debent pp. enormitatem delicti. c. sicut qui, iun. gl. & c. si quis suadente. 17. q. 4. & si allegetur paupertas, infirmitas, bellum, uel aliud impedimentum temporale, addi debet clausula, videlicet [Et quod cessantibus impedimentis, sedem uisitare Apostolicā.] Idem dicendum, & seruandum est, si non interfecerit, sed mutilauerit membrum: & q; talis, immo etiam qualitercumque quis clericum, uel monachū percusierit, apostolico conspectu se presentare, eiūsque mandatum suscipere debeat, probat text. in alle. c. si quis suadente. 17. q. 4.

Amplio est quoad interficiens moniales, gl. in fi. in præl. c. sicut qui. 17. q. 4. Hypo. de Mars. in l. 1. §. præterea, nu. 30. ff. ad leg. corn. de fica. Item ad beguinias, ad Rot. 331. not. q; clericus, in anti. de quibus beguinis in toto corpore iuris canonici (si rete memini) tantum fit mentio in cle. 2. de reli. domi. & in cle. fi. de hære. De beguinis, & priuilegio illis concessio celebrandi tempore interdicti tractat Fede. de Sen. con. 186. factum est.

An autem hec procedant in interficiens canonican secularēm? puto quod non ex iis quæ uoluit in simi. Bisigné. Dec. 2. de senten. ex commu. in antiquo: subdēns hoc feruare. cancellariam. Vide omnino Mar. Sozz. in c. si quis clericus, nu. 15. de fo. compe. in 12. Decla.

Interficiens, insequens, uel capiens cardinalē munquam absoluueretur, seu rehabilitaretur, immo grauissimis poenis afficeretur, de quibus in c. felicitis, de poenis li. 6. quod non solum emanauit contra interficiētem, in sequentem, percutientem, uel capientem, sed & contra plerosque alios, de quibus ibi.

Q V I N T . M A N D O S I L

Nec et rehabilitarentur interficienes, percutientes, uel bannentes episcopum, seu id mandantes, vel ratum habentes, contra quos, & alios habemus cle. 1. de pœnatis. An plio ad offendentes, uel bannentes episcopum, qui de facto tantum sit episcopus Nic. Mil. in reper. in uer. obtinere dicitur, circa medium, uer. de primo est talis. & Paris. confi. 74. gratia, nu. 2. nol. 4.

Notandum est, & ad hoc absolutions ab homicidiis impetrare uolentes aduentant, qd obtinens absolutionem ab homicidio, seu alio crimine, uel habilitationem non facta mentione alterius homicidij, uel similis delicti illi, à quo hanc absolutionem petit, eius gratia omnino inualida erit, & sicut homicida in pœnam capitum dannari poterit, as si absolutionem non impetrasset, argum. tex. in l. capitalium, versic. quod si correcte, & l. solet. ff. de pœn. & in l. nemo deinceps circa fin. C. de epi. audi. ubi ad hoc not. Bar. in f. l. quicunque. C. de ser. fugi. l. desertorem, uer. si plures. ibi, Qui si iterato hoc admiserunt, pena competenti afficiuntur. ff. de re milit. cap. cum haberet, de eo qui duxit in matrimo. c. hoc ueltræ, cum gl. 1. 11. distin. Barba. in c. super literis, & Fel. in c. postulasti, col. 4. uers. & per istum tex. potest inferri, de rescrip. l. in l. præscriptione, nu. 32. C. si contra ius uel uti. pub. Par. confi. 1. nu. 70. libro 1. Videatur pro præmissis pulcher tex. in c. diaconi. §. certe, uer. si in peccatis usque ad mortem illicite perduramus, assidue peccantium non miseretur Deus. 93. dist. & in l. 3. ad fi. ubi etiam. Bal. C. de epi. audien.

Ratio præcipua huius conclusionis quæ primo aspectu rigida, & severa omnibus uideri potest, ea ex locis supra citatis & nunc citandis sumi potest, quod iteratio eiusdem delicti delictum aggrauat ita: ut recedatur à communibus, & ordinariis regulis, hinc uidemus, qd delicta extra territorium commissum iuncto delicto intra territoriū cōmiso augēt pœnam, & farta inibi cōmissa qualificant & aggrauant furtum in territorio perpetratū, adeo ut acrius puniri, imo talis sur suspensi possit ex pulchra theo rica Bar. in l. cui. §. cum sacrilegiū. in f. ff. de accus. sequuntur And. Barba. confi. 11. illud afferam ad fi. lib. 2. pro quo, & pro simili casu concludunt Bai. in auth. qui semel nu. 25. ver. no. hoc uerbum C. quomo. & quan. jud. Anto. Corset. in singu. in uer. statuto cauetur qd homicida. Fel. in c. sicut, nu. 4. super gl. in uer. adulterio, ubi in f. hanc communem supponit alios citans, de retti. Nic. Boe. Dec. 164. alia insuper, ante nu. 6. Hęc ego adducebam Doctissimo, & primario Aduocato Tusco D. Dominico Bōsio, qui in hanc eandem sententiam uenit postquam plura in contrarium urgentia, & subtilia argumenta protulisset.

An autem peccata dimissa re deant, obscura, & perplexa quæstio est, ut præmittit Magister Senten lib. 4. dist. 27. plura notatu digna more sua adducens.

Insuper aduentendū est, qd contra homicidas, ac rixosos, seu tumultuosos emanarunt plures constitutiones diuersorum Rom. Pont. quæ ad hoc tendunt, ut pacata, et quieta sit hęc urbs, cum reliquo dominio ecclesiastico, malisq; hominibus careat. iuxta text. in l. 3. & in l. congruum. ff. de offic. præfid. & in l. 1. §. quies quoque populosum. ff. de officio præfect. urbano. quas constitutiones audio nunc comprobandas, ac innouandas esse. At qui in illas inciderit, absolutionemque, uel quamvis gratiam aduersus illas impetrans, ut subsistant, his, uel similibus clausulis uti omnino debet. [Non obstan. præmissis, ac const. & ord. apostolicis, nec non Pii II. Sixti IIII. Iulij II. Leonis X. Cle. VII. ac quorumcunque aliorum. S.V. prædecessorum, ac S.V. literis, cum quibusuis uerborum clausulis, etiam fortissimis, ac dero gatoriarum derogatorijs sub quibusuis tenoribus, & decretis quomodolibet concessis, confirmatis &c. etiam si de ijs specialis, & individua, & non per clausulas generales mentio facienda, uel totus tenor inferendus esset, etiam si in illis expresse caueatur, qd sint similes gratiæ nullæ nisi per trias literas cum interuallo certi temporis concessæ,

concessę, ac specificata, & determinata cā exprimeretur, quæ Ro. Pont. induceret ad derogandum literis Sixti p̄fati, seu aliorum Rom. Pont.] Has clausulas inueni, ut nobilis D. Io. Vincentio Strambono mihi amissimmo morem gererem, cuidamq̄ re scripto addidi à peritissimo quodam Rom. Praxis fabricato, quod absq̄ne iis clausulis omnino invalidum fuisset.

Tp̄e Pauli III. rogauit me pr̄latus magnus, ut in fauore sui familiaris charissimis ex diœcesi Camerinen. qui homicidium, & alia crima detestabiliora perpetrauerat, clausulam validam excogitarem, qua imperata eius familiaris in tuto esset: Ego sic illam concepi. [Ipsumq; specialibus fauoribus, & gratiis prosequendo, eundē orationem ab hmoi homicidij reatu, ac omnibus, & singulis excessibus, delictis, & crimibus qualitercunque & quocunque usque in presentem diem, et forsitan dicto homicidio maiorib. & grauioribus, cuiuscunq; qualitatis sunt, etiam iteratis, & reiteratis uicibus et occasione militie, uel alia quacunque et inexcogitabili per eum perpetratis. &c.] Supplicatione postea signata cum premissa, & aliis clausulis, & uerbis praegnantiibus uidi, & legi. Pro dicta clausula, & hmoi formula adducebam uerba refcripsi, seu epistola Regis Demetrii posita. i. Machab. c. 13. Remittimus quoque ignorantia, & peccata usque in hodiernum diem. &c.

Poltremo circa homicidias uoluntarios, & alios non ex proposito, sed casu, uel uim ui repellendo, uide que in præalle. Conc. Trident. Sessio 4. sub Julio III. alias 14. statuta sunt, capit. 7. in Decre. Resor. incipient. Cum etiam qui per industriam occiderit.

ABSOLVTIO AB HAERESI.

Absolutiones ab haeresi, si extra curiam, committuntur Inquisitoribus illarum partium, si in Curia nemo se intromittit, nisi Sancta Inquisitio, ac illi praefecti. Et haeresis propriè dicitur error in fide. c. 3. & ibi gl. & Doct. de haere. & heretici dicuntur membra diaboli, ut in dicto. c. 3. & fugiendi sunt, nec salutandi quidem, Iohann. 2. ca. 1. Qui enim dicit illi, aue &c. & odit Deus sacrificia hereticorum, & a se proiicit. cap. odit Deus. & c. seq. c. non oportet, & c. si quis inquit. t. q. 1.

Haeticus propriè quis dicitur in duobus casibus, quando aliter sentit de articulis fidei, quam Ro. Eccles. 6. & quando quis male sentit de sacramentis ecclesiæ. c. firmissime, & ibi per Hostien. Abb. & alios de haeret. & ita communiter tenere Docto, dicit Boss. titu. de haeret. nu. 1.

Amplius ut haeticus etiam uerè dicitur is qui habet peruersum dogma, uel nouas gignit opiniones falsas, aut ueteres falsas, & ab ecclesia damnatas sequitur, gloss. penulti. in cle. uni. de usu. Fran. Squillacen. in tracta. de fide catho. cap. 1. 4. unde assertens simplicem fornicationem non esse peccatum iudicatus fuit haeticus. iuxta Dec. Tholo. Austr. 346. Item fuit queſitum uel dicens perurium non esse peccatum mortale. Bellen. conf. 78. nu. 6.

Tam detestanda est haeresis ut pro haertico accusato, uel inquisito nō possit impune absq; licentia. comparare, & haec communis op̄i. dicitur ex mete doct. afflit. super prima part. consti. Regni. rub. 1. nu. 43.

Nō datur absolutio, nisi facta publicè abiurazione, postquam si quis iterum in haeretim reincidat, grauiter punitur propter relapsum, & pertinaciam, ad tex. in c. Super eo, & in c. accusatus, de haer. lib. 6. gl. in c. ad abolendam eo. ad gl. pe. in uer. haerencū, in cle. uni. de usu. & lmo. super ea. nu. 28. & alios, & per Abb. in c. at si clerici, nu. 37. uer. ad tertium quæ sint crimina, de iudi. & in tracta. Fran. Squillacen. de fide catholica. cap. 19. ubi de relapso, & eius poena.

Relapsus propriè dicitur, qui lapsus cōuersus recidivauit, uel post abiurationem.

Q VI N A T O M A N D O S I I .

In hæresim incidit, prout colligitur ex uerbis Apostoli ad Titum c. f. Hæreticum hominem, inquit, post unam, & secundam correctionem deuita, sciens quia subuersus est qui eiusmodi est, & delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus. c. ad aboleniam, & c. excommunicamus. s. liqui uero ex eis, de hæret. Cald: consi. 2. nu. 2. uerbi ad id quod dicitur de relapso, sub eo. tit. Sic & flumina relabi dicuntur, dum fluxum iterat. Hora. 1. Carmi. Od. 29. Quis neget arduis, pronus relabi posse riuis motibus?

Recidivus etiam in alia materia quis dicatur, uideatur tex. in c. quidam, de apost. & Gl. pragma de concubina. s. qui si post dispensationem reciduo uomitu, in uerb. recidivo.

Publicam abiurationem nostræ similem habes tu humanista apud Hora. Carmini lib. 1. ubi inquit. Parcus deorum cultor, & infrequens insaniens dum sapientæ consultus erro, nunc retrorsum uela dare, atque iterare cursus & cubi pœnitere se afferit pp. lapsum in impietatem, ex quo epicureorum tentantiam sectatus fuisse, qui deuī humanum curare negant. Et merito ille doctissimus poeta hoc epicureorum decretū insanum vocat, quod èt ab insana, & furente Didone prolaru inuenientes apud Virgil. Aeneidos li. 4. scilicet is superflus labor est, ea cura quietos sollicitat. profitetur Hora tuis respere uelle, & iis accedere, qui Dei prouidentia omnia administrari putant.

Hæresim infra quantū tempus liceat abiurare, tractant Doct. in præalle. c. ad abolēdam, Arch. in c. ut commissi. de hære. li. 6. late Boe. dec. 341 inquisitus de hæresi, & dec. 343. Bertran. consi. 2. 1. 2. quia post confessionem. lib. 2. in anti-

Vltra absolutionē erga hæreticos, datur èt aliquā rehabilitatio, uel dispēratio, & à solo summo Pontifice. Mil. in Reper. in uer. dispensare non potest. ep̄s in hæresi. Et qua tuor modis secū dispensari potest, uel semiplenē, videlicet. Qd̄ ad minores ordines, p̄ moueri possint. c. si quis hæreticē. 1. q. 1. uel plenē. Ut sacerdotes effici possint. c. conuenientibus. 1. q. 7. uel plenius. Ut ep̄s, sed non primas fieri possit. c. nos consuetudine. 1. : diu uel plenissime. Quando ad omnes ordines, & dignitates promoueri possint cuiuspius pietas. 2. 4. q. 4. Pro quibus omnibus per gl. fi. in præalle. c. nos consuetudinem, & illam gl. sequitur Spec. de dispensatio. s. qualiter aut col. 2. uer. qualiter, & in quibus dispensetur cum redeunte ab hæresi.

Dispēsatū fuerat p̄ Ale. VI. in fauore filii cuiusdā cōdēnatū, & relaxati curia seculari, ut posset hære bñficia & oia alia & c. corā bo. me. ep̄o Mariscano in Hispale. Portionis inter Io. de Morillas ex una, & Io. Martinez ex altera, die 10. Martij 1541. fuit i Rota dubitatu, & disputatu an gratia illius subreptitia, & cōsequēter inualida esset, q̄a nō fuerat expressa qualitas; q̄ ille erat filius nō tm̄ hæretici, sed hæresharchæ, qd̄ si Papa sciūsset, uel cū filio hæresharchæ nō dispēsat̄set, uel saltē difficultius. fuit p̄ Rotam tandem cōclusū q̄ dispēsat̄ erat bono, & nō subreptitia, & p̄ hoc Rotæ decreto adducēbatur Dec. Bellame. 333 in cā, pur annotatū inueni in quibusdā Recolictis Io. Mchedani Rota Auditoris. Cōtraria soluebātur ex illa cōclusiōe, q̄ est, q̄ nō oia q̄ Papa difficultiore redderēt, narrāda, seu exprimēda necessariō fuit, sed illa tantum de quib. in iure cautum est ut narrari, seu exprimi debeant, ad Fel. in c. super literis. de rescr.

Hodie cōtra hæreticos, & de fide male sētiētes Sanctis. D. N. Pius. V. hæresi extirpatōr, ita prudēter, ac nō minus piē, q̄ iuste p̄cedit, èt p̄ se ipsum cū interūetu præclarorū. D. Cardinaliū ad id electorū oia intelligēs, ac discutiēs, ut nihil ultra desiderari possit. Philippus itē Hispaniarum Rex uerē catholicus perditissimos hæreticos insequitur, illos debitiss pœnis, ac suppliciis affici curās, iuxta documentum diui Augustini li. 2. cōtra Gaudētij Epistolā de hæreticis sub ijs uerbis. Hoc hominū genus p̄ imperatoriam curā corrigi debet. Et super Iohannē abunde docet Imperatores, & Principes catholicos, uti debere gladio cōtra hæreticos. Sic & Cōstātinus impator Arriū cū adhæretib. in exiliū dānauit, quia nolebat adhære cōcilio Niceno. 1. ma nicheos.

nichoos. C. de hær. Theodosius imperator puniuit hæreticos manicheos, omniumq; bonorū possessione, & omni successione priuauit, post mortēq; admisit inquisitionē fieri Larriani. C. de here. iun. l. ultimum supplicium. ff. de pen. Valentianus, ne Manichei in solo Romano conuenienti, morandive facultatem haberent, statuit, illosque ultimo supplicio tradendos esse decreuit. l. quicunque. §. ulti. C. eo. Spero nouum Imperatorem Maximilianū I. uerae religionis assertorem horū, & aliorum exēplis, propriaq; uirtute excitatum hæc, & maiora facturum, in impiosque, ac in omnes hæreticos, forti manu seuerissime animaduersurum, hæresesq; radicitus extirpaturum.

A B S O L V T I O A M A L A F R U C T V V M. P E R C E P T I O N E.

Absolutio à mala fructuum perceptione, & rehabilitatio concedi solet, & pro cōpositione solui deberent integrī fructus percepti, seu potius usurpati, ex gratia tamen nonnunquam solum medietas soluebatur.

Et ego super fructibus male perceptis ex beneficio Brixien. pro quodam magno prælato, qui post resignationem rursus & uacationem suæ ecclesiæ intrusus possestionem continuauit iuxta tex. in c. cum dilectus z. post prin. ibi. Quas ipse nihil detinuit. de purga. cano. & per Paris. con. 143. nu. 18. uol. 4. absolutionem obtinui in amplissima forma.

Necessaria est hæc habilitatio, fructus. n. indebetē percipiens inhabilis efficitur, ac rehabilitatione indiget. c. in literis, de rest. spol. c. dudum 2. & ibi Abb. & alij de elec̄tio. Io. An. in addi. ad Spec. in tit. de dispensatione. §. uidendum, circa si. uer. sed pope aliquis dicens, qd Papa Iohannes mandauit dimidiam fructuum à quodam suo scholeari indebetē perceptorum solui Camerae suæ, idem uult Mil. in reper. in uer. gratiā beneficij impetrans, licet de beneficio, Fel. in c. in nostra, corre. z. uer. & adde quod non solum de iniusta detentione, de rescr. Syl. de bene. par. 3. q. 11. post nu. 4. uers. & non solum est facienda mentio, Rebuff. in praxi in 3. par. signa. in uer. necnon iuris patronatus, nu. 5. 6. & seq. & de dispensatio. cum regula, pag. 325. num. 66. & seq. Grāma. confi. cui. 144.

Proximè dicta limitari possunt iuxta nota. in lib. nuncupato Prouin. fol. 62. uersific. quando quis possedit, & percepit fructus de facto contra ius scriptum, aliàs non, arg. tex. in c. is qui, de senten. excomm. lib. 6. pro quibus adduci potest Glo. pragma. de pigno. cul. diui. col. pe. in uer. amittat: Non tenebitur igitur absolutionem petere, uel rehabilitationem propter malam fructuum perceptionem, si quis fructus male percepit, puta contra Regulas Cancelleriæ, uel contra aliquam referuationem in corpore iuris non clausam, & similia, quæ iustè, impetrans ignorare potuit. Hæc est magna li- mitatio, si uera est, hic non discutio, plura enim pro ea dilucidāda tractanda uenirent.

Possunt etiam limitari prædicta, ut solum procedant, quando quis ex perceptione fructuum factus est inhabilis, præalle. c. in literis, de rest. spolia. & c. quisquis, de elec̄tio. alioqui secus dicendum sit, Hostien. Io. An. & alij in c. dudum, de elec̄t. Autre. dec. Tholosa. 483. Fel. in c. postulasti, col. pe. de rescr. Rebuff. super concor. in for. Mada. Apo. in uer. pro expressis, vers. quinto etiam de fructibus.

Amplia ut ēt in gratia [Si neutri.] sit necessaria mentio fructuum male perceptorum, alioqui dicta gratia corruat, prout Dec. Ptol. 48. incip. Cöchen. paro. S. Michaelis.

Amplia ut expressio fructuum male perceptorum facienda sit, & rehabilitatio obtinenda, etiam si huiusmodi fructus sufficiunt modici, puta ualoris unius, seu dimidii aurei, etiam si de intrusione in genere mentio facta sufficit: tum quia subreptio quæcumque etiam minima in beneficialibus uitiat. cap. si proponente. de rescr. c. si motu pro-

Q V I N T . M A N D O S I I .

prio, eo, tit. libro 6. Et furtum committitur in uno ovo. glo. in uersicu. qui furandi, in §. gallinarum, Institut. de rer. diui. Tum quia si Papa intellexisset, q̄ iste fuerit tan te temeritatis quōd sine titulo fructus usurpasset, ei gratiam non concessisset, prout in propriis terminis habemus Dec. Putei 12. de prab. inci. taciturnitas modicorum fructuum, ubi etiam q̄ ita pronunciatum fuit in Rota.

Luxta consuetudinem ecclesiarum in Hispaniis, & quarundam aliarum pars fructuum, & reddituum beneficiorum pro fabrica erogari debet, quæ consuetudo rationabilis est, ad tex. in extraua. suscepti, de electio. Io. 22. Oldra. consi. 112. statutum factum, Gemin. qui distinguendo opin. concordat in cap. si propter nume. 8. de rescri. lib. 6. Lamber. de iu. patro. libro 3. quaest. 2. art. 8. num. 1. fo. 388. & quōd ēt de iure pars fructuum pro fabrica distribui debeat, probat tex. in ca. concessio , & ca. seq. 11. quaestio . Nunc nobilis, & magnus antites (pro quo ego plura adduxi) sup plicat se in utroque foro absolui à parte fructuum bellorum tempore perceptorum in fabrica usum, iuxta dictam consuetudinem non conuersa, nil haec tenus desuper d. cretum fuit.

Casum, in quo absolutio prēmissa seu compositio super fructibus malè perceptis propter non residentiam non sufficeret, uide in Decre. Refor. Conc. Trident. Sessione. 23. alias 7. sub Pio III. cap. 1. col. 3. uer. si quis autem, ibi Prohibita quacunque con uentione, uel compositione, quæ pro fructibus malè perceptis appellatur, ex qua etiam prēdicti fructus in totum, aut pro parte ei remitterentur &c.

A B S O L V T I O A B E X C O M M U N I C A T I O N E .

Absolutio ab excommunicatione concedi consuevit in impetracionibus quārumcunque gratiarum ad effectum ualiditatis, & subsitentiae illarum, quæ aliās non uarent, & nullæ essent. c. postulatis, de cleri. excomm. mini Rot. 362. no. quōd excommunicato, in anti. Staphi. super signa. fol. 8. à ter. uersi. uerior tamen uidetur, Amplio ēt si sit excommunicatus occultus, ad Dec. Casla. 1. de prab. & propterea in omnibus rescriptis gratiæ ponitur clausula [Et cum absolutione à censuris ad effectum &c.] quæ postea in literis extenditur hoc modo, uidelicet [Teque à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis, quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum presentium absoluentes &c.] de qua clausula videatur Staphi. ubi supra. fo. 82. uer. teque, qua clausula, vt alias dixi, operatur impetracionis ualiditatem, ad tradi. per Fel. Dec. & alios, in ca. apostolice, in prin. de exceptio.

Verum plerunque contingit, quōd absolutio ab excommunicatione, etiam in utroque foro, seorsum ab aliis gratijs impetratur, uel quia excommunicatus non vult amplius in excommunicatione persistere, vel quererit posse sibi ualidē ab ordinatione beneficium conferri, quia ab excommunicatione Papæ reseruata absoluerere non posse, clem. grauis, de senten. excomm. c. felicis, de poen. lib. 6. c. ad eminentiam, ubi Fel. num. 2. & seq. de senten. excomm. & nisi sit calus exorbitans, absolutio denegari non consuevit.

Aliquando quis est excommunicatus ob manifestā offensam, & tūc absolutio denegatur. c. ex parte 1. & c. seq. de uer. sig. c. soli, de senten. excomm. lib. 6. vbi excluditur etiam absolutio ad cautelam, glo. fi. ante fi. in c. ab excommunicato, de rescr. Ant. de Br. & ali. in c. 1. de iudi. Mil. in reper. in uer. excommunicatus pro manifesta offensa, & in uer. excommunicatus pro manifesta contumacia.

Excommunicatus majori excommunicatione celebrans, qui irregularis efficitur, ad ea quæ scripti supra, dum de priuationibus tractauit, à solo Papa absolui, dispensari,

spensari, seu habilitari potest. cap. 1. ante fin. de re iudi. libro. 6. Geminia. in c. 1. §. caueant, num. 3. uer. not. quod solus Papa, de senten. excomm. lib. 6. & hæc habilitatio difficile obtinetur.

Absolutio ab excommunicatione non suffragaretur excommunicato, ex quo literas Papæ falsificauit, seu in illis manum apposuit, ea ratione, quia delictum hoc gravissimum habet. c. ad falsariorum, & ibi Ioan. And. Abb. & Mat. Sozzi. de crimin. fal. Hostien. in summ. eo. §. porrò. uersi. sed hodie subdit præceptum esse, quod in lite ris Papæ, nec in magno, nec in modico audeat quis manum apponere, etiam literam unicam, uel punctum unicum corrigendo exceptis officialibus, quibus hoc est commisum, alioqui manum apponens ex canone lato in curia ipso facta sententiam excommunicationis incurrit, quæ non potest per aliquem, citra Sedem apostolicam relataxari. Hæc ille. Habemus item Bullam in eccl. domini, quæ quolibet anno in die Louis hebdomadae sanctæ in conspectu ipsius Papæ per duos Cardinales, astante populo in platea S. Petri legitur per unum, videelicet latino sermone, per alterum uero vulgarium, ne quis ignorantiam prætendere possit, de qua bulla loquitur Fel. in c. ex parte. 1. post nu. 18. ver. & qui apponit manus, & uero. & dic quod excommunicantur in p. celso, de rescrip. Amplio etiam ad falsantes brevia, prout per Sarnen. in tracta. Breuium num. 5.

Absolutio hominis non suffragatur impedientib. nuncios apostolicos, & aliis de quibus Regula 76. iuxta ordinem modernum, nec illis qui per annum insorduerunt. Doc. qui alias refert Dec. 290. nu. 3. Rolan. de Valle. con. 46. nu. 37. lib. 1.

SI IN EVIDENTEM.

Rescriptum [Si in evidentem.] sic nuncupatur, quia eius conclusio est, quod committatur uicario urbis si in Rom. Cu. si uero extra eam ordinario, seu alicui, uel aliquibus probis viris in partibus illis, cum clausula [Vel eorum alteri.] ut contigit sibi, quod venditio, seu locatio, vel permutatio, seu emphiteusis in evidentem utilitatem ecclesiæ. N. cesserit, & cedat, uentionem, locationem, permutationem, seu emphiteusim eandem cum omnibus, & singulis pactis, & conuentionibus in ea appositis comprobet, & confirmet, seu comprobent, & confirment; omnesque, & singulos, tam iuris, quam facti defectus, si qui sorsam interuenissent, suppletant, seu suppleant, cum potestate citandi &c. ponitur. Et breue. S. V. hac supplicatione interclusa. Attento quod prædicti valor non excedit centum ducatos, seu attento, quod annuus census, seu annuus ualor non excedit summam quinque ducatorum auri de camera.

Et hæc uerba [In evidentem utilitatem utilitatem.] habes et in l. 2. ff. de constitut. principi. vbi quod evidens utilitas multum operatur, etiam ut recedatur ab eo iure quod diu æquum viatum fuit. Et evidens accipitur proclaro, aperto, & omnibus noto, iuxta tex. in l. sed & si pupillus, uero. proscribere palam. ff. de instituto. Dictio, si, in hoc rescripto conditionem facit, ad l. 2. post prin. l. his legatis. §. si ita scriptum, & l. demonstratio. §. an si conditionaliter. ff. de conditio. & demonstratio. l. ex facto. §. fin. ff. ad Trebel.

Si valor excedat centum ducatos, vel annuus redditus sit ultra quinque ducatos similes non datur per breue, sed debent literæ expediti, si extra curiam. Et in omni caso addi debet per Referendarium in calce supplicationis hæc verba, videlicet. [Et si in evidentem] De hoc rescripto, & eius clausulis videatur plene per Staphi. super magna. fo. 188. ver. datur p. breue, ad quod se remittit Rebuffi. in praxi, dum de breui tractat pag. 453. num. 39. videatur etiam per Sarnen. in tractat. breuium num. 22. versi. Solet etiam concedi per breue licentia vendendi &c. qui tamen de Staphi. nullam

Q V I N T . M A N D O S I I .

mentionem facit.

Dum autē Signatura æquiparat, q̄ ualor rei excedat centum ducatos, uel illius redditus sint ultra ducatos quinq; hac ratione factum esse crediderim, quia pretium rei secundum redditum consideratur iux.tex. in Auth. de non alie. S. quod autem, in fi. & in l. si fundum, ubi ad hoc illum tex. notat ibi glo. i. ff. de lega. i. & pro sumi li æquiparatione est tex. in l. si quos. ibi [Qualitas rei, & creditū quantitas æstimetur.] C. de rescin. uendi. & Romę dicimus domum ualere mille, quia communiter locatur, & conductur quinquaginta ducatis.

Quare autem per Signaturam limitari consueuerint huiusmodi concessiones per illam clausulam [Atento quod annuus valor non excedit summam quinque ducatorum.] potest responderi, q̄ hæc sunt arbitraria. Rursus quod non omnium, quæ a maioribus nostris tradita sunt, ratio reddi potest. iux.tex. in l. non omnium. ff. de legib. Exquisitus uero perscrutanti occurret text. in l. diuus. ff. de bon. damnato. ibi. Aut leues anulos, id est qui rem non excedunt aureorum quinque, & sic quinque aurei habentur pro parua summa, unde merito pro illa, Signatura non curer literarum expeditionem, & sic graues impensas.

Suppletio defectuum deleri debet, præsertim si defectus in supplicatione in specie non narrantur, prout etiam supponit Hier. Pau. in lib. nuncupato prouinciale. fo. 64 uer. si petantur suppleri defectus.

Supplicatione super gratia. [Si in evidentem.] signata per [Fiat ut petitur.] literæ expediti poterunt cum suppletione defectuum, prout notauit Hier. Pau. ubi supra, ibi. vel per fiat ut petitur, supplicatio signata fuerit, super hoc, & altero quod præmi si habemus regulam Cancellariae. 39. iux. ordinem antiquum ibi declaro, quid opere tur illa clausula. [Supplentes defectus.] & qui defectus suppleantur.

Emanauit bulla à Sanctiss. D. N. Paulo III. sub data pridiè idus Iulii anno. I. ad futuram rei memoriam, super rescilione alienationum bonorum ecclesiasticorum in damnum ecclesiarum, seu non seruatis solemnitatibus à iure requisitis, aut si alias nulliter factæ sint, & concurrente uno ex illis tribus irritantur quæcunq; bonorum ecclesiasticorum alienationes, quantumuis longa temporis præscriptione non obstante, & constitutionem hanc fundat super illa Simachii Papæ videlicet. c. non licet Pap. 12. q. 2. & super alia pauli II. uidelicet extraua, ambitiosæ de reb. eccl. non alie. nter conmu.

Emanauit ab eodem Paulo III. successiù motus proprius, per quem committebatur. R. D. Auditori Cameræ, q̄ constitutionem præmisitam exequitioni demandaret, moneretq; reos, & iurium ecclesiarum detentores, ut bona ecclesiastica huiusmodi relaxent, & de fructibus satisfaciant, uel quamobrem id facere non teneantur docent, alioqui tempore ad id præfixo elapso, & quare ad id non teneantur non docto, ad censuras ecclesiasticas, bracchium seculare &c. procedet.

Vigore dictæ constitutionis Paulinæ, & Motus proprii prædicti plures lites fusi tata sunt, quarum aliquæ adhuc sub iudice sunt, pluresque conuicti, & compulsi fuerunt ad restituenda bona prædicta alienata.

Sola causa legitima alienandi, seu sola solemnitates, neque ex forma Paulinæ, neque de iure antiquiori sufficiunt. cap. sine exceptione. 12. quæstio. 2. gloss. pen. in cap. i. & ibi Abb. de restitu. in integ. c. i. de reb. eccl. non alie. Gemini. consi. 48. presbyter Franciscus, num. 3. Dec. qui plures allegat, & hanc dicit esse communem opinionem, consi. 242. & pro tenui nu. 4. & in dictis locis declaratur, quæ sint legitimæ causæ.

Solemnitates, quæ, & quales requirantur à iure, & consequenter à constitutione Paulina, longum esset recensere, ego puto, quod Paulina non requiri-

quārat solemnitates à iure ciuili requisitas, prout in l. iubemus. cum authen. hoc ius porrectum. C. de sacro. eccl. & per Ang. in repe. l. quod in libellum col. 9. C. de fi. in stru. & iu. hastæ fissa. sed illas, quæ à iure canonico requiruntur, quæ pauciores sūt, prò quibus uideatur præall. consi. Gem. 48. & consi. Sozzi. 29. uiso quodam nu. 3. & 5. ac nu. 16. & seq. lib. 1.

Ego dictam constitutionem Paulinam dicebam locum sibi non uendicare solemnitatibus non interuenientibus, si alienatio facta fuisset per aliquem summum Pon tificem prædecessorem, seu si fiet per successorem motus auctoritate Abb. consi. 41. uidendum est col. 1. num. 3. uersi. item omnis solemnitas lib. 1. Phi. Fran. in c. 1. nu. 29. in 13. limi. de reb. eccl. non alie. lib. 6. & Dec. Neapo. Capit. 16. in causa, colum. 2. in fin.

Insuper contendebam Paulinæ non esse locum, si in bulla, seu breui derogatum fuisset præalle. c. non licet. 12. q. 2. & extraua. ambitioſe Pau. 2. à quibus iuribus solemnitates seruanda eliciuntur, subdebamque negari non posse Pau. III. & alios dictis iuribus derogare potuisse, ad tex. in l. relegari, iun. gl. fi. fi. de pœn. & c. innotuit de electi. Plura alia adducebam in causa Amerina Caſtri, pro seruanda alienatione facta per Pau. III. Ciuitati Ameiæ de Caſtro. S. Liberat.

Quæ autem præscriptio tollatur per constitutiouem Paulinam, & an illa ultra cē tum annos, seu tanti temporis, in cuius contrarium memoria hominum non existat, hic non discutio, uideatur in simili tex. in Auth. ut de c. xte. com. eccl. colla. 5. ibi. Nullaque ei temporis præscriptione in hoc obijcienda, cum gl. in uer. nulla, & ibi Ange. idem Ange. in l. 1. C. ne rei domi. uel tempo. & Ludo. Roma. in l. 1. num. 4. ff. de usuca. Pro quibus etiam, & quod præscriptio immémorabilis, immo etiam quadagenaria non tollatur per clausulam non obstante lapsu temporis, uide Barth. Caſſen. qui etiam alios citat con. 54. ex narra tis; nume. 5. 2. & seq. uersi. quæ quidem præ scriptio tanti temporis.

Pauli III. constitutio præmissa per Pium IIII. 3. Idus Septembriſ, anno eius 1. in uim motus proprii fuit reducta ad uiam iuris tanquam nimis rigorosa, postea ue rō xv. Kal. Iunij anno VI. Similem constitutionem Paulinæ idem Pius IIII. edidit: hec rescripta inuenies inter bullas diuersas.

Consensus super illis alienationibus, super quibus gratia [Si in euidentē.] Impe tratur, siue canonicorum, siue clericorum, siue alicuius capituli, uel collegij per tex. in ca. fine exceptione. 12. q. 2. & per alia iura requiritus, debet esse expressus, tacitus enim non sufficeret, prout uoluit Archid. in d. cap. fine exceptione, nume. 6. in uer. taciturnitas Ioan. And. in ca. is qui tacet, colum. 4. dum tertiam quæſtio realiſum, de regu. iur. lib. 6. Parif. consi. 31. circa præsentem nume. 16. uers. prout etiam ruit uolu. 4.

In rescriptis [Si in euidentem.] Concedendis in deputatione iudicū, quibus il la diriguntur, & in processibus super illa fabricandis, maior hodie cura, quā iam consueuerit, adhibetur, & supplicationes gratiarum. [Si in euidētem.] Propontuntur coram Sanctissimo, & in Ro. Cu. (ut præmisī) committitur Vicario urbis; extra Cu riam uero apponi solet clausula per Signaturam uidelicet. [Et committatur ordina rio, & primam, seu principalem dignitatem obtinenti, ac uni canonico. ecclesiæ ca thedralis coniunctim.]

Rescriptum [Si in euidentem.] Super alienatione, uel distractione rerum immo bilium impetrari consuevit; an autem super mobilibus preciosis requiratur, uide tur affirmatiuè respondendum esse, nō bilia enīm preciosa immobilibus æquiparan tur, extraua. ambitioſe in prin. Pau. II. & post Abb. concludit Glo. pragma. rub. de pi gno. cult. diui.

Q V I N T . M A N D O S I I

Annui redditus, an computentur inter immobilia, est text. in cle. exiij §. cumq; annui redditus inter immobilia, de uer. signi. idem uoluit Fed. de Sen. consl. 12. fratres, nu. 4. Paris. consl. 31. circa presentem, nu. 8 uol. 4.

An in alienatione bonorum hospitalium præmissa procedant, & equiparentur quæ bonis ecclesiasticis, crederem quod sic, ad tex. in §. nos igitur. in Authen. de nō alie. & in auth. hoc ius porrectum est ad omnem uenerabilem locum, omnèque collegium, quod actio pia constituit, ut nec res eorum pignorentur, ubi Bal. num. 2. C. de sacrosan. eccl. ad quod pondero etiam uerba extraua, ambitione. uerbi alienanti uero bona eccliarum, monasteriorum, locorumque piorum quorumlibet; illa di-ctio, quorumlibet, juncta uerbis, locorum piorum, omnia penitus loca pia compre-hendet, ad l. si pluribus, ubi gl. Bar. & Imol. ff. de leg. 2. per Bar. in l. hoc articulo nu. 3. ff. de hære. institu.

Quæro an habenti regressum non citato præjudicet locatio fructuum ad lögum tempus per prælatum, seu rectorem in uim rescripti [Si in evidentem.] Facta, seu confirmata in quo aderat clausula [Etiam quo ad successores.] Pro opin. negatiua facit, quia locatio, seu illius confirmatio fuit cum solita clausula [Si in evidentem.] Et sic supponitur in hoc utilitas eccliarum, quæ Papam magis mouere debet quam interesse prælati, seu rectoris: Nihilque interesse uideatur, an quis succedat uirtute regressus, an per obitum, in quolibet enim casu successor uocari posset, ergo siue per obitum, siue in uim regressus comprehendetur sub illa clausula [Etiam quoad successores.] Verbum igitur, successori, conuenit habenti regressum, ergo & dispoitio de successore loquens. argu. tex. in l. dies cautioni §. toties ff. de dam. inf. & in l. ita autem, in prin. ff. de adm. tuto. & utrobique Bar. & in c. indemnitatis. §. pe-nul. de electio. lib. vi. Pro opin. uero affirmativa, quæ uerior est, ponderari potest q; locatio in utilitatē prælati non obligat successorem glo. in uer. terminum, in c. fine præla. ui. suas Rot. 232. si prælatus, in no. Alex. consl. 160. uiso, uol. 6. Hyer. Gig. de pensio. q. 88. n. 1. Et sic cessat illa clausula [Etiam quoad successores.] Quæ locum sibi uendicaret in locatione facta nomine eccliarum, non in fauorem prælati seu rectoris. Verum concessio quod suisser nomine, & in utilitatem eccliarum, quo casu interueniente superioris auctoritate successor obligatur. c. 1. de solutio. Gemini. consl. 17. pro declaratione, & Sozzi. consl. 34. num. 4. lib. 3. Vel in omoem casum admittamus locum esse prædictæ clausulae. [Etiam quo ad successores] Adhuc interpretatio fieri non poterit de habente regresum: tum quia Papa per dictam, & aliam quancunq; clausulam non præsumitur iustitiæ tollere uoluisse. c. super eo. de offi. deele. Doct. in c. cum causam 2. de testi. Insuper diuersa est ratio inter successorem, & habétem regresum, ille enim incertus est, cum penitus ignoretur quis futurus sit, & sic mo-nert, uel de hac locatione certior reddi non potuit, qui non poterit postea contradi-cere cum sit facta locatio nomine, & in fauorem eccliarum: uel propter illam clausulam. [Etiam quo ad successores.] Sed habens regresum certus erat futurus successor, prætendens etiam ius saltum ad rem de præsenti debebat sibi intimari cum pos-set prætendere interesse. ad Rot. 3, o. licet in causis, in no. Alex. consl. 5 in causa, li-2. & Felin. in c. exhibita, de iudi. Et ita conclusum inuenies per R. Dominos de Ro-ta, si duas illorum Dec. coniuges, & rectè scrutaberis uidelicet Decif. Mohed. 240. uel 170. alias 5. de loca. quæ incipit, locatio ad 28. annos, & alteram Accoram. 42. eo. quæ incipit, locatio facta.

L I C E N T I A E.

Licentia pluribus modis sumitur, quandoque pro libertate in bonam partem, uti apud

apud Cice. 3. officio. Nobis autem nostra Academia magnam licentiam dat, ut quod cuncte probabile maxime occurrat, id nostro iure liceat defendere. Libertas autem quid sit, diffinitur in l. libertas, ff. de fla. homi.

Licentia nonnunquam in malam partem capitur, ut sit immoderata, impunitaque quædam facultas agendi, dicendique quicquid uelis, ut Hester ca. 3. Et optimè nosti quod non expedit regno tuo ut infolescat per licentiam, & apud Teren. Detractores omnes sumus licentia. Est etiam licentia dispensationis, de qua in c. f. 1. q. 5. Item licentia permissionis, de qua in c. qui sincera. 45. dist. pro quibus, & quot modis sumatur licentia, uideatur per Luc. de Pen. in l. pen. col. penu. in uer. licentiam. C. de prox. sacro. scrinio lib. 12.

Non datur licentia resignandi, uel permittandi dignitates maiores, & principales, & propterea addi debet clausula [Dummodo non sint dignitates maiores, uel principales.] Haec enim sunt generaliter referatae, per Reg. 2. Cancella. super qua scripsi, immo etiam hac clausula non addita, uideretur dicendum sub generali facultate, uel clausula resignandi, uel permittandi beneficia, etiam si dignitates sint, non uenire dignitates maiores, & principales, ad Rot. 468. extra Rotam col. 3. post nu. 4. uers. certum enim est de iure moderno.

Licentia uisitandi pro Archidiacono datur in forma, & quod uisitare possit per procuratorem, pro qua licentia alias compositio soluebatur : Archidiaconus an de iure uisitare possit, uideatur quod sic, per tex. in c. 1. & c. mandamus de offi. Arch. Alij dicunt, quod de iure non potest uisitare, sed tantum de consuetudine. c. f. & per gl. in c. cum satis, & in dicto c. mandamus in uer. uisitadas eo. Archi. in sum. eo. titu. uers. quod sit eius officium, ante num. 5. Maria Sozzi. de uisita. post num. 4. uer. octa uo quoero, an Archidiaconi. Et pro utraque opin. ponderari possunt uerba Gemini. post Lap. in c. super eo, uersus fi. de præb. li. vi. uers. cum ipse archidiaconus ex consuetudine non haberet potestatem excommunicandi interdicendi, & uisitandi: quia si senserit quod de consuetudine non poterat, licet de iure: uel potius quod nec de consuetudine, nec de iure: si enim potuisset de iure, frustra dubitari contigueret, an de consuetudine potuisset; sufficiebat enim quod de iure posset. Si obtinetur haec licentia, supponit quod de iure uisitare Archidiaconus non posset, item quod in illo loco non sit talis consuetudo, uel saltem quod consuetudo sit limitata, uel dubia, alioqui indulgentia haec frustra obtinereetur contra l. in fin. ff. ad munici. & l. uni. C. de thesau. lib. 10.

Vel alias considerare possemus, quod ex quo archidiaconus non habet curam animarum principaliter, sed sub episcopo, quasi episcopi vicarius a iure deputatus, seu constitutus, ad nota in c. 1. de offi. archidi. Et uisitat diocesim loco episcopi. Abba. in c. cum in cunctis. §. inferiora, nu. 4. uers. item requirit, & uisitat. de electio. alijs curam animarum committere non posset. c. cum satis, de offi. archidi. Abb. in dicto §. inferiora, uers. hinc est quod alij non potest committere curam animarum: sequitur quod necessaria sit indulgentia, seu licentia uisitandi per alium.

Postulamus forsitan intelligere de licentia uisitandi limina apostolorum iux. tex. im c. ego N. §. f. de iure iur. quod etiam extenditur ad episcopos non exemptos, dummodo tamen id iurauerint, ut per Cardi. ibi in fi. Et hodie communiter omnes iurant uisitare limina: De quibus etiam liminibus apostolorum habes tex. in ca. præfens, in prin. 20. q. 3. & in ca. ad limina 30. q. 1. Supponamus igitur quod archidiaconus inferior ordinarius, uel quia immediatè subditus Papæ, uel quia iurauerit limina apostolorum quolibet anno uisitare, petat licentiam uisitandi per procuratorem.

Idem dicamus in quouskam alio inferiore ordinario, qui eisdem uideretur uinculis astrictus,

Q V I N T . M A N D O S I I .

Astrictus, eisdemque favoribus, & immunitatibus gaudere, & potiri debet, quibus & ordinarius superior. Eadem est enim ratio ordinarij inferioris, que ipsius episcopi, præsertim quoad subiectionem, & collationem. Cardi.in cle. i. q. 14. post gl. in uer. ordinarium, ut li. penden. c. ordinarij, cum gl. in uer. locorum, de offi. ordi. ii. 6. Dominus meus confi. 121. in causa, col. 1. in fi.

De uisitatione Archidiaconi tractatur hodie actione, seu Sessio. 24. alias 8. sub Pio III. cap. 3. de Decre. Refor. in conci. 1. riden. uers. Archidiaconi, Decani, & alij inferiores in ijs ecclesijs ubi haec tenus uisitationem exercere legitime consueuerunt de beant quidem assumpto notario de consensu episcopi deinceps per seipso tantum ibidem uisitare &c.

Et de uisitatione Archidiaconi, Decani, & archipresbyteri uide Archidi. in sum. de offi. archidi. S. quid sit eius officium, col. 2. uers. patet ex præmissis, & uers. Sed quid dices, quid faciet. & Mar. Sozz. in Tracta Visitatio. post nu. 4. in 8. q. qui postea q. 10. de alijs prælatis inferioribus an uisitationis officium exercere possint, & dat regulam generalem qd quicunque prælatus iurisdictionem habens uisitationis officium exercere possit. per tex. in c. t. de censi. li. 6. ubi etiam Gemini.

Licentia uisitandi sepulchrum Dominicum, & alia loca ultra marina, datur sub sola Signatura, etiam pro absentibus, & pro religiosis de licentia sui superioris, & hoc, ne sub colore peregrinationis huiusmodi ad alia loca diuertant, uagentur, & percurrent diuersas mudi partes, contra. c. si cupis. 16. q. 1. & per Staph. fo. 191. uer. pari modo datur sub sola Signatura licentia uisitandi &c. Non solum autem monachi ab alijs monachis abesse non debent, immo omnes eadem mensa uti debent, cum ijs, quos monachos, seu fratres uocamus, sodales dici possint, ut sodales Dominicanes, sodales Franciscani, ut per Bud. in 2. To. annota. in Pande. in l. fi. ff. de collegijs illici. ubi de sodalibus sacerdotibus, & alijs sodalibus: Et de sodalitatibus uideatur. Cice. de Senectu. inducens Catonem ita differentem: Sodalitates autem me quæ store constitutæ sunt sacris Idæis magnæ matris acceptis, epulabar igitur cum sodalibus &c.

Vltra marina autem loca, seu transmarina, quæ dicantur, uideatur in l. natione S. continentis, & ibi per Alciat. ff. de uer. signi. de quibus etiam in l. transmarina. ca delegatio. lib. 1. o. in l. fi. C. de dilatio in l. fi. is qui Romæ. ff. de iudi. Sic & transmarinas res dicimus, Cæsar lib. vj. Belli. Galli. Gallis autem propinquitas, & transmarinarum rerum notitia multa ad copiam, atque usus largitur, paulatim affuetati superari &c.

Licentia uescendi lacticinijs, ouis, & carnibus datur cum clausula. [Et de licentia utriusque medici.] Et per breue, ut per Sarnen. super Signa. fo. 190. uers. datur per breue licentia uescendi. Et de licentia Papa concessa uescendi carnibus tempore quadragesimali, & cum tali concessione utens peccet, habes Dec. Delphi. Gui. Papæ CXI. quia de præsenti super quo ego potius starem decisioni Theologorum, quam ipsius Gui. Papæ. & præcipue in hac materia, quando quis carnibus temporibus prohibitis, uel alia prohibitione stâre puta uoto, uesei possit, an non, seu ut uescatur, se cum dispensari conueniat, considerandum esse putarem, an propter non usum carniū imininet periculum mortis, uel notabilis ægritudinis, an non. Hinc uoluit Abbin. c. si uero, col. 2. uersi. & per hoc dicerem. de iure iur. Fratrem. Cartusiensis ordinis uoto non obstante propter tale periculum posse carnes comedere.

Carnis usum non suisse ante dilluum colligitur. Genef. 1. ubi herbas, olera, & fructus arborum, & semina herbarum assignantur homini, & bestijs in cibum. Genef. autem 9. assignatur homini bestiæ, uolatilia, pisces &c. sub ijs uerbis. Quasi olea uirentia dedi uobis omnem carnem &c. diuus Thomas prima secundæ quæst. 102. art. 6. ad secundum. Leuiti. autem 11. fit prohibitio in parte. In Eleuterij pontificis

ficiis uita. ita legitur. Hic iterum firmavit, ut nulla esca usualis à christianis repudiatur, maximè a fidelibus (scilicet porrecta ut puto) quam Deus creauit, quæ tamen rationabilis & humana esset. De abstinentia a carnibus, & uino, & pro aliquibus ex præmissis vide tex. in c. ab exordio. 35. dist. An autem prohibitus edere carnes prohibetur & edere oua, caseum, & lac, vide in tracta de episco. Io. Firma. lib. 4. par. 2. in 107. casu. nu. 12. t. uers. quero incidenter, an prohibitus edere carnes.

Illa uerba [De licentia seu consilio utriusque medici.] intelliguntur de medico animæ præstantiori, & corporis inferiori. c. cum infirmitas, & ibi Docto. de pœni. & remissi. Et tanta est connexitas medicinæ animæ, & corporis, ut sëpe hæc ab illa procedat: & contra ab infirmitate animæ ægritudine corporis, & mors ipsa proueniat, prout i. ad Corint. 11. Ideo inter uos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi: Iohann. 5. Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi contingat. Et diuinus Chrysostomus super Iohann. Homilia 37. declarans illud de Paralitico inquit. Quid hic almonemur? primum quod ex peccatis morbi generantur &c. idem super Matthæum Homilia 28. uult plurimas ægritudines ab animi peccatis originem trahere. & Homer us lib. 1. Illiados scribit, pestem à Diis in græcorum exercitum immisam ob eorum sceleram. Quem Virgil. sequutus lib. 12. Aeneidos inquit. si quando lætum horrificum, morbosque Deum rex molitur. Et iis, qui mandata seruauerint, sanitas promittitur. Exodi 23. & Deuterio. 7. & Theophilatæ in Matthæum cap. 8. morbos milites, & vindices Dei appellat.

Monachis in quibusdam calibus non solum Papa, sed etiam Abbas dat facultatem comedendi carnem uel cibos delicatos, puta in calu infirmitatis, propter debilitatem complexionis, dum fuerint in studio, uel alias, per tex. in c. carnem, iun. glo. in uersi. seruato, de conse. dilt. 5. c. cum ad monasterium, & ibi glo. in uer. indulgentia, ubi Abbas, anti. uer. extra refectorium, cum iis, quæ subiicit, & Abb. Modern. nu. 16. super illa gl. in uer. indulgentia, de sta. mona. Dom. meus in cap. cum omnes, in 1. lectu. nu. me. ro. de confli.

In licentia pro sacerdotibus uiciniis turcis, petentibus horas canonicas, & missas in vulgari recitare, & celebrare posse, additur clausula, uidelicet. [Attento quod in illis partibus in vulgari celebrare consueuerunt.] Hac licentia non impetrata, missa latine dicenda esset cum dictiōnibus grecis, Kyrie eleison, Christe eleison, de quibus per Io. An. in add. ad Spe. ti. de prolatio. sen. §. ut at, & cum dictiōnib. Hebraicis Sa baoth, & aliis, de quibus per eundem Io. And. in rub. desum. tri. reliqua uerba missæ latina esse debent, ut per gl. pragma. rub. quo tempo. quis deb. esse in choro in uer. Kyrie eleison in fi.

Hodie habemus Concilium Trident. Actione, seu Sessio. 22. alias 6. sub Pio III. I. cap. 8. titu. Doctrina de Sacra missa in hec uerba. Et si missa magnam contineat populi fidelis eruditio, non tamen expedire uisum est patribus ut vulgari passim lingua celebraretur &c. Ruisus eadem Sessio. titu. de sacrificio missæ, canone 9. ibi Aut lingua tantum vulgari missam celebrari debere. &c.

Licentia dicendi officium nouum, seu horas canonicas iuxta nouum ritum, etiam cum uno socio, quem orator duceret eligendum, passim concedebatur, etiam per solam signaturam, seu cum sola supplicatione. Hodie talis licentia denegatur, immo ille, quæ haecenus concessa fuere (ut audio) reuocate sunt à Sanctiss. Paulo III. ex exemplo forsitan Gregorij VII. qui damnabat illos, qui quotidie soliū tres psalmos, & tres lectiones dicebant, seu recitabant, non ex statutis sanctorum, sed ex negligentia, & torpore, unde redarguebat illos, qui antiquum ordinem Romanum subuertebant, prout in c. in die, de conse. distin. 5. & per Cardi. in clem. 1. respon. 1. quæstio. 7. de cele. missa.

Q V I N T . M A N D O S I I

Circa officium, & horas canonicas, nisi aliud à Papa decernatur, puto seruari debere id: quod iura, & Docto. voluerunt, ut modus dicendi officium, seu horas canonicas sit iuxta formam dispositionem, uel consuetudinem ecclesiae cathedralis, si in ea habeatur specialis, seu specificus modus, alioqui ad metropolitanam ecclesiam p illius. obseruatione recurrentum sit, iuxta Concilium Toletanum, de quo in ea, de his. 12. dist. glo. in c. pastoralis in uer. exceptis uerific. primo cum deuiat in diuinis officiis à consuetudine metropolitanae ecclesiae, Joan. And. Abb. & aliis in c. 1. de celebratio. missa. Et melius omnibus declarat in tracta de horis cano. q. 4. doctissimus ille Jo. à Lignano, qui in utroque iure plura optimè scripti: Insuper uideatur Nic. Plo uius in simili tracta. 1. q. 2. par. prin. & glo. pragma. de collatio. §. primo cum, in uerific. metropolitana. & Roman. consi. 218. præsens casus, hu. 1. uerisi, tertio in simili.

Papa dispensare potest, quod clericus secularis, uel monachus recite officium, & horas canonicas, uel iuxta ritum Romanum, uel iuxta alium, & super horis diuinis potius uno modo, quam alio dicendis ad libitum dispensabit. Abb. in c. 1. & fin. de celeb. missa. Cardi. in elem. 2. in 6. not. eo: Paris. consi. 68 dubium exoritur. nu. 144 & seq. uerisi. Quartò probatur quoniam ut horæ canonice, uol. 4. Religiosis tamen licentia, seu dispensatio quilibet super premissis denegari solet.

Erit uerum, qd de iure clerici etiam religiosi commeniales Cardinalium, uel Episcoporum, licet sint alienæ dioecesis, poterunt dicere officium sicut eorum dominis ele. si. de cele. missâ. & ibi glo. declarat in uer. dicent.

An autem requiratur licentia, ut omnes simul horæ dici possint? uidetur dicendum quod sic, cum de iure officium recitari debeat distinctis, & competentibus horis. ca. 1. in prin. ibi. ita tamen, ut competentibus horis &c. & ibi Hostien. de cele. mis sa. & illa clausula, ita tamen, est, modicatiua, & limitatiua præcedentium. l. ubi adhuc. §. ita tamen, iunct. glo & iis quæ not. ibi Saly. C. de iur. dot. Aymo. consi. 25. num. 6. ubi quod si testator legavit uxori uictum, & uestitum, ita tamen quod teneatur bene regere, & gubernare; Legatum uictus, & uestitus censetur restrictum, adeo quoniam uideatur uxori relicta proprietas, & alienian facultas, Paris. consi. 17. potuit absque dubio. num. 17. libro 1. restringi igitur, & limitari debet dispositio illius tex. ut prima, tertia, sexta, nona, & uestespera dici, seu recitari solum, & dumtaxat possint horis congruis, ergo non aliis horis, seu simul: Insuper sicut non reuelat factum di ueris temporibus, quod uno contextu fieri debebat. l. continuus. ff. de uerbo. signi. cum aliis quæ adduco in 13. q. 32. regu. nume. 12. ita & contra. Et qui non seruat tempus constitutionis, eius formam non seruasse dicitur, ad. l. scire oportet. §. consequens. ff. de excusa. tuto. Bald. in authent. quæ supplicatio in 3. not. & ibi Saly. & aliij. C. de preci. impe. offe. Pau. Castræ. in l. qui Romæ. §. Callimacus, in ff. ff. de uer. obli.

Distingui posset, aut loquimur de officijs diuinis in ecclësij recitandis, & tunc crederem seruari debere dispositionem illius tex. c. 1. de cele. missa. ut officia gradia timi dicantur, nec ordo datus peruerit possit, licentia à Papa non obtenta. Aut loquimur in prælato, seu quouis clero. beneficiato horas recitante non publicè in ecclësia, sed in loco priuato, & tunc subdistingue rem, aut est persona balde impedita, præsertim ob publicam utilitatem, prout sunt Reuerendi. D. Rotæ Auditores, uel etiam alias occupati, seu impediti, ut sunt scholares, uel pauperes, qui uictum sibi querere aliquo exercitio necesse habent, & hos puto absque aliqua licentia horas omnes simul recitare posse, pro quibus ponderari potest tex. in d. c. 1. ibi iuxta posse fabilitatem iun. glo. 1. Aut loquimur de personis legitimè non impeditis, & putare, quod illæ absque licentia horas conculcatæ, seu simul recitantes non implent ea,

ad

ad quæ tenentur ex dispositione tex. in præalle. c. i. & c. dolentes de cele. missa. Pro p̄missis uideatur glo. pragma. rub. quo. diui. offi. in uer. debitib. & competētibus. Ve autem illis, qui nec in ecclesijs, nec in priuatis locis, nec distinctis horis, nec simul, seu unico contextu officia diuina recirant, sed solum redditus beneficiorum percipiunt, seu potius usurpant, & sāpe in malos usus conuertunt. Quare uocentur horæ canonicae, & quod sint, & quādo de p̄cepto sint, uideatur per dictam gl. pragma. super eadem rub. in uer. canonicas, & rub. qual. hor. sint dicen. extra cho. in prin. in uer. teneantur, & postea in uer. officium. Et quod omnes horæ canonicae, & missa dicantur officium diuinum, habes apud Io. Fran. Pauli, de off. & pote. cap. Ic. uacan. 2. pralu. nu. 10.

Licentia celebrandi in ecclesia interdicta à solo Papa conceditur, gl. pen. in c. ad hæc quoniam sub interdicto, de appella. Ludo. Bologni. in addi. post tracta. de pote. Papæ Catal. de Boncom. num. 4. post Inno. in c. præterea, de appellatio. hæc licentia raro conceditur, & tunc addi deberent hæc uerba uidelicet. [Iauini clausis, tūp̄ressa uoce, & non pulsatis campanis; item Dummodo orator causam aliquam non p̄aliterit interdicto.] Hæc omnia clare eliciuntur ex tex. in c. f. §. fi. iun. glo. fi. eo. lib. 6. Et pro omnibus p̄dictis clauulis est tex. in c. alma. §. illis etiam, & §. adjicimus ibi. Summissa tamen uoce & iauini clausis, excommunicatis, & interdictis exclusis, & postea uerbis, sic tamen. Quod illi, propter quorum excessum interdictum huiusmodi, & c. de senten. excom. eo. li. 6.

Indulti celebrandi tempore interdicto, seu celebrari faciendi, & ecclesiastica sacramenta recipiendi formulam quis uidere poterit in consi. Fede. de Sen. 186. factum tale est.

Quæ autem sit pœna principum, seu dominorum temporalium in terris, seu locis suis celebrare cogentium tempore interdicti, dic quod sunt excommunicati ipso facto, nec ab alio q̄ à Papa absoluiri possunt, cle. grauis. de senten. excom. Steph. Au fre. de potestate ecclæsiae super laicis, in 71. casu. nu. 42.

Episcopis ex aliqua causa conceditur, quod adhibitis tribus, uel quatuor Abbatibus ad degradationem presbyterorum suorum procedere possint: Intelligo pro criminibus degradatione dignis, de quibus in c. cum non ab homine, de iud. in c. ad abolendam, cum sua gl. in uer. relinquatur, ad quam omnes recurrent, de hære. & p. Anch. consi. 158. & narratis, nu. 5. & per Abb. in c. at si clerici, nu. 37. uers. ad tertium quæ sint crimina de iudi.

Transitus de una religione ad aliam monachis, & alijs religiosis prohibitus est. c. non est uobis, & c. sanè, ubi Ioan. And. & alij, de regula. Lap. Alle. 62. quidam. & all. 130. pro dubijs (h) ramen ea Lapi est) colum. 2. & sequen. & utrobius addo.

Religiosis dari consuevit licentia transferendi se ad alium ordinem addita clausula. [Et de licentia sui superioris.] Et in Bulla translationis poni debent hæc, uel similia uerba uidelicet. [Te de monasterio. M. cuius monachus existit, ad monasterium. N. auctoritate Apōstolica transferentes, & uolentes, & decernentes, q̄ ex nunc eiusdem monasterij. N. monachus censearis, & in eo recipiāris in monachum.] pro quibus, & an nouam professionem facere tenetur, uideatur consi. Fede. de Sen. 5. quidam monachus. c. abbate, & ibi Panor in 4. not. de uer. signi. Idem Abb. in c. præterea, & ibi pulchrit per p̄ceptorem meum, num. 2. de præben.

Quod ad minorēm, seniiorēm religionem, seu regulam monachus transire possit, nemo p̄ter Papam dispensare potest, præalle. c. non est, & ibi not. de regula. & est pulchra glo. in c. cum singula. §. prohibemus, in uerbi. canonice, de præben. li. 6. idem concludit Lap. dicta alle. 130. col. 4. num. 3. uers. sed Papa, ubi quod. Papa etiam

Q V I N T . M A N D O S I I .

etiam sine causa dispensare potest, ut monachus ad minorem, uel laxiorem transire possit. & Sozzi. confi. 270. consideratis, col. 3. ad f. uers. quarto moueat lib. 2. Nouisimè habemus cap. 19. ultimi actionis, In Sessio. con. Trident. sub Pio III. titulo de regula in hac herba. Nemo etiam regularis cuiuscunq; facultatis vigore transferatur ad laxiorem religionem.

Quando uero religiosus ad arctiorem regulam se transferre uult, datur licentia absque illa clausula [De licentia sui superioris.] Ratio est, quia iura permittunt monachos ad arctiorem religionem transire posse. c. licei, de regula. Fede. de Sen. prael. le. confi. 5. num. 2. uers. casus autem concessi, & Dec. supra adductus in c. præterea, de præben. & pro præmissis, & alijs, quæ huic materiæ satis cōserunt, videatur pulchrum singu. Roma. 452. Domini mei. ubi etiam querit, cuius consensus requiratur, si religiosus transire uelit ad regulam parem, latè Rebuff. in praxi de transla. mona. pag. 233. & seq.

Quæ uero dicatur regula latior, seu laxior, que stricior, & durior, uide Lap. præmissa Alle. 62. & alios, quos ibi cito in mea Apostil. in uer. ultra regulam.

Quæ dicta sunt in monachis, procedunt etiam in monialibus gl. in uer. perpetua, in c. uni. de regula. lib. vj. in Apoſtil. magna, in c. non est, uer. Item omnia quæ in iure dicuntur de transitu de una religione in aliam habent locum in monialibus. eod. titu.

Non datur licentia fratri mendicanti transferendi se ad alium ordinem mendicatum, super quo uidenda est extra uaria. ambitione de regula. inter commu. & Reg. Cäcella. 23. de mendi. transfeun. super qua scripsi.

Fratribus mendicantibus, & alijs religiosis dabatur licentia standi extra loca sui ordinis, & si petebatur, etiam cōcedebatur, quod deseruire possent alicui beneficio seculari, uel regulari, cum cura, uel sine cura, quodque confessiones audire possent & administrare, seu tractare cum ecclesiastica sacramenta; & per breue, & per sacram pœnitentiariam, illa eis concedebarunt cum clausula [Et de licentia sui superioris.] Et cancellabantur illa uerba uidelicet. [Vel sine cura, uel regulari.] De qua licentia loquitur Staph. super sigua. fo. 194. uers. professo ordinem regularem, & de præmisso, & aliis modis standi extra, & de diueris causis, quæ modò uera adducabantur, modò confingebantur, uideatur latè per Sarnen. de breuibus nu. 31. usque ad num. 43.

Licentia præmissa, & alia similes regulariter denegantur, immo auctoritate Bula Pauli III. contra omnes fratres, seu monachos vagantes, apostatas, seu scitè, uel male, & nulliter dispensatos, maximo cū rigore procedi receptū fuit, & summa ratio; eo enim res deuenerat, ut infiniti monachi, qui frontem perficerant, habitu relicto, honore deieicto, seu potius religione, immo ipso Deo prostergatis, omnia sibi impune licere putabant, beneficia simplicita secularia, beneficia curata, immo & collegiata ecclesiæ, & cathedrales ipsæ, quin & ipsæ prælatorum curiæ apostatis, ac cacadæmonibus plenæ erant.

Conquerebantur plures, quorum Bulla Paulina tangebat præcordia, quod constitutio hæc præsentia, & præterita concerneret; cum tamen lex in futurum tantu; non de præterito ligare debeat c. fi. de confi. Bar. in l. oës populi, in s. q. prin. fl. de iusti. & iur. cuius opinio communiter tenetur, ut per Paris. confi. 49. nu. 3. uol. 4. dolebantque uitam strictiorem sibi induci.

Ego pro Bulla Paulina ultra alias rônes, & auctoritates, adducebam pulchrâ glo. in c. uni. in uer. præsentes, de fla. reg. li. 6. asserebamque constitutionem (quæ id caueretur) etiam de præterito ligare, præall. c. fi. de constit. præterim quando per legem generalem, seu per uiam declarationis, iuxta communem op. de qua per Fel. in d. c. fi.

c. fi. de const. per Cur. Iun. cons. 5. 6. num. 10.

Monachus igitur quicunque sit, si in posterum extra monasterium reperiatur, nisi debitam dispensationem ostendat cum suis legitimis causis, & processibus, siue cum habitu monacali, siue sine illo incedat, excommunicatus, & apostata habebitur. iux. tex. in c. placuit. 2. 16. quæst. 1. c. 2. ne cleri. uel mona. lib. 6. cle. 1. §. quia uero, de sta. mona. & iuxta Bullam prædictam Pauli IIII. Et contra tales ego adducebam illud Lucæ 9. in fi. Et ait alter, sequar te Domine, sed permitte mihi primum nunciare his qui domi sunt: Ait ad illum Iesus, Nemo mittens manum suam ad aratum, & respiciens retro aptus est regno Dei: Et sic conciludebam monachis licentiam respi ciendi retro aliove diuertendi denegandam fore.

Et contra illam licentiam, quæ olim concedebatur passim religiosis portandi habitum subtus, habes nouissimè Con. Tridentino. Sessio ult. sub Pio. IIII. titulo de Regula. cap. 19. in fin. Nec detur licentia cuiquam regulari occulte ferendi habitum sive religionis.

Monialibus ex causa dabatur etiam licentia træsundi ad aliud monasterium alterius ordinis, cum mutationis habitus clausula. [De consensu superiorum ordinum huiusmodi] ut per Staphi. super Signa. fo. 192. uers. moniali professæ.

Alia licentia, quid in domo sui patris, uel fratris (donec uixerit) extra monasterium permanere posset, licet alia saretur, ut Staphi. ubi supra subiicit, hodie non datur, sub hoc enim prætextu plura, que non decerent, sequi possent. Et habemus. 2. Macha. 3 Virginem inclusam domi confistere debere: Et fœmina religiose sub clausura morari debent, ut dicit text. in ca. mulieres, ante fi. de iudi. lib. vj. c. uni. de sta. regu. eo. lib. & debent cum alijs monialibus habitare, & uiuere; immo nec illis propria receptacula, ac priuata domicilia habere licet. c. periculo sum. 18. q. 2. In sum ma, in omnibus circa illas caute procedendum est, ut ea uitentur, quæ earum pudicitias infidili possent, ad pulchrum text. in l. si disceptetur. ff. ubi pupil. edul. debeat.

Ex duabus præsertim causis concedebatur licentia ad domum paternam redeundi, una erat, quando pater, seu mater graui detinebantur infirmitate, præcipue si nullum consanguineum habebant, qui eis infirmis assisteret, unde filia iure naturæ obligata reperitur parentibus opem ferre. ad l. ueluti. ff. de iuit. & iur. & quod propter infirmitatem suorum liceat cuique festinanter, & aliquò, etiam Papa insalutato, recedere, probat tex. in c. communis, post prin. & ibi gl. in uer. suorum ad hoc notat 23. dist. Nec conuersatio filia cum patre, sororis cum fratre aliquid finistri suspicare permittit. l. eum qui, uers. in ijs. n. nihil sciri criminis & c. C. de episc. & cler. c. pen. de co ha. cleric. Abb. in c. 1. eo. tit.

Altera erat, quando ipsa monialis grauiter ægrotabat, nec in monasterio eam euia suram ab infirmitate spes erat, uel propter aeris intemperiem, seu defectum, ut plerunque hic Romæ accedit in monasterio. S. Sylvestri, quo casu à tali loco recedere licet. c. quorundam, post prin. ibi. Ita nimia tristitia, & loci qualitate uehementer afflictum. 74. distin. c. ad supplicationem, iun. glo. 1. de renun. Hostien. in sum. de cler. non resi. ad fi. Henri. Boic. in c. quoniam frequenter, ut lit. non contest. ubi quid si aer est infirmus, potest beneficiatus se absentare à beneficio, nec potest contra eum procedi ad priuationem, sed debet expectari donec cesset impedimentum huiusmodi. gloff. in cap. communis in uersi. suorum, uersi. etiam not. quid propter intemperiem loci aliquis excusat. 23. distin. gloff. in prin. in c. ecclesiæ per congrua. 16. quæstio. 7. & dixit Barto. in l. de ætate. ff. ad Trebelia. quid aeris intemperies est iusta causa quid citatus non compareat. Et uoluit Abba. in cap. cum dilecti de dolo & contu. quid ubi aeris corruptio est uehemens, & citati complexio est talis

I quid

Q V I N T . M A N D O S I L 1 2

quod uerisimiliter ex accessu dubitaretur de morte, citatus non comparens excusa tur, idem Abb. post Io. An. in c. si uero, de iure iuram. Nic. Boe. Dec. 228. presuppono illud post nume. 11. Recedere etiam licebit propter aliud urgens uitæ periculum.

Ego utramque causarum predicatorum urgentem, & legitimam esse fateri cogor, at in utroque casu licentiam periculis, & laqueis plenam esse cognosco, licentiam tamen huiusmodi potius pro aegritudine propria, quam pro infirmitate parentum moniali concedendam esse putarem, plura ad haec adducere possem, sufficiat ratio naturalis, quæ pro quaunque decisione ualide adduci potest, ad l. cum ratio naturalis. si de bo. damna. in prin. l. scire oportet. §. sufficit. ss. de excu. tuto. Si moniales infirmo patre, in illius domo morabitur, nec custodietur ab Abbatissa, & alijs monia libus, nec ab ipso patre infirmo, & sic magno, & quasi euidenti honoris, & pudicitia amittendæ periculo exponetur. Nec ad rem facit, quod sit in domo patris, matris, uel fratrum; ab aliis enim sollicitari, seu tentari poterit, qui non erunt pater, & fratres iux. sententiam Augustini de qua in c. legitur quod beatus Augustinus nec cum forore habitare consenserit dicens, quæ cum forore mea sunt, forores meæ non sunt 81. distin.

Si grauiter infirma in domo paterna deget, donec sana euadat, interim nemo uerisimiliter illius uirginitati insidias parabit, prout in sim. ponderat glo. 2. in ca. uolumus, ibi, sed hoc de senibus. 81. distin. Ianaque effecta ad monasterium statim redibit.

Quoad secundam causam grauis aegritudinis monialis, uideatur omnino Luc. de pen. in l. 1. C. de comme. lib. xii. qui ad partes disputat, an moniali grauiter infirmæ licet claustrum exire, & ad balnea ire petita licentia, licet non obtenta, & pro opinion. affirmativa infinita adducit, tandem residet in hac distinctione, quod aut medi ci periti, & insignes afferunt mortis imminere periculum, nisi ear ad balnea, & uera sit opinio affirmativa. Aut peritores contrarium afferunt, & subsistat opin. negativa; in dubio autem, cum de hoc certitudo haberi non possit, ne est contentio inter medicos, tutius est quod monialis in claustro moretur.

Quantum ad illa uerba [Licentia petita, licet non obtenta] aduertendum est qd in quibusdam casibus, praesertim propter quandam reuerentiam, seu recognitionem, uel in signum obedientiae sufficit licentiam petere, esto quod illa non obtineatur. ad tex. in l. fi. C. de iu. emphite. c. licet, uers. talis ergo, cum iis quæ sequuntur. de regula. cle. dudu. §. si uero. de sepul. gl. prag. ti. quo tēp. quis deb. esse in cho. in uer. obtēta. Similem casum habes qd sola licentia petito sufficiat militi superueniente infirmitate ut discedere possit, prout per Luc. de pen. in l. 1. post prin. uers. Item nota qd si militi superueniret infirmitas, C. de commea. li. 12. Regulariter aliud dicendum est uidelicet, qd non petere licentiam, uel petere & non obtinere, paria sint l. 2. iun. gl. in uer. non petita, quæ supplet uel petita, sed non impetrata. C. de in ius uocan.

Concessum fuit Abbatissæ, & conuentui, quod pro fructibus colligendis duas ex monialibus extra monasterium mittere possint, hoc mihi periculofum, & parum honestum uisum fuit, & qd hoc tempore denegaretur, cum (ut supra dixi) scemina religiose monasterium exire non debeant, c. mulieres, ante fi. de iudi. lib. 6. ca. uni. in prin. ubi etiam Ancha. Gemi. & Fran. de sta. regula. eo. li. & c. indemnitibus. §. porro. uers. fed cum eas. de electio. eo. li. 6. Lap. Alle. 54. nu. 4. & nouissime habemus Cōci. Trident. Sessio. ult. sub Pio III. tit. de Regula. & monia. cap. 5. uers. Nemini autem sanctimonialium licet post professionem exire à monasterio, etiam ad breue tempus quoconque pretextu, nisi ex aliqua legitima causa ab episcopo approbanda.

Monacho

Monacho uero, qui licet uenerit, & professionem fecerit, unde in monasterio semper manere debeat, nec exire possit. c. sicut literis, de iure iuram. Sozzi. reg. ultim. in uer. uouens, pro utilitate monasterij non solum a sede Apostolica licentia concedi consuevit, ut ad tempus extra monasterium morari possit, sed etiam illa ab Abbatore concedi poterit, uel illi per Abbatem seu alium superiorem praecepit, ut extra claustrum ad tempus manere debeat, prout per Abb. in dicto. c. sicut literis, in fi. & Sozzi. ubi supra fallen. 3.

Datur licentia mulieribus honestis nobilibus uel valde dignis, quod quater in anno cum tribus, vel quatuor honestis mulieribus intrare possint quæcunque monasteria monialium, quorumcunq; ordinum, etiam sancte Claræ, de licentia illarum, quæ monasteriis presuerint, cum clausula [Dummodo ibi non pernoctent.]

Illa verba [etiam S. Claræ] ostendunt quod difficilior Papa concedere solet, quod quis intrare possit monasteria sancte Claræ, quæ maiorum ordinum propter naturam distinctionis, etiam quæ adiicitur casui difficultiori, seu magis dubitabili, & implicat minus dubitabilem. c. uni. in prin. de commo. iun. declaratione Io. An. ibi col. 2. in ver. etiam c. uni. post prin. ne se. uacan. lib. 6. cle. grauis. ibi, Populos etiam interdictos, de sententi excomi.

Vidi alias concedi nobili. D. Leonoræ Valasci Vlixbonen. quod cum duabus mulieribus posset quæcunque monasteria Regni Portugallæ cuiuscunque ordinis, etiam S. Claræ, & militiarum duodecies in anno ingredi, & morari, & aliquando in quadragesima pernoctare de licentia Abbatisse, alicuius alterius superioris licentia minime requisita.

Si simpliciter concederetur licentia intrandi monasteria non expresso per quatuor uices, intelligeretur de prima uice tantum, & ultra argumentum illud l. boues. §. hoc sermone. ff. de uer. sign. uoluit post Alb. de Rosa. & Alex. Hipp. de Marfil. in praxi crimi. §. quoniama num. 16.

Viris nunquam conceditur, quod monasteria monialium ingredi possint, non nisi conuenit illas hominibus immisceri, & periculosa est hæc, & contra iura commixtio, arg. l. maritus. C. de procu. c. monasteria, de ui. & hone. cle. c. diffinimus, iun. gl. in uer. monachi. 18. q. 2.

Ad effectum reparationis monasterii, vel ecclesiæ, seu ædificiorum conceditur uiris, quod monasteria monialium ingredi possint, & hoc est de iure, quia hæc est legitima, euidentis, & maxima causa, ad tex. in præalle. c. monasterium, ibi. Sine manifesta, & rationabili causa frequentare præsumperit. de ui. & hone. cle.

Amplio etiam ad medicos, tonsores, puta causa flebotomia, uel alia urgenti, carpentarios, & similes, ad tex. in c. uni. uer. nisi rationabilis, & manifesta cauila, cum gl. in ver. causa. de sta. regu. lib. 6.

Nouissime per Conc. Trident. Sessione ult. sub Pio III. tit. de Regula. & moni. ca. 5. prouisum ita fuit. Ingredi autem intra septa monasterii nemini licet cuiuscunque generis, aut conditionis, sexus, uel ætatis fuerit sine episcopi uel superioris licentia in scriptis obtenta. &c.

Licentia benedicti ornamenta ecclesiastica, ac vtendi mitra, & aliis pontificalibus datur Abbatibus, non tamen consecrandi calices, patenas &c. cum non sint consecrati, super hoc ultimo uidendum est per Io. An. in c. Abbates super gl. pe. de priu. lib. 6. & ibi per Gemi. super gl. in uer. tonsuram.

Abbatibus etiam datur licentia, seu indultum, quod primam tonsuram conferre possint, ac quatuor minores ordines suis nouitiis, ad tollendum forte dubium, an Abbates ad ordines monachos suos promouere possint, aliqui enim uoluerunt quod ad primam tonsuram duntaxat, ad capit. abbates, ante fin. ibi, Primam clericalem,

Q V I N T . M A N D O S I I .

conferre tonsuram, de priuil.libro 6. Nonnulli verò dixerūt, quod promouere possint ad quatuor ordines minores . c. quoniam. 69. distin. & ad ea, quæ adduco in 2. questio. 24. Reg. de Male promotis, nume. 5. Si habent à iure communi hanc potestatem, superflua est hæc licentia, seu indultum, ad l. i. in f. ff. ad muni. l. unic. C. de thesau. libro x. Ni si quis respondeat, quod tunc obtineretur ad euitandum opinio-
num conflitum.

Indultum de non faciendo mentionem de defœtu natalium in prouisionibus be-
neficiorum, seu in aliis impetrationibus gratiam concernentibus aliás concedi sole-
bat, & compositio solui consueverat ad ducatos centum: Hodiè nec compositio talis
soluitur, nec talis facultas conceditur, & non absque magna ratione, hæc enim qua-
litas omnibus nota esse debet, & illegitimi paternæ præsertim incontinentiæ imitato-
res à sacris ordinibus, & beneficiis ecclesiasticis excluduntur. c. 1. cum aliis. 56. dilt. c.
1. & f. & toto tit. de fil. presbyte. c. 1. & 2. eo.lib. 6.

An autem illegitimus dispensatus ad duo beneficia, impetrans postea beneficiū,
teneatur de dispensatione mentionem facere, Rot. 279. no. quod vbi est dispensatum
in anti. concludit pro negatiua.

Presbyter, uel beneficiatus medicus, quando petit licentiā exercendi medici-
nam, debent addi uerba uidelicet. [Citra adustionem, & incisionem, ac amore
Dei.] De hac clausula [Citra adustionem, & incisionem.] uideatur tex. in c. senten-
tiā, ante fin. ne cleric. uel mona. Et quod promoti, uel promouendi Chirurgi po-
tissimè, ab incisionibus, & adustionibus abstinere debeant, concludit post Gofſie.
Maria. Sozzi. in cap. ad auditiam, ante num. 3 2. ad f. 8. questio. de homi. Pro qui-
bus ēt adduci pōt. c. tua, & ibi per omnes eo. ti. supponendo, prout Ab. ibi & aliū uo-
lunt, quod illud cap. licet. de monacho loquatur, sit propter contingentiam facti, &
sic etiam in clerocecculari locum habeat. prout etiam per Paris. cont. 136. stante nu-
me. 3 4. & seq. uol. 4.

In iis duobus uidelicet in adustione, & incisione, seu inustione, & sectione consi-
stere ferè uidetur tota illa una ex quinque partibus medicinæ, quam Plato chirurgi-
cam nuncupat, quæ sectione, & unctione curat, prout etiam per Diog. Laert. in vita ip-
sius Platonis, & sic quatuor alias partes indistincte per huiusmodi licentias conce-
di afferimus, uidelicet pharmaceuticen, quæ morbis medicata potionē subuenit. Dix-
tericē, quæ sola uictus ratione, & ordine ægritudines arcit, ἵτε νοσηγαμική, quæ ex-
celeri discretione morborum succurrat ægris. Adiutricem denique, sic dictam q̄
strenuo auxilio doloribus continuò libet.

Pro illis uerbis [Amore Dei.] & sic pietatis causa habemus text. in alle. c. tua nos.
ibi. Si tamen causa pietatis, & non cupiditatis id egerit, de homici. & facit præalie.
con. Paris. 146. nu. 37. uol. 4.

Quando est medicus principis addi debent uerba, uidelicet. [Citra adustio-
nem, & incisionem, & pro persona principis, & familiarium suorum dome-
sticorum duntaxat.] satis est enim, quod pro principe, & suis tecum dispensetur,
cum officium huiusmodi sit seculare, non autem spirituale, & sic clericis pro-
hibitum tota quæstione. 3. caufa 21. cap. 1. in fin. ne cleric. uel monac. quoad alios
igitur, præsertim si sint sacerdotes, debent esse medici animarum, non corpo-
rum. cap. cum sit ars artium, de æta. & quali. per Abba. in c. sententiam, nu-
21. ne cler. uel mona.

Alias uidi concedi licentiam presbytero, qui per plures annos, antequam ad sa-
cros ordines promoueretur, in medicina studuerat, & practicauerat, & medicinam
exercuerat, cum nullum beneficium haberet unde se, & familiam subuentaret, ut si
militer mederi possit, medicinamque exercere, ac ex illa sibi, & familiae sua succur-
reret

reret, seu prouideret, & sic absque illa clausula [Amore Dei.] Iux. illud Matt. 23. Vo-
ca operarios, & redde illis mercedē, & Aposto. 1. Corin. 9. Quis unquam suis sti-
pendijs militat, an quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? quis pascit gregē,
& de lacte eius non comedit? c.iam nunc, ante fi. 28. q. 1.

Licentia recipiendi reliquias uel corpora sanctorum ex aliqua ecclesia, & trans-
portandi ad aliam, non conceditur nisi ex magna causa, ad ca. tribus ex causis, & ca.
corpora, &c. conse. distin. 1. Oldra confi. 62. & circa, col. 1. uers. & sic cum propter per-
secutionem hostium sedes, & corpora sanctorum possent mutari. & Ludo. Roma.
confi. 35. 2. quæritur, post nu. 18. Audiui concessam fuisse licentiam recipiendi reli-
quias ex capella. S. Anastasij monasterii trium fontium extra urbem, & portandi ex
tra Ro. Cu. addita clausula uidelicet. [Et de licentia Reuerendiss. Commendatarii di-
cti monasterii.] Prout per Staphi. super Signa. fo. 190. uers. licentia recipiendi reli-
quias. Absque licentia reliquias remouens ab una ecclesia, seu transportans, ultra po-
nam sacrilegii, etiam de iure ciuili puniendus ueniret. l. fi. ff. de sepul. uiola. l. 1. & l.
qui sepulchra. C. eo.

Licentia portandi lapides porphireos, uel similes extra urbem pro altaribus via-
ticis, seu pro alio usu, non facilè conceditur propter Romanos impedientes. Sepè
tamen, nel cum licentia, uel sine, & lapides huiusmodi, & statuas pulcherrimas ad
exterreas nationes transportari audiui, & si uerum redditur illud. Omnimū rerum
uicissitudo: sine licentia res huiusmodi asportans, siue religioni destinatas, uel reli-
gionis effectas, iux. tex. in l. 1. C. de sepul. uiola. siue sacro, uel publico usui, seu ad or-
natum ciuitatis, uel sepulchri, seu ad delectationem populi positas, grauiter de iure
puniendus ueniret. argum. text. in l. & liberi, cum duabus sequent. ff. de contrahenda
emptione. l. lege Iulia peculator, uers. mandatis, & l. facrilegii. 1. & 2. ff. ad
leg. Iul. pecula. l. qui sepulchra §. 1. ff. de sepultu. uiola. Institu. de rer. diuino.
post prin.

Licentia cudendi monetam à principe tantum conceditur, & raro, & tunc ciu-
tati, uel dominis temporalibus, uel successoribus eorum, qui tales facultatem habe-
bant l. fi. iun. glo. C. de fal. mone. Iac. de Are. quem ibi sequitur Alexan. in l. singula-
ria. ff. si cer. peta. Bart. in l. qui falsam monetam, & ibi Hyppo. de Marsil. nu. 54. &
seq. ff. ad leg. Corn. de fal. ubi etiam dicunt, quod absque hac licentia cudentes mo-
netam quamvis bonam puniuntur de falso.

Hanc licentiam cudendi monetam antiquitus concessam per Regem Antiochū
sacerdoti magno, ac principi Iudaorū uidere poteris in epistola Antiochi Regis,
quam descriptam inuenies 1. Machabeo. cap. 15. sub iis uerbis. Et permitto tibi face
re percussuram proprii numismatis in regione tua.

Priuata uero personæ hæc facultas cudendi monetam nunquam conceditur, &
si concederetur, dicunt nonnulli q[uod] concessio non teneret. gl. & Bar. in alle. l. fin. C. de
fal. moneta, ubi est quod non ualuit hæc concessio facta per Imperatorem nobilibus
Iauuenisbus de Flisco. & ad l. 1. & ibi Bar. C. de uete. numisma. Ias. in l. ex hoc iure, in
ult. not. nu. 19. ff. de inf. & iur. Ego autem diceré non ualere non derogato iuri con-
trario, at si Imperator uel Papa solēniter concederet, subsisteret; & tunc cautela est,
quod in concessione dicatur[non obstante tali lege uel constitutione] Glo. & Bar. in
l. 1. C. de peti. boni. subla. lib. x. Barth. Veronē. caute. 56. incipien. & est cautela pul-
chra. & caute. 116. nonnulli, post medium. & cautel. 210. Supplicatur post me-
dium, & gloss. in qua circ. medium uersificu. Quero tamen in Authen. qui. mo.
nat. esth. sui.

Q V I N T . M A N D O S I L .

I N D U L T U M L O C A N D I R E D D I .
T V S B E N E F I C I O R V M .

De iure ciuili locatio fieri potest in plures annos, & etiam ad uitam locatoris, seu conductoris, ut supponunt. locatio precariive rogatio, & l. qui fundum colendum in plures annos locauerat. f. loca, est uerum quod olim praedia ad quinquennium locari solebant, ut in l. si quis nec causam, ueris. nam & si colonus post lustrum compleatum fructus percepit f. si cert. pet. iun. declaratione Bud. super illo text.

De iure canonico locatio praedii, seu rei ad ecclesiam spectantis in perpetuum fieri non potest. c. nulli, & c. ad audientiam de reb. eccl. non alie. c. 2. de loca. Non ex hoc tamen quod locatio ad uitam facta eset, simoniaci dici posset. Preposi. in e. sed adhuc, col. 2. in fi. 1. q. 1. Gig. de pensio. q. 87. nu. 4.

Ex constitutione Cle. V. uidelicet per cle. 1. in fi. de reb. eccl. non alienan. locatio seu ueaditio fructuum ad modicum tempus conceditur, quod etiam uoluit Fed. de Sen. consi. 123. queritur, nu. 2.

Quod sit modicum tempus ad effectum nostrum, al iqui dixerunt esse quinquennium, iux. opin. Irne. Nonnulli septennium per tex. in c. fi. ne præla. uic. suas. & hoc expreſſe tenuit Hyer. Gig. in alle. Tract. pensio. q. 87. n. 7. uer. & forte fundatur. Vel aliud tempus infra decennium, ad glo. in l. 1. §. quod autem in uer. actio. f. de superfi. Lap. Alle. 1. an non obſtare, ad fi. Afflit. quem ibi in Apostol. cito. idem Lap. Alle. 80. queris cum locatio ad longum tempus. Cardi. consi. 95. D. Abbas. nume. 4. uerfi. quod autem tempus nouem annorum dicatur modicum. Alexan. in l. si filioſa milias. §. si uir. nume. 25. f. folu. matri. glo. in e. 2. in uer. non modicum, iux. primam opin. de reb. eccl. non alie. lib. 6. Vel potius arbitrio iudicis relinquatur, qd dicatur modicum tempus ad effectum prædictum, prout residet glo. in d. §. quod autem, quæ communiter approbatur, prout per Bar. & alios ibi glo. prædicta in ca. 2. in uer. non modicum iux. secundam opin. de reb. eccl. non alie. lib. 6. & glo. fi. circa medium, in cle. 1. eo. Ioan. An. in addi. ad Specu. super rub. eo. tit. in uer. in 6. & cle. post prin. & Alex. dicta. l. si filioſa milias. §. si uir. nume. 25. ubi hanc. opin. dicit esse communem, & illam communem, & ita seruari, dicit Dec. consi. 204. in causa.

Limita tu, & declarat quando præmissa, vel alia circa tempus iudicis arbitrio relinquunur, ut per Cardi. dicto consi. 95. post num. 4. uerfi. item opin. illa quod sit arbitriatum. Pro quibus etiam uide Alex. consi. 17. uiso. nu. 2. uol. 4.

Quero, si locatio ad modicum tempus, puta ad quinquennium, cum pacto de renouando ad aliud tempus, quod priori iunctum longum tempus constituit, an dicatur ad modicum tempus facta, & subsistat? Concludendum est locationes huiusmodi. & equipollere locationi ad longum tempus, & consequenter inualidam fore, ac in fraudem præsumi non obstante quod illarum nulla sit ultra modicum tempus, prout in aliis terminis considerat Lap. Alle. 12. disputat hic, colum. r. uer. secundo quia & uerfi. nec obstat quod nulla: & Lapum plures sequuntur quos ibi cito in mea apostil. Et pro hac opin. concludit And. Tiraq. de ut. Retra. tit. 2. in præfa. nu. 1. r. uerfi. Sed huic sententia,

Quæ autem locari possint, & quæ ueniant sub hmoi locationibus, de quibus ha-
ctenus discutiendū ueniret, breuiter p. utroq; adduco tex. iung. gl. fi. cir. mediū, uer.
Item dicitur ecclesia ipsa obuentiones. in c. fi. ne præla. uic. suas. ubi p. nedum præ-
dia ecclesiæ, sed & obuentiones oēs locari possant. Idē uoluit gl. in extrau. suscepti.
in uerfi. multa sublatione. post medium. de elect. Io. xxij. pro quibus latè Nic. Boe.
qui alios citat Dec. 133. iuxta pollicitationē. n. 4. & 224. Abb. præfertim num. 3. & 9.

De

De iure autem nouissimo prohibetur etiam locatio, & conductio bonorum ecclesiasticorum ultra triennium Extraq. Ambitioſe Pau. II. ſub titu. de reb. eccl. non alie. inter communes. Qui igitur ultra triennium fructus, seu redditus beneficiorum conducere querit, licentiam à summo Pontifice ſuper p̄miffis impetrare cogetur; & ſiquis inſtit indultum pro multis annis obtinere, Signatura limitabit ad congruum tempus, puta ad quinquenium, de quo ſupra, uel ad plus, ad ter ternos. i. no uenos annos, ut per Bud. ubi ſupra.

Verum dubitatio maior confitit, ut conductor tutus fit etiam quo ad ſuccesſorem in beneficio, ſive poſtea illud uacet per obitum, ſive per cessionem, ſeu reſignationem, ſupponendo, quod etiam in caſu ceflionis, cedens quoad beneficium cefsum pro mortuo habeatur, ad text. in ca. in apibus. §. ecce in quibus 7. quaſtio. 1. clem. 1. iun. glo. in uer. mori, ut lit. pendet. & ad ea qua adduco in 5. quaſt. 32. reg. nume. 2.

Sicut de iure ciuili ſuccesſor singularis, ſeu particularis non tenetur ſtare locationi, ſeu conductioni. l. ſi merces. §. qui fundum & l. qui fundum. ſi. local. emplorem. C. eo. ita & maiori ratione ſuccesſor in beneficio non tenebitur ſtare locationi per prædeceſſorem, ſeu præceſſorem fact. in beneficijs. n. non cadit proprie, & uerū ſuccesſor, nam illa obtinente, à Papa, ſeu ordinario habere uidentur, ad c. Moyses 8. q. 1. Lap. Alle. 89. ante num. 12.

Supponamus igitur A. locare uelle fructus, redditus, & prouentus ſui beneficij. B. quod etiam de iure canonico conceditur. c. nulli, a contrario ſenſu, de re. eccl. non alie. & præalle. extraua. Ambitioſe eo. & eft text. in ca. uerſtra. de loca. ubi quod tener locatio prouentuum decimarum: quomodo cautum erit. B. in euentuni quod. A. cædat, ſeu decadat termino, locationis durante? nulla alia uia. B. tutus erit, quām ſi obtentum fuerit indultum pro annis, in quos locationi fit, per quod Papa concedat li- centiam locandi, & coadiuendi ad tot annos, inſra quos. B. à nemine moleſtari poſſit, ſed quoad omnes, etiam in beneficio ſuccesſores tutus fit, & signatura limitabit ad duos, tres, uel plures annos, adeo quod ſuccesſor nihil plus petere poterit pro menſtruis, ſeu annuis ſolutionibus, uel pro terminis in locatione appofitis, q. præceſſor, ſeu prædeceſſor petere, ſeu conſequi potuiflet, nec illam locationem, durante tempore in indulto contento, infringere poterit.

Quod locatio pro ſe, & ſuccesſoribus non facta mentione regreſſus alterius, etiā confirmata, illi non obſter, uide ſupra de Rescrip. ſi in euidentem, uerſ. quero an ha- benți regreſium.

Sed ne quid (quod huc ſpectet) intacum relinquam, dico quod adhuc ſuper- est alia major hælitatio, ponamus quod A. beneficiatus a re alieno grauatus, uel ut commodius uiuere poſſit, cupit beneficij redditus, & prouentus ad triennium, uel longius tempus anticipata ſolutione huiusmodi annorum. B. locare, quomodo. B. pecunias omnes anticipate ſoluens cautus erit. A. cädente, uel decadente? ul- tra adducta ſupra uideatur Rot. 232. Si prelatus in no. Ego autem concluderem non niſi rescripto in optimis forma impetrato. B. cautum reddi poſſe. Rescriptum autem huiusmodi non facile concederetur, præſertim cum omnibus clauſulis, quæ ad eſſe etiū huiusmodi requirerentur. Ego uidi breue obtentum in fauorem cuiusdam prælati, quod latiſſimum, & ampliſſimum erat, cui ego antequam ſignaretur, qual- dam clauſulas addendas eſſe monui.

Pro p̄miffis etiam, & alijs huc pertinentibus uide Lap. Alleg. 12. diſputat hic. Rot. 232. ſi prelatus, in nou. & omnino Concilium Tridentinum. Sessio 25. alias 9. & ultima, ſub Pio IIII. capit. 11. incipien. magnam ecclie perniciem, in Decr. Refor.

Q V I N T . M A N D O S I L

I N D V L G E N T I A E.

Indulgentia uerbum multis modis accipitur uidelicet. pro remissione pœnae l. nam & si sub conditione. §. penul. alias §. seu uersi. Ergo & si quis damnatus capite in integrum indulgentia principis sit restitutus. ff. de iniu. & irri. testa. l. indulgentia. quæ est fi. cum gloss. C. de gene. abo. c. fi. §. indulgentia. 2. quæst. 3. Item pro dispensatione. c. dudum. 2. uers. insuper indulgentiam. un. præceden. uersi. nos igitur dictam, ibi per Sedem Apostolicam super hoc dispensatum, de electio. Insuper, pro molli permissione, quæ seueritati opponitur. Quintil. lib. 1. cap. 3. Mollis illa educatione, quam indulgentiam uocamus, neruos omnes, & mentis, & corporis frangit. Indulgentia etiam pro pulchritudine, quemadmodum indulgens pro pulchro. Quintil. declama. 18. Placet ergo, ut si filio obtigerit, indulgentiam facies &c. & apud Statuum: Egregie tanta indulgentia formæ. Indulgere etiam interpretamur. i. uacare, seu operam dare, Virgil. 4. Aeneid. Indulge holpitio, causasque innæcte morandi. & est pulcher tex. in l. non distinguemus. §. sacerdotio, ibi. Sed & maiestati Dei indulgetur, cuius sacris uacare sacerdotes oportet. ff. de arbit. Hic iuxta primam interpretationem accipimus & aliter, uidelicet ut indulgentia sit remissio pœna temporalis, quæ pro peccatis dabatur, concessa à Papa, ut post Calde. per Fel. in tract. In dulgen. par. 2 nu. 8.

Stationes urbis non conceduntur, nisi de expressa licentia Summi Pontificis, nec dantur quoad septem basilicas, in quibus sunt plenariae indulgentiae: De indulgentiis basilicarum beatorum Petri, & Pauli, uideatur extraua. 1. & 2. & extraua. quemadmodum, de pœni. & remissio. inter commu.

Stationes autem nostra Romanae quare sic nuncupentur diffusius tractemus, aliqui dixerunt, quod per translationem sic uocentur, statio enim præsidium appellatur, & salutis propugnaculum, hinc dicitur præsidium statuum, Cicero 11. Philip. Hæc mea uigilia, hoc præsidium statuum. Et statio dicitur locus ad custodiæ assignatus, quando milites stantes uigilant, uulgo corpus guardiæ: Cæsar libro primo. Belli Ciui. Sed perpetuis uirgilijs, stationibusque. Virgil. 9. Aeneid. Iternuntque uices statioñ relata. Sueton. in Augu. Centuriones statioñe deserta itidem ut manipulares capitali animaduersione puniuit. Stationarij item milites, qui & præsidarij dicuntur in locis hostium fintimis stationes agitare solent, de quibus in l. liminarchæ, ubi Bud. in fin. ff. de serui. fugi. Nunc ad rem no'ram, sicut statio, & stationarij milites efficiunt, ut exercitus, & populi sub ipsorum custodia, uigilia, & spe tuti, & quieti sint, ad supra adducta, & est pulcher text. in lege prima. §. penultimo. ff. de offic. præfecti urbis, ubi quod præfectus urbis debet etiam dispositos milites stationarios habere ad tuendam popularium quietem, & ad referendum sibi, quid ubique agatur, ita per illos, qui stationes (de quibus tractamus) piè, ac alias, ut decet uistant, peccatores omnes, & omnes Christiani à Deo preferuentur, & illorum orationibus, precibus, & meritis ad meliorem frugem, sanctioremque uitam redigantur, seu restituantur. Possimus etiam dicere, quod sicut statio pro temporaria habitatione accipitur. Cicer. ad Attic. lib. 6. Athenis statio mea nunc placet Cæsar li. 2. Belli. ciui. Habetq; non incommodam æstate stationem. per translationem hoc nomen conueniat stationibus nostris, in quibus, & eas uistantibus ad tepus modicum quædam spiritualia, & coelestia dona, ac priuilegia, & indulgentiae confessæ sunt. Rursum statio a stando dicitur, & is locus demonstratur ubicunque naues

tute

eute stare possunt, ut dicit Vulpia. in l. 1. §. stationem. ff. de flumi. & in l. portus. ff. de uer. signi. ubi statio pro portu accipi uidetur. & in hoc significatu accipi debere affirmo apud Cæsarem de Bello ciui. lib. 3. non multum post prin. ibi II. non. Ian. postridie terram attigit Cerauniorum saxa inter & alia loca periculosa quietam noctis stationem, & portus omnes timens, quos teneri ab aduersarijs arbitrabatur. Metaphorice igitur dicamus, qd sicut nauigantes ad portum confugint, & in portu consilentes securi sunt, ac absque aliquo metu Cice. in Verrem actio. 7. Statim sine ullo meatu in portum ipsum penetrare cooperunt. Plaut. in Mercat. In portu res est, hoc est in tuto, & extra omne periculum. Ac dum nauigantes sunt in medio mari undarum, & uentorum arbitrio iactantur, sic & omnes, qui in hoc mundo sunt ab undis & uentis agitati, & quibus carmen illud Ouidij de Ponto conuenit. Iam iam tacturos sidera summa putas: Iam iam tacturos tartara summa putas. si ad stationes ipsas, & ecclesie thesauro modis confugiant, tunc erunt in hoc, & alio seculo, & in portu erunt. Sed ueh illis qui stationibus huiusmodi pro tabernis, seu stabulis abutuntur, pro stabulo iumentorum stationem accepit Iulianus Iurecon. in l. æquissimum, ad ff. ff. de usufru. Illis conuenient uerba Esdræ 4. cap. 8. Nec indigneris eis qui bestiis peiores iudicati sunt. His etiam conuenient illud Tobie 6. Et sux libidini uacarent, sicut equus & mulus, in quib. non est intellectus. Illud Ps. 31. Nolite fieri sicut equus, & mulus &c. Illud Psal. 48. Et homo cum in honore esset, non intellexit, & comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Rursus & illud Daniel. 4. Cor eius ab humano commutetur, & cor feræ detur ei. ac cap. seq. Sed & cor eius cum bestijs possum est, et cum Onagris erat habitatio eius. Haec inquam omnia conueniunt (pace omnium) sit dictum Romanis nostris, & exteris, qui sanctas stationes Romanas non denotionis & pietatis causa, sed cuiusdam male consuetudinis, ac lasciuiae causa uisitant: De his loquitur Hierem dicens Nolite confidere in uerbis mendacij dicentes Teniplum Domini, Templum Domini, templum Domini est: Et postea & uenitis & stetitis coram me in domo hac in qua inuocatum est nomen meum, & dixi illis liberati sumus eo quod fecerimus omnes abominationes istas, nunquid ergo spelunca latronum facta est domus ista? De quo etiam Luc. 19. in fin. Scriptum est enim, quia domus mea, domus orationis, uos autem fecistis illam speluncam latronum. Quid plura? uidi ego his oculis, multa in honesta committi in iis stationibus, & sacris templis, sermonesque obscenos, turpes, ac impudicos his inquam auribus ausi: Qui habetaures audiendi audiat, & clamor meus ascendat ad Dominum, stationem pro domo seu manione, apotheca, & taberna habes in Auth. de tabellio. in pluribus locis, in consi. Io. And. incipien. quia sapissimè, post prin. quod est 61, inter consi. Alex. uol. 4. & consi. Bal. 125. iuxta nouam impressionem, incipient. quidam Iohannes, nu. 2. uolum. 4. Et stationem in alio diuersissimo significatu inuenies in Sphera Io. de sacro Busto, uersus fin. titu. de statione, directione, & retrogradatione.

Aliquando concessum fuit Regi, & Reginæ, quod consequerentur indulgentias, ac si Romam uenissent.

Monialibus infirmis, & carceratis, & aliter impeditis plerisque, per clausulas in indulgentiis ponи confuetas, consultur, ut de indulgentiis participem, perinde, ac si ad urbem, vel aliquam ecclesiam, seu ecclesias Romæ, uel alibi existentes, quibus indulgentia conceditur, accederent, cum hoc, ut aliquid aliud faciant, prout per Feh. in tracta. seu sermone indulgentiarum plena. col. 8. uersi. ulterius ex regula, & doctrina, & ego plerisque collegijs, societatijs, ac officialibus Ro. Cu. & præfertim meritorissimis D. Rotæ Auditoribus concedi uidi, ut ecclesiam sibi propinquam eligant; quam uisitando indulgentias consequantur, quas consequuntur alij, quatuor, seu septem

Q V I N T . M A N D O S I I

ptem ecclesiis uisitantes.

Indulgentia concedi solebat pro uisitantibus corpus Christi, quando ponebatur super altare certis diebus per decennium duratura. In iure autem habemus indulgentias concessas per Urbanum III. intercessentibus officiis diuinis in die festi corporis Christi, uel infra octauam. cle. uni. §. fi. de reli. & uene. sancto.

Indulgentiae per rescriptum nostra nisi ex causa, & in certis casibus, ac limitate concedi debent. c. cum eo, uerbi. ad hoc, quod per indiscretas. de poeni. & remissio. c. fin. eo. lib. 6. Papa uero quando uult, & ut uult, illas dare potest, & dat; ipsi enim data est potestas clauim ligandi, & soluendi. Math. 16. c. translato. de constitutio. c. foliæ, uerbi. quodcumque ligaueris de maio. & obe. laudabile tamen existimatur, si ipse summus Pontifex parcet, & moderatè indulgentias concedat iux. præalle. c. cum ex eo, in fi. de poeni. & remiss.

Indulgentiae nō frequenter concedi deberent, ne cōcedentis auctoritas uilescat. artex. in l. obseruandum. §. de offi. præsi. & per Cardi. in clem. 2. §. ad hæc, nu. 8. in 11. not. de poeni. & remiss. sic & in simi. habes excommunicationes parcet concedendas, ac fulminandas. Sessio. ult. con. Trident. in Decre. Refor. c. 3. sic & parcet legem soluendam, dispensationesque concedendas esse, ubi supra ca. 18.

Super concessionem, & moderatione indulgentiarum habemus Regulam 56. iuxta ordinem antiquum, cum tribus Regulis sequent. super quibus Deo dante scribam.

In indulgentijs apponi consueuerunt uerba, videlicet [à uesperis ad uesperas] & etiam dictis uerbis non appositis illa subintelligi debent, argum. tex. in c. quod die ante fi. ibi. Cum à uespere sabbati initium constet ascribi 75. distinct. Leu. 23. A uespera in uesperam celebrabit sabbata uerba, & in c. 2. de fer. in cle. 1. ad fi. uer. qui autem in primis ipius festi uesperis, de reli. & uene. sancto. & per glo. in c. alma, in ver. alsumptionis, de senten. excom. lib. 6. Quæ etiam procedunt in obseruationibus festorum, ut incipiānt à uesperis, & durent usque ad uesperas, ad supra adducta, & ad c. 1. in prin. ubi glo. de cons. di. 3. c. 1. ubi glo. & Abb. de seriis. Lap. Alleg. 90. si queratur, in fi.

In indulgentijs quæ conceduntur pro constructione, reparatione, seu utilitate ecclesiæ, monasterij, loci pii, uel pro captiuis apud infideles apponuntur uerba. [Quod illas consequi uolentes manus adiutrices, seu liberales porrigit.] de quibus etiam per Ludo. Roma. con. 266. Ille Petrus, post prin.

Pro indulgentiis uidere poteris Christost. in illud Matthæi 16. Tibi dabo claves. Homini mortali cœli & terra, & omnium, quæ in eis sunt, commisit potestatem &c. Melius in Codice græco quām interpretatione Trapezuntij. & Thom. in Cathena aurea. art 4. dist. 20.

L I C E N T I A A V D I E N D I L E G E S , E T P H I S I C A M .

Magnū fuit dubium, an clericis, an presbyteris, an monachis, de iure licaret Leges, seu Phisicam audire, uel expediret illas audiendi, uel illis operam dandi prædictis licentiam impartiri, super quibus Summi Pontifices diuersimode cauerunt, & statuerunt prout ex infra adducendis apparebit.

Episcopis, & aliis personis ecclesiasticis prohibitum uidemus libros gentilium legere, etiam eos, qui dialecticam, & phisicam docent. c. 1. cum pluribus seq. dist. 37. c. cum multa. 86. dist.

Contra uero uidemus Mosem, & Danielem omni scientia Aegyptiorum, & Caldeorum

deorum eruditos fuisse, quorum exemplo homines Deo inservientes non uidentur prohibiti scientias discere. c. legimus. §. sed è contra. cum pluribus sequen. dicta 37. distinct. & nota. glo. i. dicta distinct. in fi. quod sola uoluptas reprobatur, quasi dicat, quòd non scientia, & artes, ac seculares disciplinae prohibentur clericis, sed illarum abusus, & glo. seq. in c. episcopus in fi. dicit, leges per ora principum diuinatus promulgatas esse, easque audire licere, ut per eas melius canones percipientur argum. text. in cap. summi operæ, i. quæstio. 3. & notat Luc. de Pen. in l. unic. colum. 4. uersicul. & ideo iudices C. de conduct. & procura. libro. i. & idem uoluit Abb. in capit. super specula, ne cleric. uel monac. ubi quòd licet sit prohibitum clericis audire ius ciuile, illud tamen fallit, nisi audiunt quod eruditio canonum; sine legum enim peritia nunquam ius canonicum assuequi poterit quispiam, facit tex. in c. i. de no. ope. nuncia. ubi quòd sicut leges non dignantur sacros canones imitari, ita & sacerdotum statuta canonum principum constitutionibus adiuuantur, & in fi. Papa mandat negotium illud secundum legum, & canonum statuta terminari. Et si fateamur prohibitum esse clericis leges legere, illisque operam dare, ne cesariò nos fateri opporrebis illis etiam uenitum fore decreto legere, cum in eo infinitæ leges inserterint; idem dicamus de titu. de reg. iu. li. 6. in quo sunt plures leges ad uerbum, quod dicere quam absurdum sit, nemo est qui nesciat.

Sciendum est, quòd Alexan. III. in Concilio Turonen. per c. non magnopere, ne cleric. uel mon. sub graibis poenis prohibuit religiosis professis leges, uel phisicam audire, ea ratione, ne occasione scientia uiri spirituales, mundanis rursus actio. nibus inuoluerentur.

Superuenit Honorius III. qui per cap. super specula, sub co. titu. ne cleri. uel mo. na. extendit, & ampliauit dictum. ca. non magnopere ad Archidiaconos, Decanos, Plebanos, Præpositos, Cantores, aliosque personatus habentes, necnon ad presbyteros.

Idem Honorius edidit decretalem super Specu. de magi. & c. super specula. de pri. u. pro quibus, & alijs præmissis ultra scribentes super dictis iuribus uideatur omni no Rebuss. in tracta. nomina. q. 5. num. 14. cum pluribus seq. ubi aliquas difficultates mouet, & soluit: Ex omnibus supra adductis clara colligitur conclusio, q. monachi professi, presbyteri & alijs supra nominati, leges audire prohibentur, illasque aliis, publicè legere, & declarare: an autem prohibitio simplices clericos comprehendat, credo quòd non.

Necessariò igitur indulcum, seu licentia audiendi leges, seu phisicam, uel illas, seu alterutram explanadi aliis, à monachis professis, à presbyteris, & alijs personis, supra expressis obtineri debet, ad cautelam autem etiam ab ipsis simplicibus clericis impetrari poterit, eis tamen illam non necessariam semper assertui, licentiaque præmissa ab ipsis presbyteris, & alijs prænominatis ab ipso. Papa impetratur, & ita Ro. Cu. seruat, cui consuetudini post discussionem ad partes acquiescit. D. Pet. Rebuss. ubi supra num. 33.

Dum sacerdotes & aliæ personæ ecclesiastica petunt licentiam studendi, audiendi, & legendi leges, tollitur uerbum, legendi; cætera uero conceduntur.

Licentia legendi dum conceditur adduntur hæc uerba, uidelicet [Non tamen in publico.] seu [Non tamen publicè.] quæ limitatio operabitur, ut sic dispensantibus non possit legere in loco ubi ex priuilegio, uel consuetudine iura legi solent per tex. in proce. ff. §. hæc autem uolumina tria. c. tuæ, de cleri. non resi. cle. dudum. §. in studiis autem generalibus, & ibi per glo. & Docto. de sepult. per glo. pragma. in rub. §. quibus attente, in uer. generalium. Putarem uigore dictæ licentie sic limitate, tales posse etiam legere Romæ, Senis, Bononiæ, & in aliis locis, ubi sunt studia uniuersitatis,

Q V I N T . M A N D O S I I .

lia, sed in domibus duntaxat priuatis, non autem in scholis uel locis publicis.

Addi etiam semper debet clausula in licetiis audiendi leges, uidelicet [Et ad quinque annos.] Illud enim quinquennium sufficit leges a praceptoribus audire iuxta sententiam Iustiniani in proœ. ff. intelligo si interim scholaris continuo, & totis annis legibus operam det, non autem (ut per plerosque fit) quibus uel negligentibus, uel ignavis, nec decennium sufficit. credo etiam limitari licentiam predictam ad illud tempus ne sub praetextu per longius, seu prolixius tempus studendi, presbyteri, & alii premissi a suis ecclesiis absentes uagentur, & ea ad quæ tenentur negligant.

Licentia leges audiendi, uel illis studendi nunquam datur religiosis, & sic quoad eos iura, de quibus supra, indistincte seruantur, & facit tex. in c. 2. §. 5. iun. glo. in uer. dimissio, ne cleri, uel mona. lib. 6. Et quod Doctor expellere debeat monachum intrantem scholam suam, uide gloss. in cap. 1. in uersic. expellant. de usurp. eod. lib. 6.

Immo religiosi prohibentur accedere ad studia generalia, seu uniuersalia causa studendi in quauis scientia, & sic etiam in studiis uniuersalibus theologie operam dare non poterunt propter generalitatē tex. in prael. c. 2. ne cle. uel mona. libro 6. nisi habita licentia a Papa, uel suo prælato, & hoc casu cum consilio sui conuentus, uel ipsius maioris partis, uel iuxta consuetudinem hodiernam solius ipsius Abbatis, uel ipso sine causa recusante ipsius Episcopi sub cuius dioecesi monasterium existit, pro quibus omnibus uideatur Rebus super concor. sub rub. de collatio. §. volumnus in uer. religiosus pag. 421.

Studio Parauino (ut audiui) concessum fuit, ut quæcunque personæ ecclesiasticae leges ibi audire possint, credo etiam aliquibus aliis ciuitatibus illud indulxum concessum fuisse, Maria Sozzi, in c. ad audiencia, post num. 27. uersi. item clericus audiens leges, de homi. testatur studium Senense habere priuilegium, quod in eo regulares & alii erici possint leges audire: in aliis igitur studiis, quibus priuilegium huiusmodi concessum non fuit: nec esset licentia premissa, priuilegium enim, seu indulxum alicui uniuersitati, seu loco concessum, extra illum seruandum non erit, ad tex. in l. pen. iun. glo. in uer. orientis. C. defun. patri, & Saltuen. li. 11. & arg. tex. in c. 1. & c. 2. §. statuta, de consti. lib. 6.

LICENTIA DOCTORANDI.

Doctoratus ad gradum promouere ad principem spectat, uel ad collegium studiū uniuersalis ex auctoritate principis, prævio examine, & relatione Doctorum uel septem secundum aliquos, uel ad minus quatuor Perusij, & in aliquibus aliis studiis uniuersalibus, ac subsequata approbatione Cancelarij, archidiaconi, uel similiū, prout omnia premissa traduntur per Ioan. An. in cap. 1. super glo. fin. de ce leb. missa. per Bart. in l. magistros. C. de prof. & medi. lib. x. & in proœm. fl. numer. 9. gloss. fin. in clement. fina. de magi. & per Salycket. in l. nemini. C. de aduoc. diuer. iudic. numer. 2.

Licentia doctorandi concedi solet, aut in Rom. Cu. aut extra eam; si in Curia per solam Signaturam, Et committitur alicui. D. Cardinali, uel prælati, quem doctorandus desiderat; si extra Rom. Cu. per breue extensum, seu supplicatione introclusa, & committitur alicui, seu aliquibus probis viris in dignitate ecclesiastica constitutis ut allumptis secum duobus, uel tribus in decretis, seu legibus, uel artibus, & medicina Doctoribus, rigoroso præcedente examine; si oratorem idoneum, & sufficientem esse repererint, eum ad doctoratus gradum huiusmodi promoueant, eumque do-

doctorem creent, seu creet, solita insignia exibeant, seu cxibent &c.

A communiter accidentibus taliter ad doctoratus gradus ascendentibus parum de seipsum confidunt, uerenturque, si coram doctoribus alicuius uniuersitatis periculum faciant, sequē eorum censurē subiiciant, non honorem, sed infamiam perpetuam se reportaturos. De his loquitur Gui. Papæ dec. gratio. 88. num. 3. & dec. 388. num. 11. uer. sed an recipiens gradum, & Rebus. in tracta. Nomi. q. x. nu. 4.

Aliquando uero turpis agetas efficit, ne illi, qui diu insudarunt, & ualde profecerunt, propter graues expensas, quæ in studijs uniuersitatis (ut omnes norunt) in su sepiendo doctoratus gradu fuit, in similibus studiis ad optatos, eisque debitos homines peruenire possint, unde meritò talibus licentia hæc indulgenda esset; alijs uero indistincte, mea quidem sententia, deneganda, pauperibus enim pleraque conceduntur, seu indulgentur, & remittuntur, quæ non diuitibus, ad l. si procuratorem. §. si ignorantes. ibi, Quid tamen si paupertas eis non permisit? excusata est coru inopia. ff. manda. c. ex ratione, ubi omnes, de appellatio. Bal. in l. 2. §. si quis iudicio. ff. si quis cau. Caffa. dec. 6. de appellatio.

Dum (ut præmisi) supplicatur, q[uod] assumptis secum duobus, uel tribus doctoribus &c. delentur illa uerba [Duobus uel.]

Si in supplicatione non fint posita illa uerba, uidelicet. [Rigoroso examine prædente.] illa omnino per Signaturam addi debent, hac præsertim ratione, ne imperiti ad hunc gradum promoueantur, ijque postea doctrinam adulterinam discipulis tradant, iux. tex. in proœ. ff. §. hæc autem tria. Doctorandus autem instar Athletæ post trinum examen, trinamque comprobationem ad illum summum honorem promovetur, ad l. uni. & not. Bar. C. de athle. lib. x. & l. magistros. C. de professo. & medi. eo. lib. & per Abb. in c. proposuisti, col. pen. nu. 13. de proba. Pro hac clausula [Rigoroso examine.] seu [De rigore examinis.] uideatur Rebuff. super concor. sub rub. de Reg. ad præla. nomi. §. j. in uer. cum rigore examinis, pag. 130. & seq. de collatio. §. præterea, in uer. cum rigore examinis.

Scholaris autem ualde cognitus, an absq[ue] examine doctorari possit, arguo ad partes in. 13. q. 2. 4. Reg. de Ma. Prom. ubi pro affirmativa concludo.

Sive licentia doctorandi committatur in Rom. Cu. sive extra eam, semper addi debent uerba, videlicet. [Afflentium uotis iuratis.] Doctores enim semper iurare debent super peritia, & habitatibus ad doctoratum promouendi, ut per Bar. in proœ. ff. & per Abb. in c. proposuisti, col. pe. nu. 12. & seq. de proba. pro quo, & aliquibus ex præmissis uideatur per Staph. super Signat. in uer. licentia doctorandi fol. 190. & per Sarnen. de Breui. nu. 43. & seq.

Quando quis petit, quod gaudere possit priuilegijs, & favoribus, quibus gaudent alij eiusdem facultatis doctores quaruncunque uniuersitatum, addi debent uerba, uidelicet. [In quibus studiū duntaxat.] Et prudenter Signatura potius utitur uerbo, studiū, quam studuerit, ad euitandum illud dubium, Quid si talis post impletum rescriptum, seu post adoptionem gradus studiūset in alijs uniuersitatibus, an etiam aliis priuilegijs gaudere deberet: hanc quæstionem, licet ad alium finem, ad partes disputat Pet. Rebuff. super concor. sub rub. de collatio. §. præterea, in uer. studuerint.

Illa uerba [Quarumcunque uniuersitatum.] comprehendunt etiam uniuersitates insignes, tum propter illam dictionem uniuersalem, quarumcunque, ad l. quacunque, cum ibi not. ff. de procu. l. hoc articulo. ff. de hære. insti. c. solitæ, ante fi. de maio. & obediens. c. 2. de præben. libro 6. tum propter illa uerba in quibus studiū:] quæ accipi posunt non minus restrictiæ, quam demonstratiæ, ad tradi. per Bar. & alios in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. & in l. cunctos populos. C. de summ. Trin. Tum etiam pro-

Q V I N T . M A N D O S I I .

propter identitatem rationis, eadem enim est ratio, ut gaudeant priuilegijs Doctorum graduatorum in insignibus uniuersitatibus, si in illis studuerunt. Illae autem uniuersitatis dicuntur insignes, & celebres, ubi primarij Doctores cum magno Auditorum numero legunt, prout per Rebuffi super concor. §. præterea, de collatio, in uer. famosa.

In theologia, quoad seculares, & religiosos, hic in curia committi consuevit Magistro Sacri Palatij.

Religiosi doctorantur de licentia superiorum. Hostien in summ. de Magi. §. qualis debeat, Docto. in c. quia nonnullis eo. Abb. in c. de multa, de præben. & confi. 89. Doctorantur autem in theologia, & aliquando in iure canonico, Collecta. tamen in c. 2. num. 2. de stat. mona. & Calde. confi. 2. sub titu de magi. probare nituntur, quod religiosi etiam in legibus doctorari possint, quibus obstatre uidetur, que diximus supra de licentia audiendi leges, ubi quod non conceditur religiosis: si igitur leges audire non possunt, quomodo eas docebunt: contra tex. in c. sic uiue, ibi, Multo tempore dice, quæ postmodum doceas, & in c. seq. 16. q. 1.

Apostata nullo modo doctoari debent, nec eis doctorandi licentia conceditur, ad nota per Bar. in 1. contf. C. §. hec que. num. 12. uer. & ideo dico, quod infames, apostatae &c. Firma. in tracta. Episcop. in prima par. 1. lib. in 35. quæstio. uers. apostata, uero, Lamber. de ju. patro. in 9. arti. 9. q. 1. par. 2. lib. num. 4. fo. 241. & num. 1. declarat tribus modis dici. Apostatam.

Inter clausulas non obstantiarum pro Carolo de Negron Baccalaureo Hispano, concedi uidi infra scriptas clausulas [Ac quod dictus orator cursus lectorum per literatos, & Doctores ante promotionem ad gradus huiusmodi fieri consuetos, & requisitos forsan non fecerit, seu non compleuerit, ac const. & ordin. Apostolicis, ac quarumcunque uniuersitatum, & locorum etiam iuramento &c. roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis quomodo libet in contrarium facien. tam sub plumbo, quam in forma breuis per quoscunq; Rom. Pontifices. S. V. prædecessores concessis, confirmatis, & innouatis, etiam forsan disponentibus, quod in illis pro tempore studentes, ibidem gradus consuetos acciperent debeat, & quod nullus ad huiusmodi, & alios gradus, nisi prius certos cursus, uidelicet legendi, & alia faciendi ad id requisitos compleuit, promoueri posset, quibus omnibus &c. latissime derogare placeat, ceterisque contrariais quibuscumque.]

Iudæis concedi solet licentia, se doctorari faciendi in medicina; absque licentia igitur non possunt, cum doctotatus sit dignitas. c. quanto, & ibi Abb. de magi. Bar. in l. 1. col. 4. nu. 10. C. de no. co. compo. Gui. Papæ dec. 388. Quo uero ad doctores. nu. 9. & hoc est communis opinio, prout per Dec. confi. 161. num. 2. uersi. tertio considerandum est: Iudæi autem infames sunt, Bar. in l. 1. C. de iudæ. & in l. omnes. C. de decu. lib. x. per Staphii. ubi supra fo. 190. ante fi. Pro præmissis omnibus uide Claud. Seysel. qui alios citat super proce. ff. nu. 5.

Iudæis autem nunquam indulgetur, quod legum Doctores creari possint, nee mirum, leges enim sacratissimæ sunt. leges sacratissimæ. C. de legi. l. 1. §. proinde. ibi. Est enim quidem res sacratissima ciuilis sapientia &c. ff. de uar. & extra. cogni. auth. habita, ibi. Et maxime diuinuarum, atque humanarum legum professoribus. & ibi. Quorum scientia mundus illuminatur, & ad obediendum Deo &c. C. ne fil. pro pa. & si iudæi à legibus ciuilibus arcentur, fortius à iure canonico, uideant medici quanto legitissi, & canonistis inferiores sint, cum iudæis soleat aperiri uia ad eorum doctoratum perueniendi, ad ciuilem autem sapientiam nunquam admittantur.

Rursus & serui, qui pro nullis habentur. l. quod attinet, cum uulga. ff. de regu. iu. medi-

medicinam exercere non prohibentur. Genes. cap. ult. in prin. Præcepitque seruis suis medicis ut aromatibus condirent patrem. Ad quæ autem Iudæi admittantur, uel non. Seysel. super dicto proce. ff.

Sanctiss. D. N. Paulus III. Iudæos à Christianis penitus segregauit, antiquamque commixtionem sustulit, propriam regionem muro cinctam illis concescit, & legē posuit, ne transirent fines suos, ne Christianos mederi auderent, seu illis pharmaca, ut prius, subministrarent, neve Christiani ad illos infirmos curandum accederent, nec nutrices, neve mulieres Christianæ, quæcumque sint, illis inferuissent, immo tam uiri, quam fœminæ habitum colore distinctum ab illo Christianorum in capite gestare coacti fuerunt, & summa ratione illi ab iis, qui Deum uerè colunt, segregati esse debent. Dominum enim nostrum Iesum, & prophetas occiderunt, & apostolos persequuti sunt, & Deo nō placent, & omnibus hominib[us] aduersantur, super quos peruenit ira Dei usque in finem Pau. i. ad Thessa. ii. Et in oratione pro iudæis in die sabbati sancti non dicitur, Electamus genua.

Interrogatus quid sentirem circa delationem prædictam habitus distincti, & diversi ab illo Christianorum, uel delatione alicuius signi, respondi idem iamdiu constitutum fuisse in concilio, prout in tex. c. in nonnullis prouinciis a Christianis iudæos, seu Saracenos habitus distinguit &c. de iudæ. subdebam consuetudinem contrariam abusum potius, seu corruptelam dici debere, parumque laudabam Martini. V. priuilegium in fauorem Iudæorum ne cogi possent ad deferendum aliquod signum ultra antiquam consuetudinem, damnabamque Fulgo. confi. 155. proponitur q[uod] in ciuitate Ferrarie, ubi conatur defendere priuilegium illud, etiam quod non esset in specie derogatum concilio prædicto, comprobataque consuetudinem non deferendi aliquod signum diuersum, quam ego, ut præmis, abusum uoco etiam auctoritate tex. in alle. c. nonnullis, ibi. Sic quædam inoleuit confusio: Et con. illud ueniale asserebam, prout alia quædam quæ tempore meo emanarunt: Et ego hic Romæ alias ab uniuersitate Hebreorum magnis mihi propositis præmis, ut defendenter quendam eorum librum Talmut nominatum ne combureretur, ignique ne liber huiusmodi damnaretur, super eorum pluribus priuilegiis, & consuetudinibus parum decentibus scribere, ea facere renui respondens, me aurum non fitire.

Et quod etiam in iure canonico prohibitum fit, pro infirmito sanando adhibere me dicum iudæum, aut ab eo medicinam percipere. probat tex in c. nullus eorum. 28. q. 1. quem text. ibi, limitant Docto. & Luc. de pen. in l. ne cui licet. col. 4. post prin. C. de comme. lib. xii. nisi periculum mortis immineat, aliusque medicus inueniri non posse, prout s[ecundu]s accidit in aliquibus oppidis, & in c. s[ecundu]s, & in alijs 28. q. 1. probatur prohibita esse conuersationem, cōionē, & familiaritatē cum iudeis, & in c. 1. c. ad h[abitu]l, & in aliis, de iudæi, & in c. iudei, ad fi. de testi. Clau. Seysel. super dicto proce. ff. nu. 20. & Rip. de Remed. ad curan. pestem, nu. 52. cum pluribus seq. An autem inter Christianos, & iudæos possit esse societas occasione mercium, Ange. post Bar. qui non decidit in l. 1. ff. ad leg. iul. maie. & idem Angel. in l. utimur. ff. de sepul. vio. & Abb. in c. post miserabilem, per illum tex. de uiur. concludunt pro affirmativa: Corset. uero in suis singularibus, in uer. societas au[tem] cadat in iudæum, dicit quod licet h[abitu]l theorica sit sequenda, tamen sibi uidetur dura, & periculosa, & forte de ri gore iuris non uera.

Neophytis vero. i. nouiter ad fidem conuersis, an absq[ue] aliqua licentia doctoratus insignia in studiis uniuersalibus, ubi studuerunt, & ubi aliis licentia opus non est, concedi debeant, dubitari posset, ad singu. Ludo. Rom. 672. inueniamus, vericu. sed quid de eo, qui est factus de iudæo Christianus, cum iis quæ subiicit, ideo ad cautelā licentia impetrari posset, quæ nulli denegaretur.

Q V I N T . M A N D O S I I .

L I C E N T I A A D O R D I N E S S E P R O - M O V E R I F A C I E N D I .

Prima tonsura, seu corona, an sit ordo, diuersæ fuerunt opiniones, ego puto non propriè dici ordinem, sed potius dispositionem ad ordines, nec illam inter ordines, officium, & exercitum habentes, connumerari debere, prout in c. accolitus, cū quatuor. seq. 33. distin. per Inno. in c. cum contingat, uersi. ratio diuersitatis, de ætat. & quali. uideri poterunt, quæ scripsi in 1. quæstio. 24. Reg. d e Male Promo.

Ordines sacri sunt subdiaconatus, diaconatus, & presbyteratus. c. crubescant. 31. distin. c. à multis, de æta. & quali. & ad ea, quæ latius prosequor in dicta. 1. q. 24. Reg. nu. 7. & seq.

Ab alio, quām à proprio Episcopo nemo clericali caractere insigniri debet. c. pen. 72. dilt. & propterea pro licentia ad Rom. Cu. recurri solet.

Pro licentia ad primam tonsuram in Rom. Cu. sola supplicatio sufficit, cuius est hæc formula. Supplicat. N. qui militiæ clericali ascribi desiderat, quatenus ipsum spe cialibus favoribus &c. ut à quoconque Catholico Antistite, quem maluerit, aut ad hoc elegerit in Rom. Cu. residente, clericali caractere se insigniri facere, ac primam clericalem tonsuram recipere, & habere possit; necnon ipsi antistiti desuper licentiam, & facultatem respectiue concedere, & indulgere &c.

Additur, (si non sit in ventre supplicationis) clausula hæc, uidelicet [Et promouetur per aliquem Catholicum Antistitem gratiam, & communionem Sedis Apostolica habentem, in Rom. Cu. residentem.] quid autem uelint illa verba [Catholicum Antistitem gratiam, & communionem &c.] declarat tex. iun. glo. fi. in c. quod Sedem, de offi. ordi. & in c. veniens, vers. si quidem catholicus fuerit, & gratiam Sedis Apostolica habuerit &c. de præscr.

Si extra Ro. Cu. ratio, seu causa adduci solet, puta sibi, qui in diœcesi Alerien. residet, ac in qua, & tota Corsica nullus Antistes existit, vt à quoconque vicario, seu officiali alicuius Antistitis Corsice diœcesis, vel Civitatis clericali caractere insigniri &c. in fine additur [Et promouetur per aliquem Antistitem] ut supra Ro. Cu. residentem per oratorem eligendum, & conceditur per breue extensum, seu supplicatione introclusa.

Licentia promoueri se ad sacros ordines faciendi, aliqua die dominica, vel festiua, ac extra tempora, & à quoconque in Roma, Cu. uel extra eam conceditur, quia licentia non obtenta, nec quis ab alieno Episcopo, nec extra tempora ordinari posset, de primo constat per præal. c. pe. 72. distin. & 9. quæst. 2. per totam & ca. nullus, de parro.

De secundo habemus tex. in c. de eo, de tempo. ordi. immo extra tempora ordinatus suspenditur, donec cum eo dispensetur. c. cum quidam. eo. tit.

Subdiaconatus igitur, & superiores ordines de iure conferri debent in ieuniis quatuor temporum, in sabbato sancto, & Sabbato mediae hebdomadæ quadragesimæ, licet lecus dicendum sit in quatuor minoribus, ad ea quæ adduco in 1. q. 24. Reg. nu. num. 9.

Super utroque habemus Constitutionem Pij II. quæ incipit, Cum ex sacrorum, & etiam Reg. Cancel. de Male promo. quæ est 24. iux. ordinem modernū, super quæ scripsi, ad ibi dicta me remitto.

Additur per Signaturam in fine supplicationis clausula hæc, videlicet [Et quatenus arctatus, aut sufficienter beneficiatus sit.] quæ dictio, quatenus, vel conditionem faciet, ad l. sticum qui meus erit, uersi. sed conditio talis. ff. de lega. 1. Bar. in l. 1. nu. 20. ff.

20. ff. de condi. & demon. uel erit limitatiua, & exponetur, quatenus id est inquantu. l. si quis crediderit, ubi glo. ff. de pac. c. placet, de conuer. coniu. Dec. confi. 385. iuridi cam. nū. 2. & Rui. confi. 14. uol. 4.

Vel sic additio concipitur [Et si, uel postquam orator arctatus, uel competenter beneficiatus fuerit.]

Si impetrabat licentiam non graduatus, aliquando per Signaturam addebat [Et examinetur in Camera Apostolica.]

Religiosi in Camera Apostolica non examinabantur, sed eorum supplicationibus addi consueuerat. [Et de licentia sui superioris.]

Additionem aliam ponit Staphi. fo. 191. a ter. dum de hac licentia loquitur, vult enim licentiae se promoueri faciendo extra Rom. Cu. addi debere clausulam, uidelicet. [Et de licentia sui ordinarii.] ego super hoc dubito, immo contrarium seruari uidi, & legi in supplicationibus uerba haec, uidelicet [Absque literis dimissoriis sui ordinarii.] & frustra impetraretur licentia promouendi à quocunque (non dico extra tempora) si ordinarii licentia requiri deberet, posset enim ordinarius ab ordinario literas dimissorias obtainere, æquiuocauit forsan propter clausulam, quæ in licentiis religiosorum addi solet, de qua supra, à quorum superioribus tales literæ dimissoriae obtineri non posunt.

Nec quis miretur, me differentiam constituere inter Episcopos, & Abbates regulares circa literas dimissorias concedendas, de iure enim illi concedere possunt, iti non, ut probatur ex c. clericum alienum. 72. dist. c. cum nullus episcopus, de tempo. ord. lib. 6. & ex aliis, quæ adduco in 2. q. 24. Reg. nu. 6.

Si tamen adderetur dicta clausula [De licentia ordinarii] illa plures remoueret, seu tolleret abusus; solent enim infames, & imperiti loca propriæ nationis fugere, ad aliosque ordinarios confugere, à quibus spe ea, quæ ab ordinariis obtainere non possent, extorquēt. Circa quos incognitos maxima cura adhiberi debet in perquisendo, cuius uita, conditionis, & morum sint, iuxta tex. iunct. gl. 2. in c. qui episcopus. 23. distinct. & tex. in c. ueniam, uersi. Eustachium uero à me særissime comprobatum. 56. q. 9.

Quando quis petit, quod promoueri possit in una, duabus, uel tribus Dominicis, aut feriatis, uel non feriatis diebus, simul, uel successiue, tunc deleri debent uerba, uidelicet [In uno, uel duobus.] postea illa [Vel non feriatis.]

Solis Episcopis, & superioribus conceditur, quod uno die dominico, uel festivo ad ordines promouere possint; istis enim non solum circa haec, sed & circa alia plurimum deferri solet. cap. quia periculose, de senten. excommu. lib. 6. c. 2. de offi. dele.

Si in supplicatione petatur committi alicui antisiliti etiam extra Rom. Cu. tolli debet illa dictio, etiam, quæ est implicatiua, & inclusiua diuerorum, & maiorum expressis. l. etiam. ff. solut. matrimo. l. 2. & ibi glo. in prin. C. de telli. C. etiam ob chirogra. in rub. & nigro. c. intantum, uersi. prauam etiam, de simo. c. unicus. de commo. ubi Ioan. And. colum. 2. post prin. hanc dictiōem ibi positam dicit implicare culpam latam, & leuem. Gemin. confi. 120. nume. 8. uersi. & ponderandum est, in terminis nostris uigore talis licentiae, non solum extra Rom. Cu. sed & in eadem Cu. quis se promoueri facere possit; & sic ambigua, & captiosa esset haec impetratio, & si in Curia in uim dictæ supplicationis quis se ad ordines promoueri fecisset, euitasset illam clausulam olim addi solitam, uidelicet. [Et examinetur in Camera apostolica.] Hodie licentia promoueri se faciendo in Rom. Cu. conceditur cum clausula [Qd orator examinetur, & promouecatur per deputatum à uicario Vrbis.] & cum clausula (de qua supra) uidelicet. [Et dummodo arctatus, & competenter beneficiatus exi-

Q V I N T . M A N D O S I I .

stat.] Extra Curiam uero cum clausula [Quod promoueatur a suo ordinario, vel ab alio de eius licentia,] similiter cum illa clausula [Dummodo arctatus &c.]

Vide Con. Tridentinum in Decreto Reformationis Sessione 7. sub Paulo. III. c.xi. incipien. Facultates de promouendo a quoconque. Item cap. procedens. quod probhet capitula ecclesiarum sede vacante infra annum licentias promouendi, & literas dimissorias concedere in fauorem non arctati occasione beneficii.

Nouissime circa ordinationes ad sacros ordines & circa licentias ab alio est statutis temporibus promoueri se faciendi, habemus decretum con. Tridentini Sessione 23. alias 7. sub Pio III. cap. 8. incipien. ordinationes sacrorum ordinum.

ALTARE PORTATILE.

Altare uiaticum, quod mobile, seu portatile vocant, de quo loquitur tex. in c. fi. de priui. lib. 6. paruum, seu modicum esse solet, quod sepe portatur de loco ad locum, eoque utuntur in exercitu praestim, & peregrinatione, & aliis in locis, in quibus quis continuo persistere non solet, super quo ritè celebratur. c. concedimus, de conse. dist. 1. Gemi. in dicto. c. fi. nu. 5.

Viatricum seu uiatorium, quod etiam portatile nominant, omne id dicti potest, quicquid iter agendi causa necessarium est, seu quod ad viam pertinet, unde uiatorium uas, & uiatorium cubile. Plin. lib. 16. cap. 10. Vasa etiam uiatoria ex taxo uinitis in Gallia facta mortifera suisle compertum est, & lib. 37. c. 2. Qui sceptra, & personas, & cubicula uiatoria unionibus consernebat. Cic. ad Caesarem lib. 12. Cætera cuiusmodi sint ex hoc iudica, quod legato tuo uiaticum eripuerunt, Idem ad Atticū lib. 4. Viaticum Crassī pes præripit. Nihil prælati, uel dominis temporalibus, seu alijs personis insignibus tam utile, & tam necessarium est pro suo itinere faciendo, & dum in aliquo loco morantur, ubi missas audire non possent, quam huiusmodi altare portatile, merito uiaticum, seu uiatorium dici poterit: De uiatico, & uiaticulo habemus tex. in l. cum filius familias, & ibi glo. declarat. si. si cer. peta. & in l. si longius ad fi. ff. de iudi.

Viaticum item interpretamur. i. itinerationes, seu expensas in itinere factas. l. cum quem temere, ibi. Viatica, litisque sumptus aduersario suo reddere oportebit. ff. de iudi.

Missis in domo priuata celebrari non debet, sed tantum in ecclesia, nisi summa necessitas alij suadeat, & ad hoc licentia ab episcopo obtineri debet, utque in domo propria, seu priuata celebrare posuit requiritur cappella cōsecrata iux. illud. De te. i. 2. cir. medium. Vide ne offeras holocausta tua in omni loco, quem uideris, sed in omni loco, quem elegerit Dominus Deus tuus. c. sicut, cum quatuor seq. & ca. unicuique, iun. gl. in uer. non licet, & in c. si quis est. de consec. dist. 1. Vt autem domi, uel foris celebrari facere liceat, obtineri debet altare portatile, seu licentia, uel indulsum altaris portatilis.

Episcopum etiam concedere posse altare uiaticum, uoluit Lap. All. 42. queritur, post nu. 2. uerf. Posset etiam episcopus concedere altare uiaticum.

Episcopis, uel superioribus ab ipso iure indulgetur, ut altari portatili uti possint c. fi. de priui. li. 6. & ibi gl. in uer. indulgemus; nota q̄ illa est iuris indulgentia, idem dicit Mil. in suo reper. in uer. missa celebrari.

Amplio, ut est tempore interdicti Episcopi coram se, quoconque iuerint, diuina celebrari facere possint, sed tamen summis uoce, & hostio clauso. d. c. fi. cum gl. fi. de priui. li. 6. Nic. Plo. in tract. de inter. nu. 17.

Fratres etiam prædicatores, & minores habent priuilegium a iure, ut in altari uatico

tico absque episcopi licentia celebrare possint.c.in iis quæ.de priui.

Regula.8.de Pote.Vicecan.sub rub qui conce.alta.porta.disponit altare portati le in forma concedi dominis terrarum,& locorum,ac Abbatibus,Prioribus,& superioribus prælatis,& magnorum principum consiliarijs.

Altare portatile olim,& nunc solum nobilibus,& graduatis, ac dignis personis concedebatur,& conceditur,& a solo summo Pontifice.c.melius,de priui.Gem.in c.f.i.nu.s.uersi.quæro quis possit concedere,eo.tit.li.6.

Nou conceditur in locis Apostolica, sed auctoritate ordinaria interditis.

Solum in potentis,& familiarium suorum domesticorum præsentia, ac quinque aliarum personarum conceditur,& quantum ad familiares attinet illi includerentur,etiam si de eis expressè cautum non esset,non principaliter propter se,sed ratio ne suorum Dominorum.l.restituenda,cum ibi not.C.de aduo.diuer.iud.& ibi Bal.not:quod priuilegium concessum officialibus,uidetur concessum subditis,glo.in c.hinc est,in uer.sigillatim,uers.item quod primatibus conceditur,uidetur concessum & illis , qui subsunt eis. 16. questione. 1.Bald.in l.2.in 3. nota. & postea num.4.C.de epi.& cler.& in terminis nostris est tex.in c.licit uer.cum conceditur.de priui.li.6.

Quando obtinetur cum clausula[Ante diem] addi debet [Circa tamen diurnam lucem] alioqui uerbis illis non additis,quis celebrari facere posset quacunque hora noctis,quod absurdum esset iux.Psal.126.Vanum est uobis ante lucem surgere:& non solum Missæ(excepta illa Nativitatis.D.N.Iesu Christi) non debent de nocte celebrari.c.nocte.de conse.distin.1.c.consulisti iun.gl.1.de celebratio.missa.immo nec de nocte iudicium ecclesiasticum,& seculare exerceri debet.c.consuluit.uer si.ne uerò iudicium ecclesiasticum exerceatur in tenebris,de offi.delega.& latè ad partes discutit,an actus iudicarii de nocte fieri,& sententia de nocte fieri , & elec tiones de nocte fieri possint.Ioau.de Sel.de benefi.par.3.q.17.num.1. cum aliis sequen.

Aduertendum tamen est,quod licet in illo.c.nocte,in 2.respon.dicatur,quod mis sa ante horam tertiam diei minime sint celebrandæ,dispositio illius tex. non pro cedit,saltem ex consuetudine;a prima enim hora diei usque ad meridiem cele bratur , prout etiam per gloss.pragma quo.temp. quis. debe. esse in cho. in uersi missa.

Quomodo autem interpretanda sint illa uerba. [Circa diurnam lucem .] Plura adduci possent,ego magis turam opinionem puto,ut intelligamus ante solis ortum, cœlo iam albescere incipiente,ad nota. in c.si perfoderis,de homi.Bar.in l. aut fa sta.¶. tempus.fi.de pœn.num.2. uers.uenio ad secundum,Bal.in l.uni.C.de emē. Iusti.Codi.in prin.& sic illud tempus parum ante ortum solis pro die habetur , ut per præfa.supra adductos,& per Dec.consi.354.in casu proposito; Et si quis interpretari uelit post galli cantum de mane,non male sentiret iux.illud Marci.13. in fi.super quibus uideatur per Ange.in praxi crimina.in uer.de nocte , & per August. Arimin qui ibi plura addit.Pro quibus uide etiam Io.de Sel.de benefi. dicta q. 17. par.3.nu.s.ubi inter alia refert opin.illorum qui dicunt diem dici posse, cum quis discernit,seu cognosci potest.

Idem tempus etiam significamus per illa uerba.Cum cœperit diluescere. prout 1.Reg.29 ad fi.Et cum de nocte surrexeritis,& cœperit diluescere,pergitte. Item die illucescente.2.Machab.13.Hoc autem factum est die illucescente:& per illa pri ma luce,de quibus Cæsar lib.6.Belli Galli. Non multum post prin. Et postero die prima luce castra mouerunt.& lib.7.Principesq; earum ciuitatum,quos sibi ad cō-

Q V I N T . M A N D O S I I .

ſilium capiendum delegerat, prima luce ad ſe quotidie conuentre uidebat, & poſtea, Prima luce magnum numerum impediメントorum ex caſtris detrahi. Idem etiam uolunt illa uerba, cum lux apparet. Cæſar ad fi. dicti lib. 7. Cum lux apparet ueritatem ab latere aperto superioribus caſtris irruptione circumuenientur. Pro nonnullis ex dictis uerbis idem ſignificantibus, uide etiam apud Cæſarem, lib. 1. Belli Ciui. Et prima luce poſtridie conſtituant proficiſci Cæſar exploratis regionibus albente cœlo, &c.

In ſignatura, ſeu in clauſulis ſemper addi debent [In forma.] Staph. ſuper ſigna, fo. 189. uer. Altare portatile. & Sarnen, de Breui. nu. 26.

S A L V O C O N D V C T V .

Saluuisconductus ſecuritas uocatur iuxta primum intellectum glo. 1. in l. 1. ff. ad leg. Iul. Maie. & per Nic. Mil. in uer. ſecuritas. & per Mar. Sozzi. de citatio. art. 18. n. 9. Vel magis propriè. & elegantius fides publica uocari potest. Cice. in Pifonem. hūc Teſſalonicam fide tua uenire iuſſisti. Salustius. Post ubi fide publica accepit dicere iuſſus eſt, omnia aperit. Idem. Comes eius, qui Romam fide publica uenerat. Guid. Bud. in Annot. in Pandect. ſuper prin. l. 1. ff. ad leg. Iul. Maie. ubi subdit. Noſtri ſaluuum conduictum nocant. Et aliaſ in interregno ſe. re. Pauli III. dum eſsem Guber nator Beneuenti respondi, propterea fidis ibi pro ſaluui conduictis accipi, tanquam ſint fides publicæ. Fidantia a Io. And. in Addi. ad Specu. titu. de accusa. in §. ſequitur uidere, in uer. ut intra, ad fi. & a Bar. in l. iis qui reuſ, col. fi. uerſ. præterea ibi loquitur quando datur fidantia. ff. de publi. iudi. nuncupatur. Item a Mar. Sozzi. dicto art. 18. poſt num. 9. ibi, loquitur enim ſolum de fidantia, ſeu ſecuritate data bannito. No minatur etiam fiducia. D. meus confi. 1. & pro tenui, numero. 2. ibi, concedimus li berum, ac ualidum ſaluuum conduictum, ac plenillimam ſecuritatem, & fiduciam.

Saluum conduictum perpetuum, & in quibusdam caſibus etiam non perpetuum a principe ſolum (iupille tu uel eum repreſentante) concedi poſte uoluerunt Bart. in l. relegati. ff. de poenit. Bal. in c. 1. de pa. conſtant. in uer. diſpenſationem, uerſ. Et eis ſolus princeps ſecuritatem dare potest. Nellus de S. Geminia. in traſta. Bannito. in 2. par. 2. tempo. quæſt. 15. poſt num. 15. uerſ. ad ſecundum reſpondeo. & Nic. Boe. qui alioſ citat Dec. 179. & primo, in princ. Cautius erit a principe illum impe trare.

Ex cauſa autem inferior ſaluuum conduictum concedere potest, präſertim ſi eſt illemet iudex quibanniuit. Bar. in l. iis qui reuſ. num. 12. ff. de publi. iudi. Dec. Neapo. Afflit. 4. ad uocatus. & Gramma. uoto 25. nu. 11. D. meus, & Cagno. in l. ea eſt na tura. ff. de reg. iur.

Saluuisconductus quatuorplex ſit, dic ut per Vita. de Gamba. in traſta. clauſ. in uer. Nil nouari ſecuritate penden. in prin. Quantum ad materiam ſignatura attinet, di co quod ſaluui conduictus tria ſunt genera: aut enim ille conceditur pro debitibus, aut pro criminibus, ſeu delictis; aut pro urtisque. De prima ſpecie ſaluiconduictus loquitur tex. in l. 2. iun. glo. in uer. abducere. C. de hiſ qui ad eccl. confu. Bart. confi. 169. Statutum ciuitatis Tuderti. in prin. Et ſaluuum conduictum pro rebus, & bonis, ac mercibus in naui exiſtentibus habes in con. D. mei. 51. & pro tenui.

Salui conductus ſuper criminibus, & excessibus etiam enormous formulam ampliſſimam habes hodie Seſſio 18. aliaſ 2. ſub sanctiſſimo Pio. III. in Conci. Triden. qui ſaluui conductus confeſſus fuſt à congregatiōne generali nationi Germanicæ, poſtea ſubsequitur extenſio ad alias nations. Et de ſaluuo conductu in criminalibus uide

videgl.in uer.custodies,in §.neque autem homicidas,in Auth.de manda.prin.Bal.
in c.1.de pa.constan.in uer.dispenstationem.Ange.de Malefi.in uer.quod fama ,nu.
60.in 5.q.Vita.de Gamba.in alle.traetia.Clausu.in uer.nil nouari securi.penden.nu.
21.Mar.Sozzi.in dicto traetia.Citatio.art.18.nu.9.

De saluo conductu mixto habes per Bar.praealie.con.169.statutum,præsertim in
fi.per Afflit.Dec.Neapo.S.D.Rex,in prin.Et ut sit saluus conductus mixtus,necessa
ria est etiam expressio quoad crimen,seu delictum,alias saluus conductus non se ex
tenderet ad delicta,prout per Vita.de Gamba.ubi supra,post nu.12.

In saluo conductu in ciuilibus conceditur clausula quæ magni est effectus,uideli
cer.[Quòd non poslit molestari in persona,nec in bonis] De qua per D.meum præall.
consi.5.i.ante nu.2.& postea uersus fi.uer.& quia expresse dicitur.

Verum quia obligationes regulariter iuramento firmantur,aduertendum est ne
omittatur mentio iuramenti huiusmodi[Ac absolutio a juramento quatenus opus sit]
alioqui est obenta clausula,de qua proxime loquutus sum,saluus conductus non re
leuaret:immo corrueret,prout per Ale.con.205.uifis,nu.6.uer.dico insuper q[uod] sal
uus conductus.li.2.& cons.38.uisa petitione,nu.4.uer.sed illis non obstantibus,li.3.
Fel.in c.constitutus,post nu.3.uer.similiter Alex.de rescr.Afflit.Dec.Neapo.5.ubi
etiam quod nemine discrepante & conclusum,& executum fuit.& Dec 111.nu.24.

Pro firmiori ualiditate similis saluiconductus,qui etiam moratoria dilationi non
nunquam comparari potest,ad con.Alex.proxime citandum,& ad euitandum dispo
sitionem l.uniuersa.C.de preci.impe osti.& per Alex.con.205.uifis his,col.1.uer.
secundo casu,lib.2.obtaineri debet clausula[quod saluum conductum obtainens non
teneatur aliquam satisfactionem,seu cautionem praestare de soluendo salui condu
ctus,seu dilationis tempore finito]Et expediret addere[Non obstante lege,seu con
stitutione contraria.]prout per Bal.in dicta l qui uniuersa ,num.4.terculi.querit sal
uio.& per Catal.de Boncom.de sindica,post num.92.uersi. Adde quod habens sal
uum conductum.

Vouerunt aliqui saluiconductum pro delictis concessum , p[ro]fertim gratioribus
non esse seruandum ea ratione,ne delictorum impunitas sequatur,uel supplicium ni
mis differatur.Et arg.tex.in l.1.¶.non fuit,uer.maxime si aduersus hostem ,latro
nemque quis machinetur.Nec de lege,uel iustitia conqueri possit,qui eā contēpit.
arg.tex.in l.auxillum,in fi.ss.de mino.Hanc opi.tenet etiam gl.in uer.neque culto
ries.¶.sed neque hoc.in Auth.de manda.princi.Nonnuli distinguunt,prout Bald.
in l.1.¶.non fuit ff.dolo,uerl.ego dico,Nellus in alle.traetia.Bannito,in 2.part.2.
tempo.uer.quoad tertiu.& Vita.de Gamba.in dicto traetia.clausu.in uer.nil nouari,
nu.6 & seq.Cy.uerd in l.¶.ræfenti.C.de his qui ad eccl.consu.concludit indistinctè
securitates h[ab]iti seruari debere,& hac opi.Cyn.tanquam æquior,& rationabilior
ac humanior mihi semper placuit:Nec illam Bal.in dicto.¶.non fuit negat æquio
rem esse.Hanc opi.q[uod] saluus conductus indistinctè seruari debeat,tenuerunt etiā Ol
dra.per Bar.relatus in l.is qui rebus,col.fi.ante nu.13.uersi.Dico tamen quod fidan
tia si datur,est seruanda.ss.de publi.iud.& Paris.con.68.dubium exoritur,num.168.
subdens causam,ne saluum conductum habens sub fide publica deceptus remaneat.
Quod si saluus conductus a summo Pontifice concedatur, nulli dubium quin ad un
guem ab omnibus semper seruari debeat.

Limita nisi habes saluumconductum denuo delinquit,seu illo abutatur:tunc n. fide pu
blica non obstante puniri debebit,ad tex.in c.priuilegium omnino miceretur 11.q.
3.& in c.cum accessissent.de const.Nico.Boe.Dec.176.nu.3.Rationes huius li
mi.uide per Vita.de Gamba.dicto traetia.clausu.in uer.nil nouari.secum post nu.9.
uer.contrarium.

Q V I N T . M A N D O S I I .

Salutis conductus sepe conceditur pro Titio & sociis, an comprehendat etiam iudeos
socios: pro affirmativa concludunt Ange. in l.i.ss.ad leg.iul.mai. & in l.utimur. ss.
de sepul.uiola.Rolan.a Valle consi 25.usfa.nu.33.lib.1. ea ratione quod hæbreorum
societas non sit reprobata: cautius esset nonnullis uerbis in rescripto additis omne
dubium remouere.

C O N F E S S I O N A L E , S A C R A M E N T A , E T S E P V L T V R A E .

Episcopis, & aliis praelatis exemptis à iure indulgetur absque alicuius superioris
licentia, ut sibi confessorem eligere possit. c.f.i.de pœni. & remissio. Aliis uero dene-
gatur. Quacunque contraria consuetudine non obstante. c.2.co.lib. 6.

Licentiam confidendi peccata sua cui quis uult laico etiam Papa concedere potest
& confueuit, ut etiam per Ludo.Roma. consi. 266. iste petrus, uersus fin. uerificu. &
hoc similiter.

Religiosis non exéptis si a Papa indulgeantur licentia libere eligendi si sacerdotem
pro cura suarum animarum, iphi eliget confessorem, ordinarius uero loci illi confir-
mabit, si uera est op. Fel.in c.j.col.7.uer. & ex prædictis pridie. de refer pro quo, et iis
qua prior tractat idem Fel.ibidem de priuilegio religiosoru audiendi cōfessiones quo
runcūq; an requiratur licentia proprij curati seu rectoris, nide Io.Fran.Rip.de Reme
d.ad curan. pefte.nu.3. uer. sed hic dubitare quis posset. Ego in ntroq; caluum per
Fel.poitorum semper obseruari uidi, quod absque alia licentia, seu confirmatione
uel assensu parrochi iuxta thema propositum quisque peccata sua confiteatur.

Confessionale continet plenariā absolutionem omniū peccatorū semel in uita, &
in mortis articulo, etiam si postea mors non sequatur; constitutus autem in articulo
mortis ille dicitur, qui est morti uicinus, seu in extremo uitæ momento, seu in di-
scrimine uitæ constitutus est, 1.Reg.4.in ipso autem momento mortis eius. & ad
tex.in l.f.i.uer.an uero quæ potuit etiam extremo uitæ momento impleri. ss.de cond.
insti.l.pamphilo. §.propositum, ibi in discrimine uitæ. ss.de lega.3. vel est in ultimo vi-
ta tempore. c.fratres.ver quod si contra. 16. quæstio. 1. seu (ut ait) in extemis la-
borat, ad tex.in l.quoniam.C.de testa.Saly.in l.iubemus,in prin.C.co.Dec.con.175.
in causa, colum.3.uerfi.quarta quando Papa, Angel.in l.in fraudem. §. 1.ss.de milt. te-
sta.Angel.& Imol.in l.aduersa.ss.de testam.Barto.in Repert.l.i. nume. 39. C. de sa-
crofanci.ecc.les.

In articulo etiam mortis eum constitutum esse dicere possumus, qui adeo infirmi-
tate laborat, ut iam articulatè loqui non possit, ad tex.in l.iubemus, & ibi Bar.nu.1.
C.de testa. Vel est constitutus in ultimo uitæ spiritu, seu in puncto mortis, Abb. in
c.cum ad monasterium, num. 15. de sta.mona. Et in articulo mortis constitutus mor-
tuο similiis dicitur.Bal.in auth.dos, post prin.C.de dona.ante nup. per text. in l.in
hac. ss.de triti.condi. & quod in terminis nostris facienda si interpretatio de mor-
tis articulo præsumpto, licet non vero, post Archie.Florē. qui refert Eugenium.
III. erusque pœnitentiarios ita de claras, firmat Fely.in tract. seu sermone de indul-
gen.plena.col.5.cir.medium.uerfi.ulterius aduertendum ut liter ad intellectum in-
dulgentiæ, quæ conceditur quotidie pluribus à Papa per uiam specialis indulti, q
in articulo mortis per idoneum confessorem, quem elegerint, possint auctoritate
apostolici indulti absolvi plenariè.

Notandum est, quod in articulo mortis pleraque conceduntur, quæ alias denega-
rentur, imò casus articuli mortis semper exceptus uidetur. c.siquis suadente. 17.q.4.
c.sanctum est baptisma, ad si.de consecra.dist.4.c.pastoralis, uer.ad quod, cum glo.in
uer.

uer. præterquā de of. ord. c. funda. ſ. q. ſi ſecus, iun. gl. in uer. mortis, de electio. lib. 6. c. non dubium, de ſenten. excomm. cle. 1. ſ. penul. iun. gl. antepe. & clem. 2. ibi. Aqua non poſſint abſoluſi præterquam in mortis articulo. de hæretic.

Siquis exquisitus in ueltigans quærat, quādo quiſ dicatur mori, vel quod ſit moris momentuſ, adeat Philoſophos, qui diſcutiunt, quando moriens moreretur cū iam in morte eſſet, an tū etiam cum in vita foret. Sic & quando ſurgens ſurget cum iam ſtaret, an tum etiam, cum ſederet, vtrum horum quiſ dicat, abſurdē loque tur, mulcēque abſurdus ſi utrumque eſſe dicat, aut neutrū. Aliqui morienti verbū atque momentum manente adhuc uita dici, atque fieri putauerunt, alii nihil in eo tempore uitæ reliquerunt, totumque illud qđ mori dicitur, morti uendicauerunt. Epicurus in Epift. Menicæo, quā habes in eius uita per Diog. Laert. inquit. Qm̄ cū nos ſumus, mors non adēſt: cū uero mors adēſt, nos iā non ſumus, neq; igitur ad uiuētes, neq; ad mortuos pertinet, nā hiſ qui ſunt illa nō eſt, quib. uero adēſt iā illi nō ſunt. Plato aut̄ in libro, cui titulus eſt Parmenidis, neq; uitæ id tps, neq; morti de dit, idemque in omni conſimilium rerum diſceptatione fecit, ſenſit enim utrumq; pugnans eſſe, nec poſſe ex duobus contrariis altero manente, alterum conſtitui, quæ ſtione mque fieri per diuersorum inter ſe ſinuum, mortis, & nitæ coherentia, & ideo ipſe aliud quoddam nouum in confinio tempus expreſſit, quod uerbis propriis, τιλος εξαιρετικός φύσις, appellauit, ut per Au. Gel. lib. 6. Noctium Atti. c. 13. Cice. Tuscu. lib. 1. mortem ad punctum temporis fieri aſſerit.

Circa terminos noſtrios in confeſſionali continentē, ut p̄misi, plenariam abſolucionem in articulo mortis, interpretationem ueram ſumere poteris ex uerbis per Lu do Roma. confi. 346. circa, poſt nu. 4. ibi. Ego arbitror primum modum eſſe falubrio rem. f. q. in articulo mortis conſtituti nō tamē articulo extremo, ſed pie, ac ciuili modo arbitrato, dum ſunt compotes rationis, & ſacramenti capaces conſiteantur generaliter, & facta confeſſione petant abſoluſi, & eis p̄maſſam indulgentiam elargiri, nō autem expectari debet extreumum momentum uitæ, ex quo infirmus incapax, & omnino indiſpoſitus redditur ad faciendam confeſſionem, & agendam mentalem p̄oentitatem &c. Ita etiam intelligi debent illa uerba tex. in c. eos quos. de confeſſa. diſt. 4. ibi. Quibus laicis tantum communio in morte eſt reddenda. expone tu. i. in articulo mortis, & dummodo ſint compotes rationis, & alia ut per Roma. ubi ſupra. Et quōd tam in terminis noſtris, quām dicti. c. eos quos. interpretatio fieri non poſſit de ultimo uitæ ſpiritu, ſeu quando quiſ in extremitate laborat, oſtendo, nam talis nō preſumitur habere animi conſilium, deficiente enim corpoſe deficit intellectus, qui ſine corpoſe nihil agit in ſtra. orbem lunæ. Arift. in 1. de Anima. Bal. in l. fi. nu. 14. C. de bon. que lib. ubi etiā q. talis nec omnino uiuit, & Psal. 6. dicitur, Quoniam non eſt in morte qui memor fit tui.

In ſignatura confeſſionali ſemper addi debet, in forma.

Confeſſionale etiam conceditur confraternitati, & conuentui, & additur clauſula uidelicet [Dummodo confrates non excedant numerum ducentum] & olim com poſitio ſoluebatur, & confeſſionale, ſeu indultum confraternitati, uel conuentui confeſſum non proderit familiariibus, ad tex. in. c. pen. vers. non ſic autem in familia ribus. de priuile. libro. 6. & ibi glo. & Docto. rationem diſferentia à caſu p̄æcedenti adducunt.

Confeſſionale pro confratribus, non debet de religioſis mentionem facere, & ſi faciat, addi debet. [Et de licentia superioris] confrates eos uoco, qui grāce phratores i. eiusdem fratriæ appellantur, inter quos cultus ille ſanctorum quorundam interce dit, quive cultus diuini gratia conueniunt, ut declarat Bud. in Annotat. in pande. ff. de offic. queſto.

Q. V I N T . M A N D O S I L

In confessionali iuxta clausulam [Et quo ad casus reseruatos, & plenariam remis-
sionem.] Si tunc sit annus iubilei additur [Post finitum annum iubilei.] Quod iūbi
leum prius erat centesimo quoque anno, extraua. Antiquorum Boni. VIII. inter eos
mu. sub tit de pœni. & remissio. quod postea redactum fuit ad annum quinquagesi-
mum, extraua. Dudum Cle. vj. co. tit. Postremo uero annus iubileus redactus est ad
breuius tempus, & sic qualibet uigesimo quinto anno iubilei annus constituitur, ex
traua. quemadmodum Sixti eo. tit. inter commu.

Semper in clausula [De casibus reseruatis.] Addi debent hæc uerba uidelicet: Ca-
sibus in Bulla cœne Domini contentis duntaxat exceptis.] Ut per Staph. super Si-
gna. fo. 191. & per Sarnen. de Breui. polt nu. 25.

Præatis addo, quod habemus extraua. Et si dominici primam, Pau. II. inter com-
mu. ubi inserita alia constitutione, expressionem casuum Papæ reseruatorum conti-
nente, considerans ipse Papa, quod plerunque contingebat suam Sanctitatem facul-
tates, & confessoria tam præsentibus, quam absentibus concedere, ne prætextu
concessionis huiusmodi pœnitentes, uel confessores in illis casibus fallerentur, sta-
tuit, & decreuit sua intentionis suis, & esse, per qualunque concessiones, & facul-
tates, per ipsum, tam scripto, quam uerbo factas, & in posterum faciendas nemini li-
cere irretitos dictis casibus absoluere &c.

In confessionali aliquando datur clausula, seu facultas absoluendi, ab excommu-
nicatione.

Quando quis petit, quod ecclesiastica sacramenta à quocunque sacerdote reci-
pere possit, addi debent hæc uerba uidelicet. [Præterquam in pascate, & sine præ-
judicio.] Propter. ca. omnes utriusque sexus, de pœni. & remissio. & c. fi. de pœni.
distinct. 6.

Aduertendum est ad gl. in d. c. fi. de pœni. dist. 6. & ad Staph. super Signa. fol. 191.
uer. similiter conceditur petentibus, quod possint recipere sacramenta ecclesiastica,
dum declarat, quis sit proprius sacerdos, quod is quinque modis accipi potest, uno
pro eo qui præest parochiæ, ut parrochus, rector seu plebanus, qui haber potesta-
tem, sed modo inferiori, Alioqui præest modo superiori, & sic episcopus proprius.
& immediatus est sacerdos omnium suæ dicæfis. c. ult. ubi Holtien. de offi. Archi.
c. duo ista, polt prin. 23. q. 4. c. cum non licet, & c. cum olim, post prin. de præscr. c.
cum Episcopus, de offi. ordi. lib. 6. uel qui præest modo principalissimo, ut Papa,
qui est proprius sacerdos omnium Christianorum c. cuncta per mundum. 9. quest.
3. ad honorem, de aucto. & usupal. c. 2. de præben. lib. 6. clemen. i. in fi. ut lit. pen-
den. Tertiò proprius sacerdos dicitur habens iurisdictionem delegatam ab aliquo
predictorum, uel à legato Papæ. c. 1. & ibi glo. de offi. lega. Quartò habens iurisdi-
ctionem permissione iuris, & sic proprii sacerdotes dicuntur illi, quos Episcopi, &
Abbes exempti eligunt in confessores. c. fi. de pœni. & remiss. Quintò proprius sa-
cerdos peregrinorum, seu vagabundorum est is, ad quem tales deueniunt. Inn. & Ho-
stien. Io. And. & ali in præall. c. oës utriusque sexus. Proprius sacerdos quis dicatur
quoad effectum concedendi licentiam confidendi alieno presbytero, uide Lap. Al-
le. 58. ad secundam, nume. 5.

Quando parochiani à matrice distantes, non possunt propter aquarum inunda-
tiones, aut alia pericula ad matricem ecclesiam commodè accedere iuxta tex. in l. 2.
§. si quis in iudicio, & §. quod diximus. ff. si quis cautio. c. ad audientiam i. in prin.
de eccl. ædfi. & Lap. Alle. 67 quoddam monasterium, col. 3. uer. sed quero nūquid
tunc eis conceditur, q. in eorum cappella diuina audire, & sacramenta recipere pos-
sint, additur tamen semper clausula uidelicet. [Sine præiudicio.]

Quando petunt, quod si contingat eos decedere tempore interdicti auctoritate
ordina-

ordinaria appositi, eorum corpora ecclesiastica tradi possint sepulturæ, quod de iure prohibitum est. c. cum & plantare. §. quod si templarii. de priuile. c. quod in te. de pœ. & remissio. cle. i. de sepul. addi debent hæc uerba uidelicet [Sine funerali pompa.] Vel [Absque solemnitatibus consuetis.] Arg. tex. in praall. c. op. in te, ibi, sine cā panarum pulsatione, cestantibus solemnitatibus omnibus, cum siuicio tumulentur. de pœni. & remiss.

An autem si aliquibus concessum sit, quod diuina officia celebrari facere, & ecclesiastica recipere sacramenta possint tempore interdicti, si tales decedant tempore interdicti in uim huius indulti, seu priuilegii ecclesiasticam sepulturam habere debeant? in partem negatiuam decidit Fed. de Sen. consil. 186. factum est tale.

Interdicti tempore auctoritate Apostolica appositi, nullis, nisi solis Principibus cōceditur, quod eorum corpora ecclesiastica tradi possint sepulturæ, & tunc similiiter addi deberet illa clausula. [Sine funerali pompa.] Vel [Absque solemnitatibus cōsuetis.] Iux. præalle. c. quod in te, & satis uidetur principibus deferri, si quod omnibus denegatur, illis conceditur, quo ad substantiam, & effectum, licet non quadam mundi pompa. Pompa. n. funerum, si olemnis exequiarum apparatus, sepulcrum precepsa, magis sunt uiuorum solatia, quam mortuorum subsidia. iuxta tex. in c. animæ.

13. q. 2.

Quando petunt, quod extra parochiam sepeliri possint, adduntur uerba. [Sine præiudicio.] Quæ sunt ualde rationabilia, immo etiam non addita subintelligi debent. c. ex multiplici, uer. unde, quia non fuit nostræ intentionis. de deci. c. super eo, ante f. de offi. dele. c. quamuis, de rescr. lib. 6. & in terminis nostris facit tex. in ca. i. de sepul. Hoftien. in c. quia nonnulli, colum. i. uer. s. ideoque & unusquisque, de cle. ri. non refi. & ita concludit Abb. in c. certificari, nu. 10. de sepul.

Illa clausula [Sine præiudicio.] In casu nostro præseruat rectori parochialis ecclesia iura funeralia, & ea, quæ ex illis, ac exequijs, & oblationibus, canonica portio ne, & alijs, de quibus in c. i. cum duobus seq. & toto tit. de sepul. & in c. ex transmis sa iun. gl. in uer. funerali, de præscriptio.

Monachis non consuevit concedi electio sepulture, seu quod extra monasterium proprium sepelliri possint; rō est, quia non habent uelle, seu posse; unde non debent fibi sepulturam eligere posse, iuxta tex. in c. f. de sepul. li. 6.

Quando petunt posse corpus de una ecclesia ad alteram ex rōnabili cā transferri facere, quod alias de iure non liceret. l. f. f. de sepul. uio. C. de reli. & sum. fune. l. nemo, cum gl. ibi sine Augusti assatibus. i. Papæ c. corpora, de conse. dittin. 1. & hoc est principi reseruatum l. offa. in prin. & l. cum in diuersis §. cum autem, iun. gl. in uer. imperatur f. de reli. & sum. fune. Roma. in l. imperium col. 2. cir. medium uer. item potestatem dispensandi, qđ corpus uno loco humatum extrahatur & alibi ponatur, p. tex. in l. f. C. de legi. Additur similiter clausula uidelicet. [Sine præiudicio.]

Ecclesiastica sepultura qui carere debeant, colligi potest ex uerbis Apoc. 21. Timi dis autem, & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus pars illorum erit in stagno ardenti, igne, & sulphure, & est tex. in c. quibus peccata, & aliis. 12. q. 2. & ca. quia in omnibus. de usu. & ca. sacris de sepul. Rip. de Remed. contra pestem post nu. 106. Et priuatio sepultura est maxima pena, & ignominia l. uni. C. de his q. paren. aut libe. occide. Bal. conf. 426. præmittendum, nu. 5. uer. item quia corpus nō traditur sepulturæ lib. i. sequitur Rip. ubi supra nu. 139.

V O T I C O M M V T A T I O .

Votum δμολογία deliberatio, promissio facta Deo, alicuius faciendi, uel non
fa-

Q V I N T . M A N D O S I I

faciendi, quod etiam apud gentiles in usu erat. Cæsar lib. 6. Belli Galli. Natio est omnium gallorum admodum dedita religionibus, atque ob eam causam qui sunt affecti grauioribus morbis, quique in prælijs, periculisque uerantur, aut pro uictimis homines imolant, aut se imolatuos uouent. Cice. 3. de Natura Deo. Nonne animaduertis ex tot tabellis pictis, quā m̄ multi uotis uim tempestatis effugerint? Liuius lib. 1. ab urbe condita. Romulus & ipse turba fugientium actus arma ad cœlum tollens Iuppiter tuis inquit aibus iussus hic in palatio prima urbi fundamenta jecit, arcem iam scelere eremptam fabini habent, inde huc armati superata ualle media redunt, ac tu pater Deum, hominūque hinc saltem arce hostes, deme terrorem Romanis, fugamque foedam liste, hic ego tibi templum statori Ioui, quod monumentum sit posteris tua præsenti ope seruatam urbem esse uoueo. & lib. 5. Dictator è Veiiis Deos euocans, tuo dætu (inquit) Pythice Apollo tuoque numine instinctus pergo ad delendum Vrbem Veios; tibique hanc decimam partem præde uoueo &c. Plinius in Paneg. Nuncupare uota, & pro æternitate imperij, & pro salute ciuium solebamus. Cice. 3. Philip. Neglectisque sacrificiis solemnibus ante lucem ea uota, quæ nunquā soluerint, nuncupauit. Et nuncupare uota, erat alicui Diuorum uota polliceri, & destinare.

Vota complurima pro Principe nuncupabantur, Cornel. Tacitus li. 4. & Trāquil. in Augusto, & est tex. in l. si calumnietur. §. post calendas Ianuarias die tertio pro salute Principis uota suscipiuntur, ubi videatur Alcia. si. de uer. sig.

Votum à principio uoluntarium est. Nume. 29. in f. Hæc offeretis Domino in solemnitatibus uestris præter uota, & oblationes spontaneas. & Deutero. cap. 23. ad f. si nolueris polliceri, absque peccato eris. c. ex parte, ante f. ibi. Quoniam, cum huius modi uota gratuita fecerint ab initio, de censi. sed postquam factum est, seruari debet. Psal. 71. Vouete, & reddite Domino Deo uestro. Nume. 30. in prin. Si quis uiuorum uotum Domino uouerit, aut se constringerit iuramento, non faciet irritum uerbum suum, sed omne quod promisit implebit. Deutefono. 23. Cum uotum uoueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere; quia requiret illud. Dñs Deus tuus: & si mortuus fueris, reputabit tibi in peccatum. Et postea. Quod autem semel egredsum est de labiis tuis, obseruabis, & facies sicut promisisti Domino Deo tuo, & pro pria uoluntate, & ore tuo locutus es. Iudic. 3. Si tradideris filios Ammon in manus meas, quicunque primum fuerit egressus de foribus domus meæ, mihiique occurrerit &c. ubi lepte propter nolum imolat Deo unicam filiam virginem respondentem patri, si aperuisti ostuum ad Dominum; sic mihi quod unquam pollicitus es. Proverbio. 20. ad f. Ruina est homini deuotare sanctos, & postea uota retractare. Ecclesiastes 5. si quid uouisti &c. Ionæ 2. in f. Quæcumque uoui reddam. c. nuptiarum in f. 27. q. 1. c. quod Deo, in prin. 33. q. 5. c. licet, in prin. & c. per tuas, de uot. l. 2. ff. de pollicita Barto Brixien. in quest. Domi. q. 40. dum disputat, an maritus inuita uxore peregrinari possit, in priu. & in q. 41. post nu. 2. ver. item uotum istud uoluntarium fuit à principio.

Amplio ut filius uotum patris implere teneatur 2. Paralipo. 5. Intulit igitur Salomon omnia qua uouerat David pater suus. c. licet. de uoto. Quod maxime procedit quando pater ad id filium grauauit, seu quando filius ad id se obligauit.

Amplio ad uotum etiam incertum, seu in genere ut obliget uouentem, & ad illud implendum is cogi possit, puta si promisit Deo intrare religionem, compelli poterit ut aliquam ex religionibus intret. c. porrectum, cum ibi not. de regu. c. ex parte. & ibi Abb. num. 1. & 2. de censi. Bárba, consi. 33. clementissimi, col. 4. nu. 17. uer. idem dicimus in uoto, ut incertum ualeat. lib. 1.

Votum stultum, temerarium, iniquum, seu impium non ligat. Ecclesiast. 5. Displi-
cer

cet enim ei infidelis, & stulta promissio. Huiusmodi uoti exemplum habes Actuum cap. 23. Deuotione deuouimus nos nihil gustaturos donec occidamus Paulum. & postea. Qui se deuouerunt non manducare, neque bibere, donec interficiant eum, &c. Idem etiam dicimus in simili iuramento, prout in illo Herodis, de quo Marci 6. Pete a me quod uis & dabo tibi, & iurauit illi &c. Et quod tale uotū, seu iuramentū impleri non debeat, habemus tex. in c. in malis promissis rescinde fidem: in turpi uoto muta decretum, quod incaute uouisti, ne facias. & c. præceden. & pluribus seq.
22. quæst. 4.

Reus uoti, ut declarat glo. in l. i. ff. de duo reis, quam sequitur Rip. super rubr. ff. de uer. obl. nu. 12. appellatur qui uoto astrictus est, de quo Nume. 30. Mulier si quip piam uouerit, & si constringerit iuramento, quæ est in domo patris sui, & in ætate adhuc pueri, si cognouerit pater uotum quod pollicita est, & iuramentum quo obligauit animam suam, & tacerit, uoci rea est. Vel dicitur, uoti reus qui in euentum cōditionis promittit, quod hodie sepiissime accidit: Aliquis enim uouet Deo, si sancta tem fibi uel aliud restituat, templum, seu cappellam erigere, uel aliquid aliud facere.

De hoc habemus Genes. 28. Item uouit Iacob uotum dicens si fuerit Dom in us mecum, & custodierit me in via per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad uescendum, reuersusque fuero prospere ad domum patris mei, erit mihi Dominus in Deum, & lapis iste, quem erexi in titulum, uocabitur domus Dei, cunctorum quæ dederis mihi decimam offeram tibi. Et Nume. 21. At Israël uoto se Domino obligans ait, si tradideris populum istum in manu mea, delebo urbes eius.

Hic mos uouendi apud antiquos frequentissimus erat, & apud quos reus uoti dicebatur, qui Diis in euentum conditionis promittebat, at ubi conditio euenerat, dannatus uoti nuncupabatur, male autem interpretatus est Macrobius, uoti damnatos eos, qui uota soluerunt, & non potius incircio obligatos ad uoti obseruationem. Vota sub conditione hoc modo siebant: Mars pater, si mihi, Populoque Romano hodiè uictoriā dederis, hoc ipso in loco tibi ex marmore templum statuam. ita accepit Vergi. in 6. Aeni. Tum Phœbo, & Triuiae solidō de marmore templo Instituam &c. hoc uoto ita factō, qui uouit, statim factus est reus uoti; nihil tamen cogitur præflare, nisi adepta uictoria, tunc demum dicebatur damnatus uoti, hoc est astrictus, & obligatus ad perfoluendum uotum. Verg. in Daphn. ut Cereri, Baccoque, tibi sic uota quotannis Agricolæ facient, damnabis tu quoque uotis. Liuius lib. 7. Ab Urbe condita dictator (inquit) Deorum quoque opes adhibendas ratus, inter ipsam dimicationem adem Iunoni Monetæ uouit, cuius damnatus uoti, cum uictor Romam enierisset, dictatura se abdicavit. & postea subdit. Subsequenti anno uotum perfolutum fuisse. Dictator igitur statim parta uictoria damnatus fuit uoti, cum tamen uotum adhuc non perfoluisset, & sic Macrobius, & alii ipsum sequuti non bene declararunt, prout etiam aduertit Alci. in l. nominis, & rei, in uer. rei ad fi. ff. de uer. signi. Et quod etiam in iure uerbum damno, ultra notam significationem accipiatur pro obligo, & damnatus pro obligatus, est tex. in l. ii. hæres. ff. de actio. emp. in l. si quis in fundi uocabulo. ibi damnas esto tot dare, & in l. legata in utiliter, post prin. in l. nō amplius. §. 1. ff. de leg. 1. & Init. eo. §. sed olim. iun. glo.

Votum ex causa commutari potest. c. 1. & 2. & c. magnæ, de voto.

In clausulis commutationis votorum, præsertim in confessionalibus addi debent uerba, uidelicet Hierosolimitano, uisitationis liminum beati Petri, & Pauli Apostolorum, & Sancti Iacobi Compostelle, ac religionis, & continentia uotis duntaxat exceptis.] De liminibus Apostolorum p epm immediate Papæ subiectu uisitationis, habemus tex. in c. iuxta 93. dist. & in c. ego. N. iun. glo. fi. de iure iur. & ibi lo. An. & Abb. post numer. 6. & Felin. numer. 9. declarant limina Apostolorum, & Roma. Cur.

Q V I N T . M A N D O S I I

Cur. pro eisdem accipi.

Illæ exceptiones votorum Hierosolimitani , & ingressus religionis , sunt tanti ponderis, ut aliqui tenuerint uota omnia tolli per indulgentiam anni Iubilæi, exceptis iktis duobus, de quibus uidendum est per glo. in extraua, i. de poeni. & remis. in uer. quod autem, uer. dixit etiam quod uota.

Papa an possit ex causa uotum remittere, concludunt pro affirmatina, c. non est uoti, & ita omnes ibi firmant, de uot. Abb. in c. proposuit. num. 12. de concess. præb. & in c. ad monasterium, num. 21. de Ita. mona. ubi post Inno. Io. An. & Henri. Boic, dicit ex causa Papam posse dispensare , ut monachus contra uotum solemne ducat uxorem, & liceat Bea. Thom. in hoc uariauerit, cum in summa secunda secundæ q. 88. art. ult. contrarium tenuerit, & sic partem negatiuam, affirmatiuam tamen tenuit in 4. distinct. 38. q. 1. artic. 4. cir. medium , & hæc est magis communis opin. ut per Fely. in c. si quando, num. 5. de rescr. & per Paris. consl. 68. dubium exoritur nu. 147. & sequen. uol. 4.

Verum opinio negatiuam tutior uidetur, & magis ex mente sancti Thomæ , ipse. n. in 4. senten. ex aliorum mente loqui uidetur relatiuè potius, quam decisiuè; insuper illum librum iunior edidit , unde non mirum, si postea ætate maiori, maioriq[ue] doctrina, ac rerum cognitione, & experientia iuperuenientibus, sententiam mutauerit, & dixit Philo. in 3. de Anima, quod propter diuersa fantasmata in nobis quotidie diversæ opiniones generantur, idem notauit Bal. in 1. de tutela nu. 4. & ante C. de in te. rellitu. hanc opinionem negatiuam (ut audio) diuus Paulus III. Pont. Opt. Max. comprobat.

Votum Hierosolymitanum de mense Nouembri. 1558. (ut audiui) per summum Pontificem commutatum fuit in fauorem cuiusdam Nobilis Veneti ex præclara familia Delphina, qui præfertim propter senium abfolitus fuit à uoto prædicto , solitus ducentumquinquaginta ducatis pro luminibus, & aliis ad usum, & seruitium, ac decorem sanctissimi sepulchri. D. N. Iesu Christi, & senectus fuit legitima causa dispensandi, seu commutandi. c. magnæ uerbi uerum ætatis uitæ senescens defectus, atque canities, quæ uix labores, & dolores suos tolerare possunt &c. de uot. & argu. tex. in 1. ciuitatib. uer. hoc amplius ubi senectus dicitur ætas infirma, & pueritiae æquiperatur. ff. de lega. 1. & ad rem nostram est bonus tex. in c. tempora, ibi etiam habentes ætatis senilis intuitum. 26. q. 7. c. tanta. 86. diff.

Votum de nunquam petendo dispensationem à Papa non ualeat, Riccar. in 4. senten. distinct. 38. q. 9. art. 3. quem sequitur Fely. in c. ceterum antefi. & in ca. constitutus, col. 4. in fi. uersi. similiter dixit, de rescr. & consl. 26. quidam M. nu. 10. & Staph. super signa. fol. 167.

Quæro, duo exercent opus pium, seu alias Deo gratum, alter astrictus uoto , uel professione, alter uero omnino liber, quis eoru[m] magis mereatur? Illa regula, q[uod] nemo in necessitatibus liberalis existit, ad 1. donari uidetur. ff. de dona. l. si quis pro uxore. ff. de dona. inter ui. & uxo. l. rem legatum in fi. ff. de adi. lega. pro secundo concludere uidetur. Idem elicitur ex uerbis diui Hieronymi de uirginitate, ubi inquit plus alius amat uirgines Christus quia Christo sponte tribuunt quod sibi non fuerat imperatum: Maioris est enim gratia offerre quod non debes, quam reddere quod teneris: ut etiam per Ludo. Roma. in suo sermone, vos estis lux mundi, col. pen. ad fi. post nu. 29. Pro præmissis uide etiam quod uoluit gloss. fi. in c. fin. de obser. ieiui. In contrarium faciunt rationes adductæ per beatum Thom. secunda secundæ quest. 87. art. 6. & glo. in clem. uni in uersi. seipsum de reli. & uene. sancto. cum qua transeat ibi Cardi. in uer. o singularis, post nume. 2. & Imol. num. 22. idem etiam concludit Fely. in c. de hoc, num. 8. de simo. Limitarem hanc secundam opin. ut non procedat si uotum,

tum, seu professio non simpliciter, & causa non præexistente, seu ad evitandum moris periculum, uel aliud emanauerit; tunc enim cessarent rationes dictæ glo. in clem. uni. & responso Cardi. ad contraria post nu. 3. ubi distinguit secundum Steph. q̄ est quædam necessitas coactionis &c. Nonne uotum quali coactum, & quasi necessitas uouendi, & promittendi Deo nuncupari poterit, si quis infirmus morti uicinus uel conuictus a flutibus nauis in mari constitutus socios submergere uideat, & se siam peritum eernat; uel si cum alio ultimo supplicio condemnatus, solum criminis in exequitionem sententia latæ iam truncum capite uideat, uoueat sanctum Christi sepulchrum se aditum, uel in aliqua religione professionem emissurum, uel ecclesiam adfiscaturum, seu in pauperes patrimonij partem erogaturum, si enim uoti compos euadat, Deo persoluere, quod promisit (si æternam damnationis salutem evitare uelit) tenebitur.

LICENTIA TESTANDI, ET SPOLIORVM CONCESSIO.

Clericus, siue prælatus de bonis acquisitis, siue mobilibus, siue immobilibus ex hæreditate, artificio, uel doctrina ad libitum testari, & de illis disponere potest c. i. & 2. 12. q. 3. c. quia nos, & c. relatum. 2. uers. cæterum quæ ex hæreditate, & c. requisiſti, ante fi. de testa. Iaco. de Butriga. in 1. 2. ad fin. C. de episc. & cleri. Bal. in authen. licentiam. nume. 1. & sequen. C. eod. Alexan. confi. 1. or. super primo. nume. 1. & sequen. uolu. 7.

De acquisitis uero per ecclesiam, seu ecclesiæ intuitu de iure testari non potest, præall. c. i. c. cum in officiis. præall. c. quia nos, & c. relatum. 2. de testa. Phi. Franc. super rub. de testa. li. vj.

In dubio autem, an bona per prælatum, seu clericum acquisita præsumantur esse de bonis ecclesiæ. an prælati, seu clerici, docto. in locis supra adductis diuersimodè loquuntur sunt, mihi placet illa distinctio, quod aut constat clericum habuisse proprium tempore promotionis, aut constat non habuisse, aut dubitatur; in primo membro pro clerico, seu prælato, & pro ualiditate eius testamenti iudicandum sit; in secundo, & tertio membro pro ecclesia, & sic contra testamentum, ita uidentur concordari posse omnia iura supra adducta, & hæc distinctio uidetur ex mente. c. i. & 3. de pecu. cleri. facit Lap. alle. 1. 13. nume. 1. uers. pro declaratione huius materiæ: Pro præmisis omnibus uideantur confi. 1. o. punctus quidam Franciscus Benedicti de Bene, qui uulgo Capra nuncupatur in 1. quærito. con. Ludo. Rom. 159. super eo, & con. Sozzi. 216. accuratè, ubi etiam concordat opin. li. 2.

Defuncto prælato, presbytero, seu clero beneficiario, cui de iure ecclesia uel futurus platus uel beneficiodus succederet. c. i. de testa. in fi. c. hæc huius iū. gl. in uer. conseruare. c. illud cum glo. in uer. successoris. c. non liceat 12. q. 2. c. præsenti de offi. ordi. lib. 6. c. quia sæpè post prin. de electio. eo. lib. uel aliquando illi, pro parte, hæredes, ad ea, quæ latè adducit glo. pragma. de Annat. §. Item quod si ecclesia in uer. acquisitos, Camera Apostolica. in locum ecclesiæ succedit in bonis, quæ spolia uocant, prout in c. sicut dignum. §. eos insuper. de homi. Rot. Bisi. uni. de solutio. in anti quio. incip. cum Cam. Apostolica recipit spolia, & est eadem cum illa in anti. 855. Bella. Dec. pe. incip. si rector. col. 3. uer. itē q̄a uitas. Et qđ Papa bona hmōi q̄, alijs futuriis bñficiorū successoribꝫ referuanda essent, decernere possit ad se prinere, & decernat, uide D. mēū con. 157. quæritur, antenu. 1. uer. Et hoc facere cōsuevit in bonis cardinalium, & post nu. 3. uer. Nam Papa concedendo potestatem testandi in talibus bonis, quæ ad ipsum solent pertinere. Commissarius Apostolicus, seu ab eo substitutus

Q V I N T . M A N D O S I L .

tutus uel collectō bonorum mobilium, & immobilia possessionem assequi solet non expectata declaratione an defunctus testamentum condiderit, & an illud facere potuerit, uel super quibus bonis disponere potuerit, & disponuerit; consanguineos, siue defuncti haeredes, si quid prætendunt contra cameram agere, seu experiri necesse est. Qui mos antiquus est Cardi. Zabarella in c. nisi, uers. intueri in 3. nota. de renum. parum amicus.

Spolia, de quibus tractamus, ut ex præmissis colligi potest, dici possunt quæcumque bona per prælatum, se beneficiatum ex fructibus beneficiorum, uel intuitu ecclesiæ acquisita quæ superfluerunt tempore illorum obitus, uel etiam eis debita, uel quæ peti poterant tamen huiusmodi puta fructus, percepti ex prædiis ecclesiæ, fructus decimarii, ac census, & alia percepta intuitu ecclesiæ, prout etiam per Guid. Papæ alle. Dec. 110. & per Steph. Bertran. confi. 2. uiso casu, in primo dubio. libr. 3. in primis.

De spoliis in alia significatione habemus tex. in l. diuis uersi. spolia quibus induitum est quis cum ad supplicium deducitur. si. de bo. damna. M. Tullius pro Roscio Amerino. Cruenta spolia cuiam detrahere. Vir. 4. Aeneid. Egregiam uero laudem & spolia ampla resertis, Psal. 138. Lætabor super eloquia tua hicut quæ inuenta spolia multa. Psal. illū de spoliis nostris loqui sentit Gui. Papæ Dec. 110. uersus si. quod ego non probro.

Amplio, quod non solum Camera, seu Papa succedat in spoliis, seu bonis beneficiati defuncti, sed quod etiam hodie percipiat fructus quoruncunque beneficiorum uacantium, etiam manualium, glo. in cle. uni. de supplen. neglig. præla. post medium uers. unde & hodiè Papa, qui recipit fructus uacantium, recipit fructus talium &c. & postea uers. & ob hanc causam si assisterem Papa consulerem declarari &c.

Aliquando familiaris Papæ, uel alia s. gratus bona prælati, seu cuiusvis beneficiati defuncti sub spoliorum nomine impetrat, & sic in locum Cameræ Apostolicæ sufficitur, in forma motus proprii, seu per supplicationem, super quo breue plerunque expeditur.

Qui spolia huiusmodi impetrant, parum differunt a delatoribus, de quibus in l. 2. & l. deferre ff. de iu. si. & in l. nec supina ff. de iu. & fac. igno. uel quadruplatoriibus. i. his qui pro delationis præmio quartam partem in bonis delatorum consequē bantur, de quibus apud Cic. in Verrem actio 3. sub iis uerbis. Quis detulit? nemo, ni si forte existimat ei quadruplatores ad fretum presto fuisse; Seu a sectoribus, ut apud Cice. in 2. Philip. Et eius uiri nomine me infectari audes, cuius me amicum, te factorem esse fateare. De omnibus istis uidere est per Bud. in Anno. pande. super dicta l. nec supina, quam declarat in l. plurimum eo. ti. de iu. & fac. igno. ubi inter alia dicit, tales, qui delationibns faciendis confiscationes a principibus impetrant, homines interdum infantes fortunis omnibus euertere, Sæpè ego audiui spoliorum (de quibus loquutus sum) impetratores, et prælato semiuiuo in bona, & in consanguineos prælati more ferino sœuisse.

Spoliorum defuncti concessionis formula hæc est. Motu proprio &c. dilecto filio N. familiari nostro continuo commensali, ut decentius subsentari ualeat, de aliquo subsidio prouidere uolentes, omnes, & singulos fructus, pecuniarum summas, iura actiones, bona mobilia, & immobilia ubi cunque existant, & in quibus cunque rebus consistant, ad quondam. P. dum uiueret clericū &c. de præsenti mense uita fundum spectan. tempore sui obitus, etiam debitorum nomina, & alia per eum acquisita, & quomodo cunque tempore obitus eiusdem relicta, seu dimissa, etiam per Q. eius fratrem, tam ante, quam post eius obitum quovismodo occupata, ablata, extacta,

tracta, & transportata, etiam si ad nos, & Cameram Apostolicam mediate, uel immediate pertineat, quorum qualitates, quantitates, denominations, & ualores haberi uolumus pro expressis, eidem. N.gratiouse damus, concedimus, & elargimur, ac donata concessa, & elargita existere, & ad eum p̄tinere, ac sibi integrē tradi, & relaxari debere, eūq; illa exigere, & legitimē recuperare in iudicio, & extra pro illis agere, & expediri, ac ueluti, & prout de propriis bonis disponere, omniaque alia, & singula facere posse in p̄missis, & circa ea necessaria. Et ita iudicandum fore &c. Districitus inhibendo &c. Irritum &c. Non obstantibus &c, &c dispensationibus, & indulxit per eundem defunctionem, nisi forsan sufficientia sede Apostolica suffultus esset obtentis &c. & cum absolutione &c. Et concessione, elargitione &c. Et cum opportuna exequitorum deputatione, qui assistant, etiam sub censuris cum facultate aggravandi &c. Et quod p̄missorum &c.

Addit aliquando Signatura clausulam limitatiuum, uidelicet. [Et usque ad summam, seu valorem quingentorum ducatorum] ne sub p̄textu incertae quantitatis, seu ualoris Papa, seu Camera decipiatur, & defraudent putans q̄ ipolia sint parui momenti, & tamen magni sint ualoris, & sic unus sibi stipendia plurimorum uendicaret, contra tex. in c. quia nonnulli. de cleri. non refi. & Papa ualorem spoliorū ignorans non posset ea iuxta personarum qualitatē distribuere, & sic ille, qui paruo contentus esse deberet, facilē ditissimus efficeretur, contra ea, quæ in simi. notat Ab. in c. ad aures, ante nu. 5. de rescr.

Illa clausula ad fi. p̄missa formulae concessionis spoliorum & in nonnullis aliis reformatiis ponī consueta, videlicet [Et ita iudicandum fore.] seu [Et iudicari debere &c. Sublata aliter iudicandi facultate &c.] magni est effectus, & operatur ut imponatur necessitas iudicibus ita iudicandi, & si aliter iudicauerint, inutila sint iudicia, & inde secuta, prout etiam declarat Caro. Rui. consi. 76. primo est, post nu. 9. uerf. & ea dem intentio, uol. 5. Paris. consi. 5. unio istius, post nu. 133. uer. & quia ipse Leo X. & con.; 8. licet, nu. 7. uol. 4.

Si bona ecclesiæ intuitu acquisita sint, prælatus, seu beneficiatus de illis testari nō poterit, nisi in casu Bulla Sixti, & Leonis, utramque inuenies post 6. lib. statutorum, seu post librum Reformationum urbis, sub titulo Bulla testandi ædificandi. &c.

Vel nisi sit ex officiariis Rom. Cu. quoniam aliqui ratione suorum officiorum testari poslunt, prout sunt Milites S. Petri, inter quos ego sum, similiter scriptores Apostolici, & quidam alij.

Cæteri facultatem testandi impetrare debent, quæ alijs indifferentur concedi solebat, & si ultra formā Quinterni Cancelleriae, quæ extracta fuit ex c. relatum. 2. de testa. soluebatur compositio regulariter ad rationem decem pro centum.

Verū dubitant aliqui, an Papa arbitrio suo clero testandi licentiam de bonis quæ sitis intuitu ecclesiæ concedere possit? Abb. in Reper. c. cum essem, col. pen. ante nu. 32. concludit pro negatiua, per rōnes, quas ibi adducit: & cū Abb. residere uī Fel. in c. cōstitut. nu. 20. de rescr. Iaf. in l. & milibus col. 1. uer. p̄terea est dubium C. de mili. test. Contraria opin. & sic affirmativa est uera, & communis, pro qua sentire inuenies Oldra. si subtiliter eius uerba et mentem perscrutaberis, consi. 249. quæritur utrum in positione tertii quesiti, iun. resolutione, de qua num. 3. uersi. ad tertiam, quærit ipse inter alia, an episcopus cui per statutum licebat usque ad mille de bonis ecclesiæ testari, dicti statuti mentione non facta possit ex priuilegio Papæ ultra dictam summam tellari? concludit priuilegium non esse subrepitum propter nō expressionem statuti prædicti, supponit ergo Papam testandi priuilegium huiusmodi concedere potuisse. Hanc opin. affirmatiuam expresse tenuerunt Alex. con. 101. uolum. 7. Idem in alle. l. & milibus nu. 3. uer. & facit quod si cardinali. C. de mili. testa. D. meus qui eam

Q V I N T . M A N D O S I I .

cam communem testatur consi. 157. quæritur, col. 1. uers. licet enim non sit dispu-tandum. & hoc idem tenuerunt alii, quos infra citabo, uersicu. aduentum tam-en est, qui etiam loquuntur in fortioribus terminis, uidelicet in licentia testandi monacho concedenda.

Indultum huiusmodi testandi à Papa concessum debet intelligi, secundum ius cō-mune, & sine præiudicio alterius, ad l. si quando, & ibi per Bal. C. de inoffi. testam. & in propriis terminis concludit D. meus præalle. consi. 159. col. 2. uersi. Tamen tale priuilegium, & post nu. 4. uer. & priuilegium testandi.

Cardinales an testari possint licentia non obtenta, & quid in cardinalibus religio-sis, quid in secularibus? uideatur Holtien. in summ. de p̄cni. & remissio. §. cui confi-tendum, uersi. cui Cardinales Bal. in alleg. l. si quando. C. de inoffi. testam. Alex. consi. 101. Domini, uol. 7. Hieron. Alba. in tracta. Cardina. q. 48. Glo. pragma. titul. de nume. & quali. Cardin. §. sint uiri, in uer. moribus, cum Addi. Probi. Et quod non possint, supponit D. meus præalleg. consi. 157.

Cardinali licentiam testandi petenti concedi uidi, quod testari, seu aliás dispone-re posuit etiam in articulo mortis de omnibus bonis mobilibus, & immobilibus, ca-stris, uillis, palatiis, domibus, prædiis tam urbanis, quam rusticis, aliisque omnibus, t̄palibus, ac iurisdictionib. cuiuscunq; qualitatis, quātitatis, valoris, speciei, pretii, & conditionis existentibus, debitorum nominibus, iuribus, & actionibus, tam ratione tituli, & aliarum quarumcunque cathedralium, etiam metropolitanarum, nec non monasteriorum, prioratum, dignitatum, ceterorumque beneficiorum ecclesiastico-rum cum cura, & sine cura secularium, & quorumuis ordinum regularium, quæ ex quibusuis concessionibus, & dispositionibus apostolicis in ti:ulum, commendam, & administrationem, & aliás quomodolibet obtinuit, & obtinet, ac in posterum ob-tinebit. Nec non fructuum redditum, prouentum ecclesiasticorum, an pensionū annuarum super similibus fructibus, redditibus, & prouentibus sibi reseruatorum, & assignatorum, ac reseruandorum, & assignandorum. Nec non emolumenterum quorumcunque officiorum Rom. Cur. per eum pro tempore etiam ex iudicto Apo-stolico obtentorum, quam suis industria, laboribus, ac aliás yndecunque acquisitis, & acquirendis, & quæ ad eum quavis occasione, vel causa, seu contemplatione pro tempore prouenerint, etiam si in pecunia numerata, iocalibus, genimis, aliisque pre-tiosioribus rebus consistant. Necnon domestica cappellæ, quam nunc habet, & pro tempore habebit ornamenti, & paramentis, ac aliis quibuscunque rebus suis in di-cta curia, & extra ubilibet etiam penes eum ecclesiæ, & beneficia ipsa adhuc existen-tibus, quorum omnium qualitates, & veros, etiam annuos ualores, ac si hic specificè & sigillatim exprimeretur, & demonstraretur, etiam si calia forent, quæ in generali appellatione honorū, & supellefiliū nou venirent, sed specialibus indigeret vocabu-lis, præsentibus pro sufficienter expressis, & declaratis haberri placeat. Ac etiam de ipsis prouentibus, & pensionibus debitis, & debendis, & nondum perceptis, & exactis, etiam si earundem pensionum solutionis termini nondum aduenerint pro illa rata, pro qua sibi tam tempore conditi per eum testamenti, seu alte-rius dispositionis, quam obitus sui si nondum deceſſisset, debitæ effent: tam pro decērib. & honestis impensis funeris sui, quam etiam remuneratione illorum, qui sibi uiuenti seruierint, etiam ultra seruitii meritum. Ac in suorum fratrum, con-sanguineorum, affinum, nepotum, & germanorum, ac aliarum personarum, etiam extranearum, ac de iure incapacium, prohibitarum, & quomodolibet reprobarum. Nec non communitatum, uniuersitatum, collegiorum, & aliorum etiam piorum, & non piorum locorum fauorem, ac in pios, & non pios usus, & aliás pro suo arbitrio & uoluntate absolutis, tam donatione inter uiuos, quam causa mortis, ac per viam testa-

testamenti, codicillorum, fideicommissi, legatorum, & aliis uibuscunque modis, & titulis, tam uerbo, quam scriptura, etiam minus solemni, etiam coram duobus, uel tribus testibus tantum, aut schedula manu sua subscripta, & alias in omnibus, & per omnia prout sibi uidebitur, etiam in dicta curia, & in mortis articulo, etiam nulla facta mentione praesentis, uel aliarum tibi pro tempore concessarum facultatum. Aut quod in uim illarum testari, uel disponere uelit, uel intendat etiam semel, & pluries usque ad quancunque summam, quantitatem, & ualorem, quantumlibet grandem, & notabilem testari, ordinare, statuere, & disponere: illaque donare legare, ac alias prout sibi uidebitur distribuere, ita quod quicquid per eum gestum, ordinatum, seu dispositum erit omni meliori modo, & in uim simplicis distributionis, ualeat, & obseruari omnino debeat. Ipsaque testamentum, dispositiones, ordinationes, donationes, legata, & statuta, etiam plures, ac totiesquoties sibi uidebitur, moderari, iumentare, & reuocare, ac etiam denuo edere libere, & licite ualeat. Et nisi hilominus si cotingeret ipsum ab intestato, & sine ulla bonorum rerum, ac fructuum reddituum, & prouentuum praedictorum dispositione decedere, quod illa omnia, & singula non ad cameram Apostolicam, seu suos in dictis beneficiis successores pertineant, sed inter haeredes, consanguineos, & familiares suos arbitrio trium Cardinallium &c. distribuantur, nisi de alia dispositione, uel intentione sua, etiam uerbo, uel scriptura etiam minus solemni, uel efficaci suis apparereret, quam tunc ueluti efficacem ipsis tres cardinales, aut alii indices, uel exequitores pro tempore existentes omnino exequi, & adimplere, illique se conformare in omnibus, & per omnia debeant, plenam, & liberam auctoritate Apostolica concedere facultatem. Ac solemnitatum tunc forsitan omissarum, necnon substantiales, aliosque omnes, & singulos iuris, & facti defectus &c. Ac decernendo ualida &c. Non oblitus. Alex. vi. tertiam partem omnium honorum de quibus p[ro] quisunque personas uigore facultati eis concessarum testari, uel alias disponi contingere dicta camera Apostolica deberi disponere, ac Pauli III. & Iulii et III. Roman. Pontifici praedecessorū nostrorū & sup fructibus, redditibus, & prouentibus ecclesiasticis, & pecuniaris obitus tpe nō exactis, spoliisq[ue] platorum & clericorum pro tempore decedere. Nec non alijs per alios quoscunque Ro. Pont. et praedecessores uestrorum, ac et per S. V. & sede n[on] prefatam quomodolibet editis, & edendis, aliisque Apostolicis, & prouincialibus &c. Nec non quarumcunque ecclesiarum ordinis, &c. ac uarium locorum &c.

Per formulam præmissam, & clausulas in ea positas infinita dubia tolluntur, & in ter alia illud, an licentia homini testandi per Papam et Cardinali cœcessa restringatur ad primum testamentum, quod uideret ex quo priuilegium homini est odiosum, prout per Abb. in Repe c. cum esles, col. penul. de testa, & per D. meum infra citandum, at in dispositione odiosa semper fit restriccio ad primum actum, prout in simi. dictimus de dispensatione, iuxta tex. in c. nō p[ro]t §. 1. de prab. li. 6. Archid. in c. 1. in fi. de fil. presby. eo. lib. & in proprijs terminis nostris concludit p[re]ceptor meus D. Phil. Dec. confi. § 12. quod incipit cum Reueren. Sozzi. Iun. confi. 89. nu. 27. & seq. lib. 1. Tiraq. in l. boues §. hoc sermone in 1. regu. nu. 12. ff. de uer. signi. Vide tamen Alban. in tract. de præstan. Cardi. q. 98. & Rolan. con. 99. nu. 28. & 33. li. 2. In induiti autem formula præmissa ut ad oculum ostendo præmissa difficultas remouetur.

Alia etiam ambiguitas tollitur, uidelicet an data licentia testandi alicui, id est uirtute licentiae huiusmodi possit codicillari, in qua Sozzi. confi. 13. præsens, nu. 12. & seq. lib. 1. propter odium licentiae huiusmodi concludit pro negativa contra regulam illam, quod qui testari potest, poterit & codicillari l. 2. ff. de lega. 1. & ibi late Rip. nu. 2. l. diuus §. codicillos & l. conficiuntur. §. 1. ff. de iu. codici. Et communior uidetur testamenti appellatione contineri codicillos. Docto. in l. 1. ff. de testa. Torniel. super

Q V I N T M A N D O S I I .

rub. ff. de lega. 1. nu. 2. & cum Sozzi. ubi supra concludit, & residet D. meus con. 512. col. 1. ad fi. Immo etiam q̄ codicillus non sit species testamenti concludunt Moderni Fontellaten. in tracta. de Notis Crauet. lib. 3. cap. vi. per totum. p̄cipue nu. 13. & nonnulli Docto. in alle. l. 2. ff. de lega. 1. Luxta formulam p̄missam poterit etiam codicillari, & alia pleraque facere quæ alias uel non posset, uel dubium esset an posset. Hæc pragmatici nostri Romani communiter ignorant, & casu quodam formulas suas conficiunt, uel alibi reportas ad literam transcribunt, quo fit ut plerunque rescripta impetrantes ob pragmaticorum inscitiam, desidiam, & ignauiam operam & impensam perdant. Non loquor de doctissimis, & oculatissimis D. Abbreviatoribus, & nonnullis aliis, quorum studiis, & dignissimis laboribus Ro. Cu. eiusque styli us instar fulgentissimi sideris coruscat.

Eremitæ an licentia testandi indigeant, uideamus. Pro opin. affirmat iua pondero quod eremus, siue ἐρημος solitudinem significat, monachus item, siue μοναχος, solitarius dicitur, & μονος unus, seu solitarius. c. placuit 1. & 2. 16. q. 1. cum igitur eadem deratio, seu denominatio competit eremita quæ monacho, idem iudicandum est de utroque. Et monachos & eremitas æquipar. gl. 1. 2. in uer. non possunt. ft. de in ius uocan. Et quod eremita personæ ecclesiastice dicantur, est tex. in c. cum monasterium, ibi. In quandam, qui cum fratribus tuis in eremo est laudabiliter conuersatus, & ibi Inno. concludit eremita esse personas ecclesiasticas. de electio. c. qui uerè, cū glo. 1. 6. q. 1. Pro opin. negatiua quod eremita hac licentia testandi non indigeant, & sic liberè testari possint, habemus exemplum Pauli primi Eremitæ, qui testamento reliquit colobium suum Athanasio episcopo, tunicam uerò beato Antonio, ut 19. q. 3. c. perlatum. §. econtra Paulus, ubi gl. nota q̄ eremita habent propria. & idē concludit Abb. in c. 2. nu. 10. de fo. compo. ubi latè Fel. Nu. 5. uer. Eremitæ sunt de foro ecclie, & ante ipsum (de quo tamen ille-mentionem non facit) latius tractauit. Mar. Sozzi. in c. 1. num. 11. & seq. in 8. Declara, cum aliquibus seq. eo. tit. ubi de eremitis, fratribus, & sororibus tertii ordinis, & p̄enitentibus, Iesuatis, & alijs. Quantum ad rem nostram attinet eremita magis uidentur laicis æquiparari posse, quam clericis secularibus, seu regularibus: est uerum quod non sequitur, eremita possunt tenere propria, ergo testari poterūt, clerici enim seculares habent propria, testari tamē in distinctione non possunt ut supra ostendi. Hæc tamē sola qualitas q̄ sit eremita, non operabitur quod testandi licentiam impetrare teneatur.

Formulam ordinariam facultatis testandi, cum clausula per signaturam addi solita uidelicet. Volumus autem, quod in dicti prioratus, seu p̄posituræ, & aliorum beneficiorum dispositione, bonorum iuxta quantitatem residui erga ipsum prioratum, seu p̄posituram, & alias ecclesias, à quibus illa percepisti, te liberalē exhibeas, prout conscientia tibi dictauerit, & animæ tuæ saluti uideris prouidendum, ponit And. Barba. consi. 33. Clementissimi Dei col. 1. li. 1. uerf. Stat mō difficultas in gratia, & ibi latè disputat super illa Additione ad effectum irritandi testamentum: Meo tamē arbitrio nimis rigorosa, & aspera est eius sententia contra testamentum de quo ibi.

Formula melior, tutor, ac potentior est illa, quam supra extensè posui: quod si eam, quæ regulariter concedi solet, scire desideras, lege hanc quam tibi breui sermone hic subiicio. Tibi ut de omnibus, & singulis pecuniis, & mobilibus, ac immobilibus bonis per te ratione N. & M. ecclesiistarum, & quorumcunque aliorum beneficiorum ecclesiasticorum per te nunc, & pro tempore obtentorum, & eorum frumentum &c. acquisitis, & in posterum acquirendis, quæcumque, quotcumque, & qualiacumque, & ubicumque sint, ac in quibuscumque rebus consistant, tam in uita, q̄ in ultima uoluntate inter confanguineos, & quascumque alias personas prout tibi libuerit,

buerit, usque ad summam mille ducatorum auri de camera, de reliquis uero bonis tuis undecunque, non tamen per ecclesiam, seu ecclesiastis, alias licite acquisitis, & acquirendis, & ad te pro tempore spectantibus testari, codicillari, & alias de illis probato tuae voluntatis tam in uita, quam in ultima voluntate tuis prefatis disponere, il laque donare liberè, & licite possis & ualeas, apostolica auctoritate tenore presentium concedimus, & indulgemus &c.

Alia circa hanc licentiam testandi uile per Staph. super Signa. fo. 187. in f. uers. fo let etiam per breue, & per Sarrien. in tracta. Breuium, nu. 16. uers. Facultas est testandi.

Aduertendum ramen est, quod supponunt difficultius, & magis limitate religiosis facultatem testandi concedi. ad Rot. Bellame. 247. Frater minor. Et tunc cum clausula. [Et de licentia superioris.] Argu. tex. in c. ad monasterium de sua regula. Et q. Papa etiam monachis testandi licentiam dare possit, uoluerunt Bal. in l. certum, post nu. 24. C. unde legi. uers. Illud non est. idem Bal. in l. si quando, in 3. oppo. uers. & ex lege ista C. de inoffi. testa. & in auth. nifi. nu. 23. C. ad trebel Sozzi. confi. 13. præsens, post nu. 12. cum pluribus seq. lib. t. Iaf. in auth. ingressi nu. 11. in 1. limi. C. de sacro. eccl. Caccialu. de penio. q. 19. in f. Phil.. Fran. super rub. de testa. li. 6. D. meus con. § 12. cum reuener. col. 1. uers. quibus tam. Rebut. in praxi de Refor. multis, nu. 2. Hodie monachis testandi facultas denegatur.

Occurrit pulchrum dubium, an testamentum factum ante licentiam obtentam subsistat, plura pro utraque parte adduci possent, & inter alia discutiendum ueniret, an habilitas superuera respectu alicuius actus, seu effectus producendi, ita operetur cum superuenerit, sicut si à principio adfuisse, super quo plura scripti in 12. q. 18. Reg. hic conclusu loquor, & teneo concessionem, seu indultum respicere, seu validare testamentum iam factum, prout in terminis nostris uoluit Alex. post Pau. Castr. in l. ut militibus in prin. C. de mili. testa. & uoluit in simili Gemi. in c. uni. col. 2. in prin. de excel. præla. li. 6. Indultum concessum fratribus de obseruantia Bononien. ut possent adhucare ecclesiam in monte, extendi ad ecclesiam iam adificata; Et dixit Bal. in l. f. col. ulti. C. de senten. quæ sine cer. quanti. quod si testator legat ceterum Bertæ maritandæ, & ipsa iam maritata erat tempore testamenti, quod sibi debetur illa centum per l. si iam facta. f. de condi. & demon. & concludit Pau. Castr. in l. si quis filio. §. Irritum. f. de inoffi. testa. q. si data sit licentia alicui, ut faciat molendinum in flumine publico, si ille habeat iam factum, potest illud retinere uirtute illius concessionis, pro quibus uideatur Barba. in cap. constitutus, penult. & ult. col. de resip. & Felyn. in c. quoniam, colum. 12. de confiti. & Hippo. de Marfil. qui loquitur in propriis terminis nostris in l. quæstionis habendæ, numer. 45. & sequen. f. de quæstio.

INDVLTV M PERCIPENDI FR VCTVS IN ABSENTIA.

Absens à beneficio fructus percipere non debet, argum. tex. in c. charitatem. 12. q. 2. immo monitus non residens beneficio psumatur, c. ex tua, & c. fi. de cleri. non refi. c. fi. de rescr. li. 6. Oldra. confi. 95. articuli. Ancha. confi. 17. super primo Dec. Nea. Af. flic. 2. 9. Serenissime, Ioan. de Silua de bene. par. 4. q. 3. & seq. Rip. in c. 1. in 9. no. nu. 28. de iudi.

Priuilegiatus autem à iure non resideus fructus percipere poterit, puta absens Episcopo, seu Episcopi causa præsentium priuilegiis gaudebit. c. scire. 7. q. 1. c. de cetero. c. ad audientiam, uers. decernimus, de cleri. non refi. c. fin. in fin. de uerb. signifi. lib. 6. Bald. per illum tex. in l. iurisperitos. uersi. not. ex hac lege argumentum, ubi q.

L 2 cleri-

Q V I N T . M A N D O S I L

clericus, qui in seruicio sui prælati, pro præsente habetur, nec est facienda distinctio loci.i. ubi sit. si de excu.tuto.

Absens similiter pro sua ecclesia fructus pereipere debet.c. ex parte 2. & dicto c. ad audientiam, in fi. de cler. non refi. c. uni. post medium. ibi, aut euidentis ecclesiæ uti litas excusaret, eo. ti. li. 6. Oldra. con. 4.8. ius commune in prin. & Par. consi. 31. licet regulariter, nu. 2. : 8. & seq. & toto consi. uol. 4.

Absens etiam pro Romana ecclesia, seu pro Sede Apostolica, præsens existimatur, & pro præsente tractari debet c. cum dilectus, de cleri. non refi. optimè per Oldra. dicto consi. 4.8. ubi quòd tanto magis procedat in absentibus pro seruicio Romanae ecclesiæ, que aliarum mater, & magistra est, & que omnium ecclesiæ canram gerit, Fede. de Sen. consi. 2.4.6. de iure communis post medium, uers. item si canonicus est absens pro seruicio ecclesiæ sua, uel D. Episcopi, uel Pape, in reper. post prin. in uers. absens in seruicio Papæ. lo. And. in c. fi. num. 3. Gemini. nu. 6. Phi. Fran. num. 7. uers. quid autem si consuetudo, de consue.lib. 6. Paris. consi. 22. licet circa nu. 44. libr. 2.

Præsens in concilio ex declaratione facta in concilio Constan. Sessione. 19. omnes fructus sui beneficii, etiam distributiones quotidianas percipiet, non obstantibus statutis contrarium disponentibus: Et hoc seruari uidi in persona R. P. D. Angeli Massarelli tunc Secretarij Concilii Tridenti, nunc uero dignissimi Episcopi Thelesini, ac iterum Secretarij dicti concilij.

Indultum fructus in absentia percipiendi imperabunt hi, qui à iure communi de super priuilegiati non reperiuntur, quod quidem illis concedi uidi, qui sunt in Ro. Cu. seu in studio generali morantur, uel illi, qui in altero beneficiorum, que obtinet, residet.

Voluerunt aliqui existentibus in studio generali non esse necessarium hoc indul tum, cura id à iure illis concedatur argument. l. nec non & si quis, in prin. ff. ex qua. cau. maio. l. 1. C. qui æta. & profess. se excu lib. 10. c. de quibusdam iun. gl. 1. in prin. que ex illo text. sumit argumentum, quòd scholares in scholis existentes ecclesiæ fuarum pribendis gaudere debent 37. dist. Et Reipublicæ interest, ut mundus uiris peritis illuminetur, ad tex. in auth. habita C. ne fili. pro pa. & no. per Alex. & moder. in l. 1. col. pen. ff. solu. matri. Barto. brixien. in q. Domini. q. 75. consuetudo erat, ante nu. 5. uers. p. r. t. r. e. isti absentes ad utilitatem ecclesiæ scientiam addiscunt, Boe. dec. 17. quæstio fuit. nu. 3.

Contrarium conluserunt alii, & melius, mea quidem sententia, q̄ immo causa studiorum absentes, fructus beneficiorum percipere non debeant, nisi petita, & obten ta licentia c. licet, de priben. c. relatum, ibi, nisi forte de licentia &c. & c. inter qua tuor. ibi, tuo præsertim non accidente consentiu. & c. tuæ ibi, quibus studiorum grātia est indultum, iun. gl. que supplet, ab Episcopo, uel papa, de cleri. non residen. ca. cum ex eo, de elec̄tio. lib. 6. glo. h. in c. 2. uers. nec intelligas q̄ de iure &c. de priui. eo. lib. 6. & ex ijs, que subdit ibi dicta glo. colligitur, q̄ ad hoc, ut existens in studio fructus beneficii percipere possit, unum ex tribus requiritur, uel q̄ ad id sit disp̄satus, uel quòd confuetudo id uelit, uel q̄ statuto ecclesiæ id cautum sit. Et q̄ dispensatio super absentia causa studiorum non includat perceptionem fructuum, nisi hoc ex presē dicatur, uoluit Lap. Alle. 5.8. ad seruandam, nu. 6.

Regulam Cancellariæ habemus 55. iuxta ordinem antiquum de fructibus in ab sentia percipiendis pro existentibus in Ro. Cu. uel studio, super qua scripsi. Et quòd Romæ studentes non obstante statuto ecclesiæ fructus percipere possint in uim pri uilegii. Bonifa. VIII. uoluit Oldrad. consilio 117. incipien. bo. me. quem sequitur Staphil. super Signa. fol. 99. uer. post dicta uerba. Indultum huiusmo di

di Boni. VIII. inuenies retensem in prin. 6. libri statutorum urbis, sub titu. Bulla priuilegiorum Romanæ Academiæ &c.

Indultum habens à Papa percipiendi fructus in absentia, si sit in studio, an absque licentia sui prælati illos percipere possit? Dec. consi. 541. Vifa donatione num. 17. & 695. num. 25. post Cardi. & Imo. in c. tuz, de cleri. non resi. concludit pro negatiua. Ego opin. affirmatiua contra præceptorem meum, quod absque aliqua alia licentia fructus percipere possit, ueroiere puto, saltem ex consuetudine uniuersali, iuxta quam hæc licentia in clericis secularibus non requiritur, quæ consuetudo valida est, Inn. Hostien. & aliij in c. inter quatuor, de cleri. non resi. & c. relatum, eo. alternatiue loqui uidetur: de licentia suorum prælatorum, uel studio literarum &c.

Concedi uidi facultatem rectori parochialis ecclesiæ infirmo, ut residendo in una ciuitate pro sanitate recuperanda usque ad certum tempus fructus dictæ parochialis ecclesiæ perciperet: Hæc licentia iuri ciuii, & canonico conformis uideatur; Infirmitatis enim impedimentum a quacunque cura excusat, & à quoconque seruitio. §. item propter aduersam ualetudinem. Intit. de excu. tut. l. quæsitum, & ibi Alex. col. 1. ff. de re iudi. c. cum in tua. qui matri. accu. pos. Hostien. & Io. An. in c. nō iniustè, de appella.

Nec conqueri potest ecclesia si non seruat, cum quicquid illa habet, destinatum, & deputatum sit pietati. Io. And. in c. fi. col. 2. de cleri. non resi.

Canonico seni cōcessum fuit, quod non teneatur interesse missæ maiori, & nihil hominis distributiones perciperet, nec mirum, quia si infirmo id indulgetur, ut proximè dixi, eadem ratione & seni, qui infirmo æquiparatur. c. uni. ibi. [Senio, aut ualitudine.] De cleri. agro. lib. 6. & poeta dixit. Pallentesque habitant morbi, tristisque senectus, & Horatius de Arte poetica. Multa senem circumueniunt incommoda &c. & per Luc. de pen. in l. decurio fortunam, post medium, uers. quando totius corporis habitus senectute consecutus ad interitum properat, dum oculi caligant, auris grauiter audit, capilli fluunt, facies in pallorem mutatur, dentes lapi numerio minuuntur, cutis aret, flatus non suauiter olet, pectus suffocatur &c. C. de decurio. lib. 10.

Indultum de fructibus in absentia percipiendis non se extendit ad distributiones quotidianas, quas etiam priuilegiati habere non debent, nisi diuinis intersint, est tex. in terminis nostris in c. licet. de præben. c de cætero, iun. glo. fi. de cleri. non resi. c. uni. eod. lib. 6. ca. fin. de rescrip. eo. libr. Oldra. præalle. consil. 117. post prim. ibi. Quotidianis distributionibus duntaxat exceptis. Io. Calde. qui consuluit cū Io. And. con. uni. sub tit. de cleri. non resi. incipien. an dispensatio, nu. 2. in 2. dub. Paris. consil. 32. licet regulariter nu. 4. uol. 4. Videantur quæ subdit Paris. in dicto cons. quādo non dicantur propriæ distributiones quotidiane, & quando etiam de illis absens participare debeat.

Priuilegiatus, quod fructus in absentia per biennium, uel quinquennium percipere posset, per annum rescriptum non præsentavit, queritur, an à die præsentationis, an à die data fructus sibi debeantur. Post Oldra. consil. 56. Tullius imperauit, Ioan. An. in addi. ad Specu. super rub. de cleri. non residen. uersi. circa quam quæro quando incipiat currere quinquennium, cum iis quæ subiicit, concludit, quod à die data, quam opin. sequuta est Rota in Conchen. fructuum coram bo. me. Marco Antonio Marescorto, uoluit enim ut annotatum inueni, quod ille, qui habuit priuilegium capiendi fructus, & distributiones quotidianas in absentia, perinde, ac si esset præsens diuinis, debeat prædicta consequi a die data priuilegii, non autem à die intimationis. Tamen si distributiones fuerant per capitulum bona fide di-

Q V I N T . M A N D O S I L

tributæ, tunc contra capitulum agere non possit, ad consil. Oldrad. supra ad-
ductum.

Aliquando indultum huiusmodi petitur cum clausula [Vbilibet uel alibi residen-
do] Hæc uerba tolli debent.

Aliquando tamen conceditur existenti in seruitio Imperatoris, seu alicuius Regis, puta Secretario, Consiliario, Confessori eiusdem Imperatoris, seu Regis additis uerbis infra scriptis uidelicet [Quandiu in seruitio imperatoris, uel Regis fuerit] seu [durante seruitio huiusmodi.] Nec mirum si talibus mos geritur, & illis aliqua a Se de Apostolica conceduntur, quæ cæteris denegantur; Ratio enim est præcellens dignitas, & splendor Imperialis, seu Regius, ad tex. in l. cum multa, ante si. ibi. Ut enim Imperialis fortuna omnes supereminet alias. C. de bo. quæ libe. & iux. illud. 1. Pet. 2. siue Regi tanquam præcellenti, & postea. Deum timete, Regem honorificate, & ad tex. in c. solita, de maio. & obedien. c. magnum, ante si. uerl. siue Regi tanquam præexcellentii, i. q. i. c. si. uersi. nec aliquis, de offi. dele. li. 6. De indulto in fauorem Consiliarij Principis, in alia materia loquitur tex. in l. uerum. uersi. uel hi qui sunt circa Principem occupati, ut in consiliarii Menandri persona est indultum. ff. de mino. l. iurisperitos, in prin. ff. de excu. tuto. Nic. Boe. decisi. 17. quæstio fuit, num. 13. ubi de priuilegio Pij. II. in fauorem Regis & Reginæ Francie, quod eo-
rum Cappellani familiares, & domestici fructus beneficiorum in absentia percipere possent.

Ego tempore fr. re. Pauli III. obtinui indultum huiusmodi pro D. Ludouico Nigro Canonico Sulmonen. familiare à secretis Illustrissimæ D. Italæ Columnæ Principissæ Sulmonæ Dominæ meæ, & ultra stylum Ro. Cu. & alia iura ad rem meæ facientia, adducebam clem. uni. de baptis. per quam solis Regibus, & principibus co-
ceditur, quod illorum filios domi baptizari facere possint, per quem tex. inferebam,
quod iura de Regibus loquentia, etiam in Principibus locum sibi uendicare, debe-
rent: Item quod Principes Regibus & qui parentur. Et illam glo. cle. uni. sequitur,
ad eam se remittebas Abb. in c. 1. ante num. 3. de re. permu. Sic etiam uidemus quod
literæ iustitiæ sine supplicationibus expediri possunt, ad not. in c. ad hæc, de rescrip.
& in c. præterea, de confir. uti. uel inut. & in lib. nuncupatō prouinciale fol. 14. uerl.
item nota quod literæ iustitiæ, cum coñcedi soleant absque supplicatione &c. Li-
mita, nisi literæ huiusmodi sint contra Reges, & Principes, seu magnos Duces, tunc
enim non dantur literæ iustitiæ sine signatura Papæ, prout in eo. lib. dicto Provin.
fol. 20. uersi. contra Reges, & principes, seu magnos Duces &c. Quod sit, vt æqui-
paratis duobus per legem antiquam, disposito potesta super uno tantum ex æqui-
paratis, cœseatur et super alio dispositu. l. vt tantum §. j. ff. de ser. corrup. iun. l. si quis
seruo C. de sur. cum alijs, que adduco in 13. q. Reg. de Vnio. Si igitur intuitu regum
hæc facultas concedi solet, ergo & principum.

Rursus dicebam, quod dicta cle. uni. Principes ab illa regua excipiens, non po-
terat de aliis principibus intelligi (licet gloss. ibi, & Docto. diuersas dent interpre-
tationes) qd de principibus aliquarū prouinciarū sic nominatis, sub quibus uenient
princeps Sulmonæ, princeps Bisignani, Silianii, & similes, & gl. prædicta iuxta hunc
intellectum dat exemplum in Principe Achaia, & similibus. Et glo. illa, que singu-
laris, & not. est, in illa opin. residere uidetur, quod Princeps ibi accipiatur pro ha-
bente secularem dignitatem, seu potestatem, & dominium, qui sit post Regem, &
Regi comparandus, prout etiam declarat ibi Cardi. in 6. q. Pro premissis est tex. in
c. fundamenta. §. profinde ibi: Vel Rex, princeps, Marchio, Dux, Comes, aut Baro.
&c. de electio. li. 6. Et sic princeps post Imperatorem, & Reges, & ante Marchionem
Ducem, Comitem, & Baronem nominatur. Ita etiam accepit Bald. in l. uni. §. an-
autem,

autem, nūm. 16. C. de cād. tollen. ubi quērit, an cōpaternitas pēr procuratorem contraht possit, negatiūe cōcludens subdens in contrarium esse consuetudinem p̄fserit in principib⁹. Pro quibus etiam, & quōd principis appellatio neueniat etiam Baro, & episcopus temporalem habens iuris administrationem, uide Paris. confi. 341. ad solutionem, nu. 28. & seq. uol. 4.

Amplio ut etiam in materia pœnali sub nomine principis ueiunt principes, de quibus loquutus sum e. Pro humani, uer. sacri approbatione de homi. lib. vj. Cardi. Alexand. in c. 1. 15. distin.

In priuilegijs huiusmodi derogare consueuit Signatura statutis, & priuilegijs eccliarum. Nec dubium est quin Papa possit singulares cuiusque ecclesias, & loci consuetudines tollere, ad l. 3. §. diuus Adrianus f. de sepul. ui. o. c. 1. de const. li. vj. Ol. dra. con. 117. bona, uer. nullum enim dubium.

Formula supplicationis facultatis percipiendi fructus in absentia hæc est. Beatiss. Pater supplicat humiliter deuotus illius orator. N. clericus &c. quatenus ipsum, qui sacrificiam parochialis ecclesiae &c. obtinet, specialibus fauoribus, & gratijs professo quendo sibi quoad uixerit, ut in Ro. Cu. uel altero beneficiorum suorum ecclesiasticorum, per eum pro tempore obtentorum residendo, aut literarum studio in loco, ubi illud uigeat generale insistendo, omnes, & singulos fructus, redditus, & prouentus, tam dictæ sacrificiæ, quam quorumcunque aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, cum cura, & sine cura qualitercunque, qualificatorum de iure, statuto, cōsuetudine, fundatione, ac alias quomodolibet personalem residentiam requiren. quæ in quibusuis ecclesijs, siue locis obtinet, & in posterum obtinebit, cum ea integritate. (Hic per signaturam addi solet. [Quotidianis distributionibus dūtaxat exceptis] Ad tex. in c. fi. ibi. distributionibus quotidianis dūtaxat exceptis, de rescri. lib. 6.) p̄cipere, cum qua illos perciperet, si in ijsdem ecclesijs, siue locis personaliter resideret, & ad residendum interim, in eisdem ecclesijs, siue locis nullatenus teneatur, nec ad id a quoquam inuitus compelli possit, indulgere, sicque per quoscunque &c. Sub lata &c. Iudicari debere, Irritum &c. decernere dignemini de gratia speciali, Non obstante dictus orator in eisdem ecclesijs, seu locis præviā non fecerit residētiā personalem consuetam, ac fœ. re. Bonifacij Papa VIII. prædecessoris uelti constitutiōne, per quam concessiones de fructibus in absentia percipiendis sine præfinitiōne temporis fieri prohibentur, & quibusuis aliis Apostolicis, ac prouincialibus, & sinodalibus consti. Et ordi. nec non prædictæ, & aliarum quarumuis ecclesiarum etiā iuramento &c. roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque &c. ca terrisque contrarijs quibuscunque, cum clausulis opportunis, & consuetis. Et cum ab solutione à censuris &c.

Hodie habemus con. Trident. Sessio. 6. sub Paulo III. in Decre. Refor. ca. 2. contra indulta perpetua de non residendo, in hæc uerba. Nullaque priuilegia, seu indulta perpetua de non residendo, aut de fructibus in absentia percipiendis suffragentur, indulgentijs uero, & dispensationibus temporalibus ex ueris, & rationabilibus causis tantum concessis, & coram ordinario legitimè probandis in suo robore permanens.

ER E C T I O N E S.

Erectiones omnes dantur cum clausula. [Et sine præiudicio.] pro qua clausula ad effectum erectionum adduco tex. in c. ecclesiæ antiquitus, & c. seq. 16. q. i. c. 1. ante fi. ibi. & quia nulla ecclesia in præiudi cium est alterius constituenda, de no. ope. nuncia. c. cum olim, in fi. de elect. ca. ad audientiam i. cum ibi nota, de eccl. ædifi.

Q V I N T . M A N D O S I L

extraua.ad apostolatus , quæ est ultima.de concessio. præben.Io.22.Cardi. confi.8. quidam Syndicus, numero tertio Guido.Papæ Decis.Delphic.3 60. utrum ecclesia.

Sine præjudicio intellige de alio,quām in gratia expreflo.Oldra.confi.33 o.ad idē in fi.Paris.confi.70.inha rendo.nu.1 .lib.1.Sarnen.in 1.q.Reg.de non tol.iu. quæfi.uersus fi.Rebuff.in praxi,in for.Nouæ prouisio.nu.6.

Nouas dignitates solus Papa erigit c.1.& ibi gl.1.22.dist.c. cum olim.de electio.Feli,in c.cum acceſſiſſent.nu.14.in 3.conclu. de confiſti.

Inferiorum beneficiorum erectio etiam ad Episcopum spectat c.nemo ecclesiam de conſe.distin.1.gl.1.ad fi.in cle.2.de deci.Rot.19.quidam patronus in anti & 17. de præben.in antiquo.Collecta.in c.pen.in prin.& Anch.in c.2.col.2.uers. quid enim refert,de institutio.

Quando quis petit in aliqua cathedrali,uel collegiata ecclesia,nouam dignitatem erigi,per eum dotandam,ac sibi conferendam,quodque sit in illa ecclesia ultima dignitas , si concedatur , tunc addi debent uerba uidelicet . [Sine præindicio , præalleg. cap.cum olim in fin. de electio. [Item additur] & de consensu illorum quorum interefit .]

Quando Decanus,& capitulum supplicant,tunc signatura addit uerba uidelicet. [De consensu ordinarii.] Et hoc, ut debitus honor Episcopo , uel cuius ordinario deferatur,& ne sperni videatur,tum etiam quia Episcopus in sua diœcesi, uel plebe est dominus absolutus,instar diuitis regentis familiam suam,mariti regentis coniugem,& patris regentis prolem suam.c.duo ista,post prin.23.q.4.c.cum non liceat & c.cum olim,post prin.de præscrip.Abb.in c.uenerabilem,nu.19.de elec̄t.non conuenit igitur aliiquid graue, seu notable in ciuitate,uel diœcesi fieri, seu mutari,ordi nario incio,& non consentiente.

Erectio non solet concedi absque causa rationabili , & uidi concedi erectionem fontis baptismalis,cuius supplicationis,& concessionis formula extensam subiciam,ut ex illius clausul arum lectora plura dubia,quæ oriri possent,tollantur .

Beatis.Pater exponitur.S.V.pro parte deuoti illius oratoris Io. Macha clerici Leodien.diœcesis,quod cum in loco Luigni Leodien.diœcesis ultra quinquaginta habitatores Christi fidelium hominum reperiantur , & ibidem quædam parochialis ecclesia sub invocatione S.Lamberti,absque tamen sacro fonte baptismali ereta,construta,fundata,ac sufficienter dotata,existit,& propterea cum contingit pueros, seu infantes hominum dicti loci baptizari,homines dicti loci pueros, seu infantes illorum ad quamdam parochialem ecclesiam loci,N.eiusdem diœcesis, ab eodem loco luigni per spatium trium miliarium , uel circa distantem , pro baptismi sacramento fuscipiendo,& consequendo,non sine graui labore , & uitæ periculo , propter quoddam flumen,seu illius decursus aquarum, quæ quandoque abundant inter dictum locum Luigni,& parochialem ecclesiam.N.prædictam consisten.potare coguntur, unde aliquando propter distantiam loci,præsertim dum flumen , ac decursus aquarum prædictarum abundant.ac nonnunquam propter tempestates calamitosas , & uim ventorum contingit pueros, seu infantes prædictos,absque sacramenti baptismatis susceptione , ab hac luce decadere, seu migrare , & in fluminis prædicti transitu periculoſe frequenter homines ibi pertransientes perire , ac in eodem suffocari , in diuinæ maiestatis offensam , & Christi fidelium animarum periculum , & scandalum plurimorum.Verum Pater sancte si in dicta ecclesia parochiali Luigni unus fons baptismalis instar aliarum parochialium ecclesiærum pro inibi pueris baptizandis erigeretur , & institueretur, ex hoc profecto animarum Christi fidelium habitantium in loco Luigni prædicti saluti plurimum consulere tur, ac scandalis , & periculis obuiaretur. Supplicat igitur humiliiter.S.V.Io.orator

tor præfatus quatenus sibi specialem gratiam faciendo, ut in dicta parochialie ecclesia Luigni, unum sacram fontem baptismalem ad instar aliarum parochialium ecclesiarum constitvere, erigere, instituere, & consecrare, ac sacramentum baptismatis huiusmodi, quibus opus fuerit, alicuius licentia super hoc minimè requisita, ministrare, seu construi, erigi, institui, consecrari, & ministrari perpetuis futuris temporibus facere licentiam, & facultatem concedere, & indulgere dignemini de gratia speciali: Non obstan. &c. ac statutis &c. Nec non fundatione, & dotatione Luigni roboratis, priuilegiis quoque &c. Cum clausulis opportunitis, Fiat ut petitur. A. Et cum absolutione &c. Et de erectione, institutione, constructione, consecratione, ministracione, concessione, indulto, derogationibus, & aliis permisso in forma gratiofa, etiam si uidebitur, ad perpetuam rei memoriam, cum depositione iudicium, & exequitorum, seu conseruatorum, qui in præmissis existant, ea que omnia, & singula præmissa, sub sententijs, censuris, etiam pecuniaris penis eorum arbitrio imponendis obseruari faciant, cum potestate contradictores &c. Et quod præmissorum omnium, & singulorum &c. fieri possit in literis per breue. S.V. expedien. Signatura cassat, per breue, & addit: Et sine alicuius præiudicio, Fiat. A. Datum Romæ apud S. Petrum. Quinto idus Octobris. Anno Quarto.

Per hanc erectionem parochialis ecclesie in baptismalem, mutatur status ecclesie, de iure enim parochiali ecclesie ius baptismi non competit, sed soli ecclesie maiori baptismali, quæ matrix nuncupatur. cap. i. & c. ex transmissa, de præscr. ca. præterea, de transac. Pet. de Perus. in tracta, de muta, de sta. ecclesia, post prin. uersific. inter mutuum.

Et dicitur matrix ecclesia, quia sicut mater generat, ita illa regenerat per baptismum, Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei. c. filius Dei, de conse. distin. 4. c. debitum, uer. in baptismo quippe de baptis, uideatur tex. in cle. §. nos igitur, ibi, Cum cathedralem, uel matricem, seu parochialem loci ecclesiam, de sen. excomm. ubi ista tria pro diuersis ponuntur, & ibi glo. in uer. matricem declarat quare si dicatur, illam glo. sequitur, & ueram dicit Imol. nu. 9. Et etiam declarat Cardi. in clem. uni. in 3. not. de baptis. & Lap. Alle. 15. idem est dicere in t. concl. Videantur omnino Abb. in c. ex transmissa, in 5. not. de præscrip. idem Abb. & præceptor meus in capit. ex parte 2. ille post num. 1. hic nu. 2. de rescr. & Pet. Rebus in tracta. Decima. in 6. q. prin. ubi quod ecclesia matrix duo bus modis sumitur, primo pro cathedrali, ad tex. in c. sacrorum. §. cum ergo, ibi. An clericorum maioris ecclesie tantum. & postea. Ut ad eligendum episcopum sufficiat ecclesia matrix cis arbitrium. 63. distin&t. & c. uenerabilis, in fi ibi. Nos enim per matrem ecclesiam cathedralem intelligi uolumus. de uer. signific. Altero modo matrix ecclesia dicitur quasi aliarum ædicularum & cappellarum mater, & principalis quæ do sub se cappellas habet, quæ etiam plebania nuncupatur, iuxta tex. in c. 1. ad fi. ne cler. uel mona. lib. 6.

Ex formula præinserta colliguntur causæ concessionis prædictæ erectionis, & quidem urgentissimæ, uidelicet Distantia loci. c. ad audientiam. 1. de ecc. adifi. c. temporis in prin. à contrario sensu. 16. q. 1. Item itineris periculum, præsertim propter flumen, & aquarum inundationes, ad tex. in l. 2. §. si quis in iudicio, & §. quod disimus. ff. si quis cau. & præalleg. c. ad audientiam, in prin. ibi. Ut tempore hiemali cum pluviæ inundant &c. Lap. alleg. 67. quoddam monasterium col. 3. uer. sed quæro nunquid prædictæ causæ sint sufficietes & de impedimento inundationis aquarum, & niuium loquitur iuxta alios terminos Archidia. in cap. episcopum, post nu. 2. x. quæst. 1.

Tempestas calamitola, de qua in præfata supplicatione, & de qua in l. ex conduto.

Q V I N T . M A N D O S I I

Cto. §. si uis tempestatis calamitosæ. ff. loca. uim maiorem, seu uim diuinam appellant, de qua per Plin. lib. 18. cap. 28. de sterilitatum causis. Ante omnia autem (inquit) duo genera coelestis iniuræ meminiſſe debemus, unum quod tempestates uocamus, in quibus grandines, procellæ, cæteraque similia intelliguntur, quæ quum acciderunt uis maior appellatur: Hæc ab horrendis sideribns exent, ueluti Arcturo, Orione, Hædis. De uir, seu violentia uentorum loquitur tex. in l. fluminum. §. seruus quoque putat. ff. de dam. infe. Vis autem omnis est, quæ periculo aut decedere nos aliunde cogit, aut prohibet accedere, ut apud Cice pro Au. Cecinna.

Insuper mortis periculum quoad fieri potest evitari debet, hoc enim suader natura, & ius humanum, ac diuinum. c. si quod uerius, 3. q. 2. cap. 2. in fin. de obser. ieiū. multo magis periculo perdendi animas occurri, ac animarum saluti consuli debet. c. petrus. 39. distin. & ad rem nostram facit in ratione sui tex. in cle. uni. uersi. aut talis necessitas, de baptism.

Aliam causa erectionis nouæ parochialis ponit, & super ea ualde discutit Lap. dicta alle. 67. subdēns remedia parochianorum impeditorum sacramenta ecclesiastica à rectore prioris parochialis ecclesiaz percipere, & plura alia ad rem nostram ponit, quæ uideantur.

Baptisma, & penitentia ut præstari possint omnino prouidendum est, prout et elicitor ex uerbis diui Gregorii lib. 1. epist. 15. Peruenit ad nos, inquit, quod populi onensis ecclesia ita sit sacerdotis officio delitata, ut nec penitentia decedentibus ibidem, nec baptisma possit præstari infantibus, huius igitur tam piæ rei, tamq; necessariæ mole præmoniti iubemus &c.

Amplius ubi fidelium multitudine excreuit, erigitur nouus episcopatus, noua baptimalis, seu parochialis ecclesia, cum clausula [De consensu.] prout in cl. præci pimus. 16. q. 1. c. 1 & ibi per Doct. ne se. uacan. extra ua. Sa luator, uer. sanè considerantes attentius, de preben. inter communes.

Et generaliter dicimus numerum præsidentium secundum quantitatem subdorum constituendum esse. cle. dudum, uersi. extra ciuitates, & ibi glo. in uersi. exigite de sepultu.

Vndecim Episcopatus in Elandria, & unus Episcopatus in Archiepiscopatum tum hoc menie Maii. 1559. efflagitante Catholico Rege Philippo, & supplicantibus uniuersitatibus clericorum, & laicorum erecti fuerunt à summo Pontifice & orator Theologus ad hæc destinatus pluries me (cui negotium audiendum, & referendū demandatum uerat) adiit, certiore reddens, populos ita in illis diœcesibus creuisse, quod in earum singulis, singulorum vultos nequibat, ut decebat, unicū Pastor inspicere, aut alias partes boni pastoris implere salubriter, iux. cap. 32. Ecclesia, & tex. in extraua. sedes, in prin. de offi. deleg. inter commu. Docebat etiam dictus orator in solemnibus, & frequentioribus locis has nouas erectiones faciendas esse, & quod non poterat dubitari, quod episcopalis dignitas uileſceret, iux. tex. in c. episcopi 80. dist. & in c. 1. de priu.

Propter excrescentiam reddituum fit etiam noua erexitio, de qua proxime loquuntur sum, & etiam præbendarum, argum. tex. in c. quoniam, in prin. de ui. & honest. cle. c. cum M. & ibi Abb. & Fel. nu. 1, ac R. ip. num. 35. & seq. & c. penulti. cum glo. in uer. diminuti, de constitutu. Bar. in l. non plures, nume. 3. C. de sacros. eccl. & ad text. in præallega. extraua. Saluator. uersi. attendentes etiam quod licet Tholofanus Episcopatus.

Erectionum supplications hodiè in Signatura Papæ proponuntur.

Non solum autem conceduntur erectiones in forma gratiosa, sed etiam mandata, seu conuessiones de erigendo, prout euenit super mandato de erigenendo

do supplicante Antonio de Raude perpetuo commendatario S. Petri de Laude ordinis S. Benedicti narrato quod cum monasterium quod conuentu caret, in commendam obtinuerit, & ratione dicti monasterij curam animarum exercere, & alia si bi incumbentia onera perferre teneatur, idque per se ipsum facere nequeat, cupiatque in ecclesia dicti monasterii vicariam perpetuam pro uno presbytero seculari perpetuo vicario nuncupato, qui curam animarum huiusmodi exercere, & ecclesiæ sacramenta ministrare, & alia supportare teneatur, ac illi pro eius dote, & ipsius sub stentatione annum redditum 24. duc.au. de ca. ex tot bonis monasterij præfati applicari, & appropriari, quod si fiat diuinus cultus in ipsa ecclesia maximum suscipiet incrementum. Et committatur episcopo, seu vicario &c. quod vicariam huiusmodi de ipsis exponentis espresso consenfu arbitrio suo erigat, & instituat &c. & illi pro eius vicarij substentatione dictum annum reddituum applicet, & propriet, decernendo erectionem, & alia præmissa, postquam per uos, ut præfertur, facta fiat, ualere &c. Et sic per quoscumque iudices &c.

Vicaria huiusmodi perpetua non facit quod monasterium definit esse curatum, prout declarat Rot. 2. de off. uica. in anti. & Fasto. dub. 25. & Abb. in c. extirpandæ. §. qui uero. in 1. lectu. nu. 6. uerfi. & not. & in 2. lectu. nu. 15. de præb. Cardi. in clem. 1. nu. 9. ubi etiam Imo. nu. 7. de off. ui. Rebus. de cong. portio. q. ult. nu. 15. & seq. extracta. Nomina. q. 16. nu. 23.

Et proxime dicta maximè procedunt ut de huiusmodi cura sic facienda mentio in impetratio, seu aliis rescriptis. ad tradi. per Car. con. 30. uer. aut est perpetuus, & per Fel. in c. postulasti, col. 1. uer. & uide, & in c. in nostra, in x. core. de refcr. ubi de mentione q. beneficium per uicarium deseruiri solet.

Concil. Trident. Sessio. 21. cap. 4. prouidet quando crescente populo unus rector non sufficit, quod alii adiungatur. Rursus in 2. parte propter incommodum per cipiendi sacramenta nouæ parochiales constituantur iuxta formam præalle. c. ad audientiam. de eccl. ædific.

TRANSLATIONES.

Translatio est de una ecclesia, seu beneficio ad aliam, seu aliud mutatio, ut probat tex in c. mutationes, in prin. 7. q. 1. ubi pro eodem accipitur mutatio, & translatio. c. rogamus. 24. q. 1. Roman. consi. 352. quæritur, nu. 17. & seq. & Paris. con. 45. ruit, post nu. 6. uol. 4.

Transferunt aliquando personæ ecclesiastice, prout his diebus translatus fuit Episcopus Thelesinus ad episcopatum S. Agatæ, de hac translatione loquitur tent. in præalle. c. mutationes, ubi de translatione Petri Apostolorum Principis, ab ecclesia Antiochiae ad Romanam. c. in apibus. §. ecce. 7. q. 1. c. si quis iam translatus. 21. q. 2. ubi de effectu huius translationis, & quod sic translatus penitus liberatur à prima ecclesia, & addicitur, seu obligatur illi ad quam transfertur. De translationibus tractat etiam c. post translationem, de renun. & totus titu. de transla. epis. & Hostien. eo. in summ. & de diversis translationibus, seu mutationibus personarum ecclesiasticarum, uideatur Pet. de Perus. in tracta. de muta. ita. perso.

Translatus episcopus non solum liberatur, & prædictus eximitur à prioris ecclesiæ cui præterat, uinculo, ut præmisi, & uoluit Parisi. præalleg. consi. 45. post nu. 16. uolum. 4. ita ut amittat ius, & possessionem prioris ecclesiæ, ad supta adducta, & per Io. And. in c. quod ob gratiam. de regu. iur. lib. 6. & Io. Fran. Parisi. in tracta. de offi. & pore. se. uacan. in 7. & ult. prælu. nu. 7. immo etiam aliorum beneficiorum quæ ante translationem obtinebat, prout Dec. Mohed. 1. sub titu. de Refti. spolia. incipien. fuit dubium

dubium propositum in Rota.

Translationes Episcoporum, solus summus Pontifex concedere potest. c. i. & 2.
c. quanto, & c. licet, de transla. epis. c. nisi, & c. quod translationem, & ibi glo. de off.
lega. c. si quis Episcopus. 7. q. 1. Roma. consi. 467. ut clara, nu. 6.

Aliquando ecclesiæ de uno loco ad alium transferuntur, seu ecclesiæ, & personæ,
iuxta tex. in præalle. c. 1. ibi ac per hoc translationes Episcoporum, & sedium immu
tationes de transla. Episco. De Muta. sta. eccl. tractatum fecit Pet. de Perus. ubi plu
ra ad rem nostram.

Translatio ecclesiæ non nisi ex causa sit, causæ autem tres principales adducunt
ur per tex. in c. tribus ex causis, de conse. distinct. 1. Propter persecutionem hostiū,
ut etiam per Oldra. con. 62. & circa. post prin. Propter difficultatem locorum, & pro
pter malorum societatem. c. ecclesiæ iunct. glo. & c. si quis uult monasterium, cum
sua glo. 16. q. 7. alibi dicitur, quod translationes, seu mutationes huiusmodi conce
duntur, ex causa necessitatibus, uel utilitatis. c. mutations. 7. q. 1. c. si quis iam translata
tus. 2. 1. q. 2. Hostien. in summi. de translatio. Epis. uel eccl. nu. 6. in uer. quæ sit causa
transferendi. Roma. consi. 352. quæritur post num. 18. Plures causas adducit Lap.
alle. 68. quæris an liceat. Vide etiam Firma. de episco. lib. 4. q. 35. num. 81. uersicu. ex
quo no. causas transferendi ecclesiæ. Ludo. Roma. consi. 345. circa num. 4. ubi quod
episcopus propter sua merita, & ut magis honore, transferri potest. Item si propter
eius personam ecclesia patitur persecutionem & sic propter pacem, & quietem &
hoc Con. citare uoluit Ant. Corset. in suis singu. in uer. pax. 2. ubi notat propter pa
cem habendam, quem de una ecclesia ad aliam transferri.

Quando parochialis ecclesia transfertur ad alium locum, tunc semper addi
debet uerba, uidelicet [Cum superficie terræ, & ossibus inibi existentibus. [Ratio est,
quia illa ecclesia prima, quæ ad alium locum transfertur desinit esse parochialis, &
talis ut prius erat, docto. in c. 1. de transla. epis. & facit tex. in c. in apibus. §. ecce. 7.
q. 1. arguendo, a personis ad res, ad l. qui furere. ff. de sta. homi. l. si quis inquilinos. §.
si ita legatum. ff. de lega. 1. Bar. in l. miles ita. §. j. ff. de mili. testa.]

Additur etiam supplicationi translationis parochialis ecclesiæ per signaturam,
clausula hæc uidelicet [Dimissio ibidem aliquo facello, seu oratorio in signum tran
slationis parochialis ecclesiæ huiusmodi.]

Si in parochiali, uel alia ecclesia, quæ transfertur, sint corpora sanctorum, illa
etiam transferuntur, præsertim concurrente una ex quatuor causis, de quibus in
præalle. c. tribus ex causis, iun. gl. quæ addit quartam, uidelicet meliorationis. & ca
seq. de conse. dist. r.

Monasterium etiam de licentia summi Pontificis, immo etiam ordinarii adhibito
confilio fratrum ad alterum locum transferri poterit, & tunc addi deberet clausula
uidelicet [Dimissio presbytero in priori loco ad ministeria ecclesiæ, seu qui ibi mini
stret. Jux. tex. in c. si quis uult monasterium. 16. q. 7. Petrus de Perus. de muta. sta. ec
cle. post nu. 6. uer. sed debet eidem ecclesiæ antiquæ, si hoc posset fieri, per sacerdo
tem deseruiri &c. Venditio tamen nunquam fieri potest, quia locus remanet sacer
etiam diruto ædifici. l. æde. ff. de contrahen. empti. l. intantum. §. sacræ. ff. de re. diuis.
& §. locus. Institu. eo. titu.

In translatione monasterii, & ecclesiæ de loco ad locum, ne priuatum monasteriū
seu ecclesia destruatur, addatur clausula [Prouiso quod ad prophanos usus non re
digatur prouiu. fo. 61. uer. in translatione, pro qua additione facit tex. in cap. semel
Deo dicatum, de reg. iur. lib. 6. §. sacræ res. insti. de re. diui.

De translationibus religiosorum tractavi supra, dum de licentiis in genere lo
quutus sum.

Addo ibi dictis, quod domus religiosa ex toto ad arctiorem religiouem transferri potest, cum superioris tamen, & sic uel Papæ, uel episcopi auctoritate. c. sicut unire, de excess. præla. c. recolentes, uer. ceterum, & ibi ad hoc not. Abb. de sta. mona. nu. 2.

Pro quibus, & alijs huc spectantibus uide omnino Pet. de Vbal. de Peru. in tracta. unio. ecclesia. cap. 4. nu. 27. uers. Bene tamen possunt religiosi transire ad arctiorem religionem.

Addo etiam, quod propter malam uitam, & pessimos mores religiosorum possunt religiosi, & debent priuari domo, & conuentu, illaque in alios religiosos transferri poterit, & debebit. c. relatum. ne cle. uel mona. Paris. consil. 11. iultissimam in prin. uoi. 4.

Sed quero, monachus, qui prius erat in monasterio. A. illaque bona aliqua donauerat, transfertur ad monasterium. B. cuius erunt bona illa? respondeo, quod proprietas remanebit apud monasterium. A. usus fructus uero illius monachi uita dura te spectabit ad monasterium. B. c. de lapis, iun. glo. si. ad fi. 16. q. 6. gloss. fin. de regula. Specu. in titu. de sta. monac. §. 2. uers. sed queritur, & q. 22. Calde. consi. 23. quidam secum, sub rub. de regula Lap. Alle. 62. quidam, post num. 8. uers. gl. quæ est. & versns fi. uers. Et esto quod licitus esset. & alii adducti per Rebuff. super concor. de regu. ad præla. nomi. §. ultimus in uer. concessa uer. quid si monachus dederit.

Postremo quæro, an si ecclesia exempta transferatur, perdat exemptionem? concludendum est, q. non, ut per Fran. in c. cum persona in fi. de priui. lib. 6. prout etiam dicimus, quod si ciuitas destruatur, & alij ciues, subrogentur, illi gaudebunt priuilegiis datis prioribus ciuibus illius ciuitatis, ut per Bertran. consi. 192. multa, num. 16. lib. 2. ex noua impress. cum præfatis residet Rebuff. ubi supra in uer. concessa. uers. & Perusi.

Papa autem in iuitum absque urgenti causa non confueuit transferre, de quo uide per Io. And. in alle. c. quod ob gratiam. de reg. iu. lib. 6. per Nic. Mil. in reper. in uers. Papa licet de æquitate, per Roma. consi. 345. circa primum nu. 3. per Fel. in c. quæ in ecclesiast. nu. 43. de consti. & per paui. de offi. & pote. ca. sede uacan. in ult. præ lu. nu. 7.

De translatione de una ecclesia ad aliam Grego. li. 1. epist. 77. & lib. 2. epist. 25. scribens episcopo Squitateno. propterea, inquit, te Ioannem ab hostibus &c.

REDUCTIONES AD SECVLARI TATEM.

Monasteria semel Deo dicata, monasteria perpetuò esse debent, nec secularia habi tacula fieri, iuxta concilium Calcedonen. de quo in c. quæ semel. 19. q. 3. & hæc est iuris regula, prout per Lap. Alle. 68. quæraris an licet, post prin. ibi, Quia regula est in contrarium, & regulariter mutatio status ecclesiæ prohibita est. cap. 2. de suppl. negl. præla.

Locus religiosus de iure hoc modo reformatur, ut si deficiant religiosi alicuius monasterij, sumantur religiosi aliorum monasteriorum eiusdem ordinis; quibus deficientibus deuenientum est ad regulares alterius ordinis, & in defectum omnium regularium monasterium ad secularitatem reducendum erit, in illoque clerici seculares ordinari debebunt. c. inter quatuor, & ibi Io. And. & Abb. cir. medium de reli. domi. uerum iuxta iurium dispositionem huiusmodi raro, uel nunquam reductioni ad secularitatem locus esset.

Reductiones beneficiorum regularium ad secularitatem alias fieri solebant, & compositio soluebatur, habita ratione fructuum, seu reddituum, & illa dicuntur beneficia

Q V I N T . M A N D O S I I .

eneficia regularia, quæ in fundatione ita ordinata fuerunt, quod per religiosos regantur, uel quæ per eos regi consueuerunt spatio quadraginta annorum cum titulo, vel tanto tempore, cuius initij non sit hominum memoria. c. cum de beneficio, de preben. libro 6. Syl. de Bene. part. i. quæstio. 4. num. 22. uerificu. dicens quod beneficia regularia.

Ecclesia secularis facilè regularis efficitur, prout sentit Lap. alle. 45. an fratres, post num. 4. Et etiam auctoritate Episcopi, Tamen siue Episcopus, siue Papa id concedat, addi debet clausula, videlicet [Sine præiudicio clericorum, seu beneficiatorum dictæ ecclesiæ secularis.] uel [æque prouiso alibi clericis, seu beneficiatis dictæ secularis ecclesiæ] omnia hæc probantur ex c. pe. de eccl. ædifi. c. apostolica, de donatio. gl. in c. possessiones, in uer. monachi, de reb. eccl. non alie. Pet. de Peruf. de muta. Ita. eccl. pot. prin. nu. 2. uers. unde dicebat glo.

Ecclesiæ uero regulares ad seculares solus Papa reducit. ad tex. in præalle. c. quæ semel. 19. q. 3. argum. tex. in c. f. §. sed obiicitur, in fi. ubi, q. religiosè uiuentes, si à religione cessant, priuilegijs eximuntur. 25. q. 2. & q. alius à Papa ad seculares reducere non possit, probat text. in capit. possessiones, de rebus ecclesiæ non alienan. & tex. in clement. quia contingit, post princ. arguendo à pari, seu à fortiori, uel ab identitate rationis, de religio. domi. & argum. text. in l. j. ff. de administra. re. ad ciui. perti.

An autem, si ecclesia regularis reducitur ad secularem, perdantur, & euaneant priuilegia prius concessa ecclesiæ, dum erat regularis? pro negativa uideatur Inno. in cap. 2. de nou. ope. nunciatio. Rip. lib. 2. respon. cap. 2. canonici, in ult. quæst. cum quibus residet Rebuff. super concor. rub. de regu. ad prælato. nomi. faci. §. ultimus in uer. concessa post prin.

Sciendum est, quod antiquitus quasi omnes cathedrales, & Metropolitanæ Ecclesiæ Galliæ erant regulares, & plura, ac diuersa monasteria fuerunt redacta ad secularitatem tempore Pau. III. & Iulij III. de simili reductione habemus tex. in c. 1. ne se. uacan.

Quid circa præmissa concilium Tridentinum nouissimè statuerit, uide cap. 21. Sessio. ultimæ sub Pio III. tit. de regula.

R E S E R V T I O N E S I V R I S P A T R O - N A T V S .

Ius patronatus ex clara iuris regula acquiritur, seu prouenit ex tribus causis uidelicet. ex soli, seu fundi collatione, ex conſtructione, & dotatione ecclesiæ. c. filijs & c. qui: cunque. 16. quæstio. 7. c. quoniām. ca. nobis, de iur. patro. Hostien. in summ. eo. & omnes super rubr. ubi uersum subiiciunt: Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus.

Ius patronatus referuatur uolenti ædificare denuò ecclesiam solo. æquatam, aut illam sufficenter dotare, uel dotem ad tantumdem augere. Additur clausula uidelicet [Postquam ædificauerit, uel sufficenter dotaucrit, seu auxerit ad tantumdem.

Magna est disputatio, an reædificans acquirat ius patronatus, duobus tamen concurrentibus, uidelicet quod obtineatur licentia, secundò quod illa clausula sit omni no destructa. Pro parte affirmatiua concludendum esset. argum. tex. in c. consuluit, de iude. Inno. super rub. de iu. pat. & glo. in c. quoniām. eo. c. de fabrica iun. gl. in uer. innouata, de conse. dist. 1. vbi quod ecclesia reædificata non est eadem cum prima, sed diuersa, licet fecus quoad euitandam sacramenti consecrationis iterationem; si ergo

ergo est alia à prima, reædificans ius patronatus acquirit, pulchrè per Gemin. con fil. 117. in quæstione num. 5. & sequen. expedite ad omne dubium tollendum iuris patronatus huiusmodi concessionem, seu referuationem à Papa modo præmisso obtinere.

Si beneficium haberet annum redditum quatuor, uel quinque ducatorum, nō concederetur ius patronatus alicui, nisi ultra illum arbitrio Signatoris auxerit, alioqui assignando, seu dando ecclesiæ redditum unius, uel duorum ducatorum patronus efficeretur, & sic ecclesia libera cum parua utilitate serua cuaderet, quod non solum in ecclesia iam construenda, immo nec in construenda, seu dotanda id admitteretur, insufficienter enim dotans non efficitur patronus, glo. singula. in c. quicunque. 2. 16. q. 7. Abb. in c. 3. in 3. no. de eccl. xdi. ubi concordant illam gl. cum alia gl. in sum. 63. dicit. in fi. & idem Abb super rub. de iu. pat.

Datur referatio iuris patronatus petenti in aliqua ecclesia cathedrali, seu collegiata nouam dignitatem erigi per eum dotandam, prout supra de citionibus.

Aliqua pro præmissis, & circa patronatus uidere poteris in nouissimo conc. Trident. Sessio. ult. sub Pio IIII. c. 9. in decre. Refor.

EXEMPTIONES AB EPISCOPIS.

Exemptio (iuxta terminos nostrros) est quedam libertas qua exemptus eripitur, uel liberatur ab ordinarii iurisdictione. capit. nulla, iunct. glof. 93. distinc. gloss. in c. olim 1. in uer. diocesani. & ibi Abb. post alios de priui. pæceptor meus D. Phil. Dec. confi. 1. 13. uiso tenore, num. 7. uel exemptionem dicamus esse iurisdictionis priuationem, & libertatis concessionem, ex mente Geminia. in c. 1. in 1. not. de priui. lib. 6. Exempti æquiparantur filii emancipatis, uel seruis manumissis, ad Bal. in l. si quis ad declinandam. C. de epi. & cle. §. in omnibus, nu. 6. uer. sed loquor, & postea uer. secunda conclusio.

Non tamen putes, exemptionem huiusmodi dici omnimodam libertatem, cum persona, seu ecclesia exempta recognoscatur ius subiectionis respectu Papæ, nullaque ecclesia acephala poslit esse. ad text. in c. nulla. 93. distinc. & in terminis nostris concludit Abb. in c. cum tempore, in 4. nota. de arbit. Io. And. in c. cum instantia de censi. Mar. Sozzi. de uisitatio. lib. 11. in 2. q. 14. quæst. prin. post num. 46. uersi. Mouetur quia ecclesia Romana. & Fel. in c. cum non licet. col. fi. nu. 14. de pæscr.

Amplio ut exemptio a Papa concessaa iurisdictione cuiuslibet ordinarii non inducat exemptionem a iurisdictione legati ipsius Papæ. ad tex. in c. fi abbatem, de ele. lib. 6. & prout notauit Io. And. in c. 1. post prin. uersi. ergo cum legatus liget eos, per illum tex. de uer. signifi. eo. libro 6. sequitur Ludo. Roma. singu. 507. an. exemptus.

Lmito in legislati natis Bal. confi. 337. super primo. uol. 4. iuxta nouam impress. & Mar. Sozzi. de uisitatio. lib. 1. in 2. q. 14. quæstio. princ. post num. 46. uersi. sed in legislati natis.

Eximere propriè est apostolicæ sedis. c. frater, uer. & cum oportuisset, 16. q. 1. c. 1. iunct. glo. in uer. exemptionis, de priui. lib. 6.

Et qd Papa poslit eximere subditos ab ordinarij potestate, indubitati iuris est, ut etiam per Ancha. con. 132. in primo nu. 5.

Exemptio aliquando conceditur personæ, aliquando rei, nonnunquam personæ & rei, prout in pæall. c. frater, ibi, per quam eum, ecclesiæmque eius de tuæ iurisdictionis potestate exemit. pæalle. c. 1. & ibi Docto. de priui. lib. 6.

Per quæ uerba inducatur, seu probetur exemptio, & per quæ non, uideatur in c. 1. in

Q V I N T . M A N D O S I I

2.in prin.de uer.sig.lib.6.in c.si Papa in pluribus locis,ad quem tex. se remittit glo
1.in dicto c.i.de priui.co.lib.6.& in confi.Dec.152.in causa exemptionis nume. 2.
& per totum confi.

Et de clausula priuilegij recipimus in protectionem , q non inducat exemptionem, uide tex.cum gl.in uer.protectionis,& ibidem per Docto. in cap. recepimus de priui.

Et quod aliud sit esse exemptum, & habere priuilegium exemptionis, uide Old. conf.67.questio talis,ad fi.

Omnes ecclesiæ, omnia monasteria, siue monachorum, siue monialium omne de nique hominum genus in diœcesi cuiuslibet episcopi existentes, de iure canonico sub episcopi cura, & iurisdictione sunt, quoad spiritualia uidelicet laici, quoad omnia clerici, siue seculares, siue regulares.c. obitum.6r. distinct.c. omnes basilicæ, cum alijs.16.q.7.c.monasteria, uel monachorum.c.abbatibus, & c.seq.18.q.2.c. cum episcopos, de offi.or.lib.6.c. cum olim, de præscr.in prin.c. cum uenerabilis , de excep. c.i.de offi.ordi.

Amplio etiam, si fundator ordinasset, seu dispoluisset, quod institutio non spe-
ctaret ad episcopum.c.sic quidam, & c.nouerint.1.o.quest.1.Bar.in l.quoties §.f. ff.
de admi.tu.Abb.in c.dilectus,in 4.not.de confue.Idem Abb.in c.requisisti,n. 22.
uers.ex quo infero, de testa.Fel.in præall.c. cum uenerabilis.nu.33.de exceptio.Dec.
conf.121.in causa.nu.2.

Amplia ut episcopus habeat liberam potestatem scelera inquirendi, & iudicandi,
ac puniendo ab illo aliquo impedimento.c.episcopus in sinodo.35.q.6. c. cum con-
tingat.de fo.compe.c.irrefragabili,de offi.ordi.

Amplia, ut etiam clericos alterius diœcesis in sua delinquentes punire , &
contra eos inquirere , & eos condemnare possit.cap.placuit.6.quest. 3. cap. po-
stulasti, de fo.compe.Lap.alleg.10.disputat hic, num.3.Corn.confi.193 pro decisio-
ne,nu.1.& 2.lib.2.

Verum succedente tempore compertum est, quod monachi, eorumque monaste-
ria, & capitula ab episcopis, archiepiscopis, & Patriarchis plerumque male tracta-
bantur, & opprimebantur diuerximode, prout in c.nimis iniqua , & c. nimis prava,
ubi describuntur uiginti septem grauamina, quæ prelati religiosis inferebant. de ex-
cessi.præla.cle.uni.co.ubi Papa prouidet contra triginta grauamina per episcopos ,
& superiores inferri solita, & propterea expediens uisum fuit per Sedem Apostoli-
cam exemptions concedi infinitis capitulis, & religiosis , puta ordinis Sancti Bene-
dicti Cluviacensis, & Cisterciensis, prout per Bal.præall.confi.337.super primo. uo-
lu.4.in prin.Docto.in c.recolétes,de sta.mon.Nic.Boe.de sta.erem.Eremita.num.8.
Cœlestinorum, & alijs ordinibus, religionibus, & congregationibus, prout in illorū
priuilegiis, seu concessionibus Apostolicis, quas bullam auream, seu mare magnum
aulgares appellant.

Antiquæ igitur, & modernæ religiones quasi similes exemptions obtinuerunt:
& si noua religio fundaretur, facile similem exemptionem obtineret.Pro huiusmodi
exemptionibus, illorumque causis uideatur utilis tractatus Bal.de Perigliis Perusini,
qui de exemptionibus inscribitur.

Milites, seu fratres Hyerosolymitani, de quibus habemus tex.in c.dilecti filii , de
priui.hodie exempti reperiuntur per literas Clemen.VII.que eximunt Hospita-
le Hyerosolimitanum, illiusque baiuia, prioratus &c.domos, & loca &c.necnon
magistrum,baiuios, castellanum, familiares &c. ab omni iurisdictione ordinaria
Archiepiscoporum, & Episcoporum &c.eosque Sedi Apostolice immediatè su-
biiciunt,

Milites Sancti Petri exempti sumus à quocunque Episcopo, seu ordinario, immo & à quocunque magistratu Romano, prout in bulla per Leonem. X. à successoribus confirmata; Milites etiam Sancti Pauli, Sancti Georgii, Lilij, & Lauretani, ac scriptores Apostolici, & plerique alij officiales Sedis Apostolicæ exempti sunt. & officiales predicti non solum à iurisdictione aliorum à Papa, sed & à communibus regulis exempti sunt, ad ea, quæ scripsi in 14.q.32. Regulæ. nu. 6. & 10.

Præfati, & omnes infradicandi, & alij exempti ab Episcopis, etiam si delinquent, ab ipsis episcopis, & superioribus. i. Archiepiscopis, & Patriarchis puniri non potest, ad c. frater noster. i. 6. q. 1. c. sicut nobis. §. f. à contrario sensu, de suppl. neglig. præla. Hostien. in summ. de priui. col. antepen. uerbi. in contrarium probo, exemptū enim &c. Et q. exemptis nullus sit superior nisi Papa, ultra adducta supra uer. Non tamen putes, & uerbi. seq. probat tex. in c. auctoritate, de priui. lib. 6. & glo. pragma. de causis. §. si uero. in uer. subiecto in prin. ubi subdit, quod legatus à latere habet iurisdictionem super exempto, licet non possit cognoscere de appellatione ad Papam interposita, videantur quæ ibi adducit. Et pro officiarijs Papalibus exemptis uideatur consil. Bertran. 102. nobilis in secundis. lib. 1.

Exemptus à iurisdictione episcopi auctorando mandatum, vel alias possit iurisdictionem prorogare, & consentire in non suum iudicem? Licit regulanter dicamus quem posse iuri, & favori pro se introducto renunciare. l. si quis in cōscribendo. C. & episc. & cle. c. ad apostolicam. de regula. uerum, quia hic non solum concurrit favor exēpti, sed etiam ipsis superioris, qui tales exēmit, & exēmendo suæ iurisdictioni subiecit, unde interest sua non perdere istam immediatatem subiectiōnem, & propterea concludendum est pro opin. negatiua, ad tex. in c. cum tempore, ubi Abb. Pro negatiua concludit in 5. not. de arbit. Huc spectant quod voluerunt R. D. de Rota in Legion. Matrimonij coram D. Pisauren. ut refert Crescen. Dec. 250. sententiam latam contra militem S. Iacobi de Spata exemptum fuisse: Tanto magis quia priuilegium Martini V. habet decretum irritans, cui partium consensu renunciari non potest. ad gl. in c. statutum. §. in nullo quoque. de rescr. lib. 6.

Exempti beneficia sua in manibus Episcopi renuntiare non possunt, sed solum in manibus Papæ, prout dixi supra, dum de renunciationibus tractauī. per tex. in c. fin. de renun. & in c. cum uenerabilis, de confus. & per prob. in 6. addi. ad Glo. pragma. de collatio. §. item uoluit, in uer. uicario.

Clerici Episcopo subiecti propter item criminalem, uel ciuilem, eximuntur ab eius iurisdictione, aliquando per rescriptum gratiæ, addita clausula per signaturam, uidelicet (Durante lite) Juæ gratiæ, reclamante postea episcopo moderari solet ad tēpus breue, puta ad semestre, uel ad tempus longius, uel breuius iuxta personarum, causarum, ac aliarum circumstantiarum qualitates: hæc autem exemptio conceditur, ne prælatus propter item se uiat, aut contra subditum aliquid iniuriosè agat, gloss. Hostien. & Abb. in c. dilectus in 9. casu. de seque, posse. & est decisio in terminis Cas. vlt. de priui.

Aliquando uero commititur iudici quod eximat, & sic per rescriptum iustitiae, & tunc additur clausula, uidelicet: [Constituto de se uitia] & ante omnia illa probari debet, alioqui exemptio data, & omnia alia corruerent propter illam conditionem adie citam, seu modum datum in procedendo, ad c. si constituerit, & ibi Fel. nu. 5. de accusa, Paris. consil. 41. ex his, nu. 14. & 21. vol. 4.

Amplio, ut non solum hæc procedant in exemptione clerici à suo Episcopo, sed & in quoquunque, qui à suo superiore durius grauatur, sic quod possit ad se uitiam existimari, quod tunc eximi debeat à superioris iurisdictione, & subiectione, ad nota per Io. Fabr. in §. sed hoc tempore, ante fin. per illum text. & alia iura, quæ adducit.

Q. V. I N T. M A N D O S I .

aduicit. Insti. de his qui sunt, uel alie. iu.

Exemptio ab ordinario; ad postulationem patroni petentis hoc in fundatione ecclæsiae concedi non confueuit, propter cap. 1. & 2. & sequen. 10. quæstio. 1. Inno. in c. in Lateranen. in fin. de præben. Bar. in l. quoties. §. fi. num. 1. ff. de admini. tuto. optimè per Fed. de Sen. consi. 247. quidam episcopus. Dec. consi. 13 5. ad iustificatio nem. col. 2. in prin.

Aliquando tamen per summum Pontificem concessa fuit, licet eam ordinarius dare non posset, ut per Sarnen. de breui. nu. 53.

Episcopus non potest in totum eximere ecclesiam sue diecesis, Ioan. Andr. & Abb. nume. 3. in ca. cum uenerabilis, de censi. Calde. consi. 12. uers. tamen per hanc vniōnem in titu. de reb. ecclæ. non alie. Abb. in c. cum inter. num. 13. de reiudi. Dec. consi. 152. in causa. nu. 1.

Exempta ecclesia, clerici ecclæsæ, canonici, conuersi, & perpetuo oblati, exempti dicuntur: exemptis uero canonici ipsi soli, non aut ecclesia, uel alii clerici exempti censentur: exemptis uero clericis aliquius ecclæsæ, tunc canonici, & alij clerici eximuntur: non autem ecclesia omnia hæc probantur in c. per exemptionem, de priuile. lib. 6. per Nic. Mil. in reper. in uersi. priuilegium si eximit ecclesiam, & per Dec. in præalle. consi. 152. nu. 3.

Gratia exemptionis aliquando petitur, seu signatur, indistinctè, aliquando limitata, puta, ut nullus præter Rom. Pontificem, uel legatum ecclesiam N. uel eius clericos, interdicere seu exciccare posset, extra illū casum episcopus iure suo utetur. c. 1. §. in eos autem, de priuile. lib. 6. & præalle. consi. Dec. 152. post nu. 1. uer. in aliis uero exemptione limitata uidetur.

Exemptio in plerisq; casibus non prodest, prout in c. ex ore. de priu. in c. 1. de testa. li. 6. cle. uni. de suppl. negl. præla. in cle. attendentes, de fla. mon. & per gl. pragma. de causis. §. item quod monasteria, in uer. non exemptis.

Casus speciales, in quibus diecesani habent iurisdictionem in exemptos, sunt in c. irrefragabili, de off. ord. in c. ad abolendam, de her. in c. tuartum, & in c. patentibus, de priuile. in c. 1. de cle. agro. lib. 6. & in allis locis, de quibus per glo. pragma. de Anna. §. item quod ratione, in uer. apostolica. premisa addi poterunt. Staphi. super Si. gua. fo. 193. uer. datur per breve exemptione ab ordinario.

An autem exemptione liberet etiam à reverentia Episcopi, uidetur negatiue respondeendum argum. tex. in l. alia, in f. fi. solu. matri. & ibi Ale. in §. eleganter. in 1. not. nu. 2. pro hac opin. & ad ea quæ uult Fel. post Abb. in c. cum inter. num. 3. de re iud. vbi q; per exemptionem non abdicatur reverentia episcopale debita, & per Rot. 333. not. glo. in anti. Breiter contrarium concludendum est in exemptionibus a Sede Apostolica, de quibus loquimur, argum. tex. in l. fi. C. de bo. liberto. & ibi post Bal. Pau. Castren. num. 2. ubi insert ad calum nostrum; & respondet contrarium procedere in exemptionibus, quæ concedunt episcopi: idem etiam uoluit Ias. in l. sed & fi. §. patro. nu. 2. quem legit cum l. in ius uocare, in 4. not. ff. de in ius uocan.

Ecclesiæ exemptas hodie uisitabunt locorum ordinarii singulis annis auctoritate apostolica iuxta Decretum Reformatio. con. Trident. Actione, seu Sessio. 7. sub Paulo III. cap. 8. incip. locorum ordinarii.

Cappellanos sedis Apostolicae religiosos quorumcunque ordinum superioribus, & correctoribus suis subesse, illis que obediere debere, perindi ac si iidem sedis Apostolicae cappellani non esset, habemus Bullam, seu extraha. Gregorij XI. sub data Auinioni V. idus Nouembri anno tertio, quæ incipit, Ad Romani Pont.

Circa exemptionem cappelanorum regionum, & quando, seu in quibus talis exemptione non operetur, habemus text. in cap. cum cappella. de priuile. Et cir-

ca eisdem cappellanos, & Romæ residentes, nec non cardinalium familiares,
& alios exemptos, habemus hodie Conc. Tridentino. 24. alias 8. sub Pio III. in
Decr. Refor. c. 11.

PROTHONOTARI ET ACCOLITI.

1. Notarii septem (quos Prothonotarios appellant) creati fuere sub Clem. I. ad res gestas martyrum conscribendas, ut post Damasum, & Platinam dicit Sarnen. in 1. q. proœ. reg. dum de origine & officio Prothonotariorum tractat, pro quibus uidez ditur glo. magna Pragma. sub rub. de causis, in §. Romanæ, in uer. Prothonotarios fol. 270. cum addi. probi.

Isti septem notarii, participes, seu particeps dicuntur, eo quia proprios distinctos introitios, & redditus habent à Sede apostolica, & habent quædam emolumenta in expeditione quarundam literarum Apostolicarum, & habent locum proprium, seu banchum in Cancellaria, Non est dubium, quin ab omni ordinario. rum iurisdictione sint exēpti, prout in const. Leonis X. in x. Sessio. in conc. Lateranen. super exemptione, immunitate, ac libertate, quibus notarii, ac alii Sedis Apostolice officiales, tam in ciuitibus, quam in criminalibus uti, ac potiri possunt, facta, seu promulgata sub dat. quarto Non. Maii Pont. Leonis X. anno III. & prout ex priuilegiis ipsorum Prothonotariorum patet, & ij soli sunt officiales, qui non iurant, prout alii, de Boni. de Vita. qui fuit unus ex septem in cle. 1. nu. 152. de hære. reprehendit notarios, qui iurant, & qui cappain, & rochetum à manibus Camerae Papæ recipiunt.

Prothonotarii tam participes, quam alij in dignitate magna constituti sunt, ut patet ex supra adductis, qui etiam nuncupari possent magistri scriniorum, habentes rub. de magist. scrinio, libro 12. ubi Luc. de Pen. dicit se putare tales suisimiles prothonotariis: & in l. unic. iuxta opinio. And. de Baru. uult magistrum scriniorum in regno dici prothonotarium. Pro prothonotario, uel illi simili alias ponderebamus accipi debere notarium, de quo in l. unic. C. de mund. princi. ibi. Nec ullius dignitate ternerri siue ullius tribuni, siue notarii, siue comitis proferat dignitatem. Rursum in tex. l. j. & 2. C. de primice. & secunde. lib. 12. & Luc. de pen. super rub. illius titul. hanc interpretationem sentire uidetur, afferens notarios, de quibus ibi, dignitatem habere, si illos prothonotariis assimilemus: si enim de simplicibus notariis intelligeremus, ab illa cōclusione recederemus, quæ est quod notarius simplex dicitur officium, seu ars absque dignitate. prout per Ange. consl. 33. incipien. supra dicta. & per And. Barba. de prælitan. Cardi. post prin. num. 17. uers. idem dicimus in notario.

Accoliti latinè Ceroferarii nuncupantur, ab Aaron, & filiis eius ministerii sumere possunt exemplum, scriptum est enim in Exod. Præcipe filiis Aaron, ut offerant oleum de arboribus oliuarum purissimum, piloque contusum, ut ardeant lucernæ semper in tabernaculo testimoniij, & collocabunt eam Aaron, & filii eius, & usque mane luceat coram domino, quod ergo tunc sacerdotes agebant, hoc nunc accoliti faciunt in ministerio lucernarum.

Accoliti etiam de numero participantium exempti, & immunes sunt ab omni ordinario. iurisdictione, ut in bulla priuilegijs omnium ipsorum, hi habent locum deputatum in cappella Papæ, & in plerisque aliis actionibus publicis, illorum unus in consecratione episcopi interesse solet, & præsat. habent proprios, & distinctos redditus, ac emolumenta, illorum officium iuxta canones est lumen accendere, & cereum, quando Euangeliū cantatur, portare, non solum, ut tenebras aeris illuminent, sed & proximis opera lucis ostendant, urceolum cum

Q V I N T . M A N D O S I I

aqua, & uino in missa sugerere. cap. clericos, ante fin. 22. distin. c. accolitus. 23.
distinct.

Dubium est, an Prothonotarij, seu Accoliti à Papa, uel legato creati, qui non sunt
de numero participantium, sint etiam exempti, præsertim stante decreto concilii La-
teranensis, quod hic subiicio.

Constitutio Leonina in Concilio Lateranen. edita (de qua supra) huius est
tenoris. Notarii autem dictæ Sedis, quorum officium in ipsis primitiæ ecclæ-
siæ initii à seelic. record. Clemente Papa. I. ad sanctorum gesta perquirenda, at
que conscribenda noscitur institutum ad Prothonotariatus officium assumpiti
habitum, & rochettum deferentes, & alii nostræ, & dictæ Sedis officiales actu
sua officia exercentes, tam in ciuilibus, quam in criminalibus ab omni ordi-
nariorum iurisdictione sint exempti; alii uero notarii habitum non deferentes
Prothonotariatus, nisi illud infra trimestre post præsentium publicationem as-
sumperit, & ipsi, ac aliis in posterum assumendi habitum, & rochettum huius-
modi continuè non gestantes, atque alij nostræ, & dictæ Sedis officiales officia sua
actu non exercentes, tam in criminalibus, quam in ciuilibus ratione cause sum-
man uigintiquinque ducatorum aurì de camera non excedentis dumtaxat eoru-
dem diœcesanorum, & ordinariorum iurisdictioni subiaceant: in ciuilibus uero cau-
sis summam huiusmodi excedentibus plena gaudent exemptione, & dictorum
diœcesanorum, & ordinariorum iurisdictione penitus sint exempti: Exemptiones
autem de cætero absque rationabili causa, & quorum interest minime citatis pro
tempore concessæ, nullius roboris, & momenti esse decernimus.

Omissa disputatione, quæ super dicta constitutione conciliari, & alijs præmis-
sis caderet, concludo inspicendum, & feruandum esse priuilegi tenorem. c. acce-
pimus, & c. seq. de f. instru. c. cum plantare, ante f. c. porro, & c. petitis, de priu. Vi-
deamus igitur, quid Signatura haec tenus (quantum ad rem nolram attingit) concede
re, uel cancellare confueuerit.

Et primò suppono, quod retroactis temporibus concedi solebat prothonota-
riatus, qui componi confueuerat ad ducatos ceutum, & accolitus, qui compo-
nerebatur ad ducatos uigintiquinque, nunc nec componi, nec concedi audiui.
Formulas supplicationum, quæ super accolitu, & prothonotariatu signari sole-
bant, hic subiicio.

Motu proprio &c. Dilectum filium. G. &c. Specialibus fauoribus, & gratiis
prosequendo in nostrum, & Sedi Apostolicæ accolitum, & capellani faci-
mus, creamus, deputamus, & ordinamus, numeroque, & confortio aliorum
cappellanorum nostrorum, & Sedi Apostolicæ accolitorum aggregamus, ac uo-
lumus, & sibi concedimus, ut etiam habitum accolitorum, & cappellanorum no-
strorum non deterendo omnibus, & singulis, priuilegiis, prærogatiuis, fau-
ribus, gratiis, indultis, exemptionibus, antelationibus, insigniis, honoribus,
& oneribus, quibus dicti nostri cappellani, & eiusdem Sedi Apostolicæ
accoliti utuntur, potiuntur, gaudent, seu uti, potiri, & gaudere pote-
runt, & possent, quomodolibet in futurum uti, potiri, & gaudere possit,
& ualeat. Necnon dicto. G. concedimus, & uolumus, quod in quibus-
unque literis, tam gratiam, quam iustitiam concernentibus per nos eiusdem
concessis, & concedendis, se familiarem nostrum continuum commensa-
lem scribere, & nominare, appellare, seu scribi, nominari, & appellari fa-
cere, & debere, perinde, ac si in tinello nostro, cum alijs nostris familiaribus com-
mensalibus coiederet, ac biberet, ac seruitiis nostris actu, & non ficte insisteret, et
prærogatiuis &c. quibus dicti nostri familiares utuntur, potiuntur, & gaudent, seu
uti

uti, potiri, ac gaudere poterunt, ac possent quomodo libet in futurum ipse Gaudi, potiri, & gaudere, ac qualcunque literas per nos, & sedem Apostolicam eidem concessas, & concedendas, tam gratiam, quam iusitiam concernentes gratis, ubique expediti facere possit, ac ualeat, similis motu mandantes rescribendario, &c. Abbreviatio-ribus &c. expediant, & expediri permittant omni exceptione, & excusatione desian te, Ac Laterane, & quodrumuis aliorum Conciliorum Constitutionibus &c. Ceterisque contrariis non obstante, quibuscumque, cum clausulis opportunis, & consuetis. Et cum absolutione à censuris &c. Et de deputatione, aggregatione, certo numero, ut praesertur, non obstante, indulto, mandato, concessione, ac omnibus præmissis &c. Et cum opportuna exequitorum deputatione, qui assitant &c.

Deleri conseruerunt illa uerba uidelicet: [Ac qualcunque literas per nos, usque ibi, & excusatione cessante] Etsic denegabatur, q[uod] gratis expedire posset: Rationem denegationis, q[uod] tales gratis expedire possint, puto esse, quia soli ueri continui comitiales Papæ, aliqui officiales, & quidam alii gratis expedient; ceteri uero omnes soluent. Et cum officiales Cancelleriae habeant sua officia, ex titulo oneroso, & in uim pacti, nunquam Papa, seu Signatura censemur eorum priuilegiis derogare uelle, ad theo. Bal. in l. qui se patris, col. 7. C. unde libe. Anch. in c. 1. nu. 8. de Col. lib. 6. Rom. 152. nu. 3. Abb. in c. nouit. nu. 25. de iudi. Istr. dec. 225. & 321. Cur. Lun. consi. 174. nu. 24. & 33. Alia concedebantur, ut supra.

Iste Accolitus si creatus poterit forsitan gaudere etiam priuilegio extraua. cum Matthæus de here, inter comitines, quia est Cappellanus Papæ ad Rot. Bisigne. s[ic] de renun. quidam Cardinalis, in antiquo.

Formula Prothonotariatus, à præmissa accolitatus parum distans, hæc est: Motu proprio &c. Dilectum filium. N. in nostrum, & Apostolica Sedis Notarium creamus &c. ac aliorum nostrorum, & dictæ Sedis notariorum consortio aggregamus, uolentes, quod omnibus priuilegiis, immunitatibus, libertatibus, exemptionibus, ac honoribus, quibus alij nostri, & eiusdem Sedis notarii utuntur, & gaudent, siue uti, & gaudere poterunt in futurum, uti, & gaudere ualeat: Non obstante, const. &c. Ac de certo numero &c. Ceterisque contrariis quibuscumque: Et cum absolutione &c. Et quod gaudeant priuilegis &c. ut praesertur: Et de aggregatione certo numero non obstante, ut praesertur.

Circa prothonotarios, & Accolitos ut ijs subditi sint Episcopo ratione beneficiorum, habemus nouissimè consi. Trident. de Decre. Refor. cap. 11. incipien. Quoniam priuilegia Seslio. 24. alias 8. sub Pio III.

C O N S E R V A T O R I A

Conseruatorie à Signatura gratiae denegari non consuevere, quæ ab ordinariis eximunt, hæc que iure canonico incognitæ, ac ab illo dissonæ non sunt, prout uidere est in c. 1. & 2. ac si. de offi. lib. 6.

Conseruatorie dicuntur Papæ delegati in causis sibi commissis, non autem ordinarii dictis c. 1. & si. & pater, quia de illis tractatur sub tit. de offi. dele. unde sequitur quod nec ab ordinariis, nec à legato etiam de latere impediri, seu molestari in eorum iurisdictione, seu exercitio poterunt; immo in causis sibi commissis erunt maiores quolibet ordinario, etiam legato à latere c. 2. de offi. lega. & in terminis nostris Pet. de Ancha. consi. 132. in primo nu. 4. quem sequitur Caro. Rui. consi. 3. circa illud, uol. 4. De conseruatoribus, & quod sunt magna dignitatis, uideatur per Bertr. consi. 102. nobilis, in prin. in secundis.

Alius à Papa conseruatore dare non potest. c. 1. & ibi Ducto. & Io. An. & aliis in

Q V I N T . M A N D O S I I .

præalle.c.fin.de offi.dele.lib.6. & in addi. ad Specu. sub tit. de iudi. dele. §. fin. in uer. lib.6.

Conseruatores deputantur solum Episcopi, Abbates, & in dignitate ecclesiastica in ecclesiis cathedralibus, uel collegiatis constituti. c.f.i.respon. & ibi glo.pen.de of fi.dele.lib.6.

Sed quoad canonicos cathedralis contrarium sentire uidetur Specu in præalle. §. fin.de iudi.dele.post num.24.dum dicit, quod hodie nullus potest esse conseruator, nisi soli Episcopi, Abbates, & Canonici cathedralium ecclesiarum, præsertim in dignitatibus constituti. illa dictio, præsertim, exprimit casum minus dubitabilem, & implicat casus magis dubitabiles, & in eis uult idem esse l.r. §. pater uel maximè. ff. de colla. bono.l.fi. post prin.iun.glo.in uer.præsertim.ff.de libe.homi.exhi. l qui se patris C. unde libe.gl.in l.illud in uer.existimari, ante ff.ad leg. Acqui.mens igitur Specu.suit q Canonici cathedralium in dignitate ecclesiastica constituti absque dubio conseruatores creari possint, & non solum illi dignitatem habentes, uerum & alii simplices canonici: Quicquid uelit Spe.ueritas est, q canonici conseruatores es se non confuerunt, aliquando aliud seruatur, prout supponit etiam Bertran.præalle.confi.102.in prin.

Addi deberet per Signaturam ex mente Io. An. in dicto c.fi.de offi.dele.lib.6. nu. 3. & in addi.ad Specu.in uer.contrarium uers.est secundum dubium, de clausula illa multum hodiè in conseruatoriis usata hæc, uel simili clausula in conseruatoriis, uidelicet. [Et ad quinquennium duntaxat.] uel[præsentibus] post quinquennium minime ualituris.] Quia clausula non addita uel non subintellecta priuilegiū perpetui durabit, ad l.quod semel.ff.de decre.ab ordi facien.l.iurisperitos.ibi. & honor delatus finem certi temporis, ac loci non haberet ff.de excu.tuto. §. illud quoque, ibi, Quoniam omne beneficium, quod sive à Deo acquiritur hominibus, sive ab imperio sequente Deum, decet esse mansurum. in Auth.confi. quæ de digni. & episc. §. propterea, in Auth.ut refer.sa.Pala. & l.i.C. in qui.cau.resti. non est necel & ibi nota. Nouissimè comprobata inuenies opin.Io. An.de qua supra per confi. Triden.infra citandum, uers.Nemo etiam similium literarum beneficio ultra quinquennium gaudere possit.

Conseruatores dantur ad tuendum, & defendendum, seu conseruandum aliquæ, bona, res, seu beneficium, ac priuilegia à manifestis iniurijs, ac violentijs præall.c.1. & fi.de offi.dele.li.6. & utrobique per glo.& doct.

An autem ultra premisña, & ea de quibus in dictis c.1. & fi.aliiquid, possint, Archi. (quem ibi Cemi.in §.conseruatores autem, uers. quæro, an iudicantur, & nu. 5.uerl.circa intellectum, & alij referunt) notiuit, quod conseruatores simpliciter dati non possunt cognoscere, & citare, nisi prout in dictis iuribus disponitur; aliquando uero forma conseruatoriæ latior, seu uerius est, prout in illa concessa Parvæ. Episcopo Vicecancelario Boni, per quam dabatur conseruatoribus potestas, q. èt in iis, quæ iudiciale requirebant indaginem, per se, uel alios procedere possent, & citare usque ad quatuor dietas, illamque formam in filium Curia uenisse dicunt, ut quo ad hoc parum ualeat dictum c.fi. Quia sit hodie forma conseruatoriæ, quidve continere soleat, hic subito.

Beatissime pater supplicat humiliter. S.V.deuotus illius orator. N. Rector parochialis ecclesiæ. P. quatenus ipsius oratoris, ac dicta ecclesiæ omniumque aliorum, & singulorum beneficiorum ecclesiasticorum, cum cura, & sine cura, secularium, & regularium, quæ in titulum, & in commendam obtinet, & in posterum obtinebit, indemnitati opportunæ prouidendo aliquos conseruatores dare, & deputare, qui ecclesiæ, beneficia huiusmodi, ac oratorem ipsum aduersus inferentes sibi ecclæ-

six; & beneficijs præfatis in fructibus, decimis, obuentionibus &c. aliisque bonis spiritualibus, & temporalibus, iniurias, molestias, iacturas, atque damna iuxta formam militantis ecclesiæ in quinterno Cancellariæ descriptam, & cum potestate aggrauandi, & reaggrauandi, toties, quoties opus fuerit, ac etiam citandi per edictum publicum, quatenus ad citandos tutus non pateat accessus, etiam inuocato &c. ad hoc auxilio brachii secularis, dare, & deputare dignemini de gratia speciali Conſti. & ordi. Apoſtolicis, etiam Boni. Papæ. VIII. de una &c. ſtilo Palatij, ceterisque contraria non obſtan. quibuscumque, cum clauſulis opportunis, & conſuetis, Et cum abſolutione à censuris &c. Et de conſeruatoria in forma ut ſupra, Et cum potesta te citandi, etiam per edictum publicum, quatenus ad citandos conſtitu &c. Et cum inuocatione brachii secularis, quatenus opus fuerit, Et cum potestate aggrauandi, & reaggrauandi, ut præfertur. Et cum derogatione præmifforum &c.

Plura de conſeruatoriis, & conſeruatoribus reperies apud Guid. Papæ Dec. Delphi. 18. in cauſa, & Dec. 247. an Papa, ubi etiam quis dicatur conſeruator, ad quid coſtituatur, & an per obitum Papæ potestas conſeruatoribus data expiret.

Hodiè circa huiusmodi conſeruatorias, & conſeruatores habemus cap. 5. in Decre. Refor. Concilij Triden. Actione, ſeu Sessio. 14. alias 4. ſub Iulio III.

PROROGATIONES.

I. Prorogationem quatuor modis fieri contingit, aut enim fit prorogatio de perfona ad perfonam, ut in l. ſi conuenierit ff. de iurif. om. iudi. l. & 2. ff. de iudi. & in c. ſtatutum ſ. in nullo, de reſcri. li. 6. Aut de re ad rem l. inter conuenientes ff. ad muni. l. de qua re, cum ibi nota. ff. de iudi. l. ſi idem cum eodem. l. penul. ſ. quoties, & l. fi. cu glo. ff. de iurif. om. iudi. Aut de loco ad locum, ut per Bar. in l. quæro ff. de ſolu. Alexan. in l. fi. poft num. 5. quem ſequuntur ibi communiter moderni, licet aliqui hæc prorogationem non admittant. ff. de iurif. om. iudi. Aut prorogatur tempus, Cice. Philip. 2. Vnum ne in quinquennium Cæſari imperium prorogaretur l. confenſiſſe, uerſi. fi. & iudeſ, ubi gl. magiftra, in uer. inhibita. ff. de iudi. Hic tractamus de ultima pro rogationis ſpecie uidelicet De temporis prorogatione, non quoad iurisdictionis prorogationem, cui hæc, & alia tres prorogationis ſpecies applicari poſſunt, ſed in quantum à Bal. deſcribitur, q̄ sit temporis labentis, nondum laſpi, extenſio. in repet. l. æmilius nu. 6. in 5. not. fi. de mino.

Prorogationum uſus Romæ frequens eſt, illarumque effectus eſt, ut tempus prorogatum idem cum primo ceneſatur, qualitatesque omnes primi termini affummat. l. 2. ſ. ſed ſi iudeſ ff. de iudi. l. æmilius, iun. gl. in uer. reſtitui, ubi ēt Bal. in repet. nu. 6. ff. de mino. hinc uoluit Bar. in l. 4. in fi. prin. ff. de dam. inſe. officium prorogatum idem numero dici, idem uult Bal. in l. meminiffe in ult. q. ff. de offi. procon. & Dec. consil. 197. accurate poſt nu. 1.

Parochialem eccleſiam obtinenti, qui de iure inſra annū ad facros ordines, promoueri ſe facere debebat c. licet canon. c. cum ex eo. & c. commiſſa, de electio. lib. 6. concedi ſolet prorogatio dieti anni; diuersimode autem olim, & hodie, prius enim quafi omnibus id petentiibus concedebatur, etiam ad biennium, vel triennium, nunc uero non ſine legitima cauſa, & ad breuius tempus excepta cauſa ſtudii, tunc enim etiam ordinarius ad ſceptennium diuinfare potheat, per tex. in alle. c. cum ex eo, ſed tunc cum clauſula [quod in inſra, illum annum ad subdiaconatus ordinem ſe promoueri faciat.]

Non solebant concedi prorogationes, de non promouendo ad facros ordines, ultra triennium, niſi ſubdiaconatus ordinem habenti, ego autem plerumque alias uididi

Q V I N T . M A N A D O S I J .

di etiam prorogari tempus prædictum, tam quo ad suscipiendos ordinés presbyteros, quām diaconatus, & subdiaconatus, & cō res deuenerat, ut plures curiales per multos annos parochiales ecclesias, ēt plures insimul retinerent, seu potius occupatas detinērent cum sola prima tonsura, interimque fructus usurpabant contra tex. in c. commissa. §. cæterum, de electio. lib. 6. tandemque illorum aliqui dimisissi, & aliquando diltractis parochialibus uxores accipiebant, nunc Deo dante, & Diui Pauli IIII. cura, & uigilancia præmissi, & alii plerique abusus a Rom. Cu. exulant, & exulabunt.

Prorogatio Regulæ [de Annali.] Et olim, & hodie concedi consuevit, tam quo ad primam, quām quoad secundam partem, prout latè prolequor in 76. q. dictæ Regulæ, ubi etiam prorogationum huiusmodi formulas subiici.

Prorogationes etiam Regularum [de Triennali] & [De Publicandis] aliquando conceduntur, de quibus loquo in dictis Regulis.

An autem stante prorogatione Reg. de Trier. sit locus, Alle. Lapi 89. tracto super illa Alle. q. 13.

Et an prorogatio dictæ Reg. pér unum ex litigantibus contra possessorem Triennalem obiecta pro sit uenientibus pro intereste suo infra tempus prorogatum post triennalem tamen possessionem, disputat Sarnen. in 21. q. dictæ Reg. de Trier.

In prorogationibus huiusmodi poni solet clausula uidelicet. [A fine termini à iure præfixi, seu per Regulam concessi] addi debent uerba uidelicet: [Nondum elapsi] aut [de proximo instanti.] Si enim lapsus sit terminus non prorogatione, sed noua opus est concessione, ad l. sed & si manente ff. de preario l. si cum dies, in prin. ff. de arbitrii. l. cum stipulatus sum mihi, & proculo, & ibi nota. ff. de uer. obli. Spe in tit. de dilecta. §. nunc uideamus, uerf. & sunt hæc, Saly. in auth. si tameu, in h. C. de tē po. appel. Alex. in l. dies cautioni, in prin. ff. de dam. inf. ubi differentiam facit inter prorogationem, & renouationem.

Prorogatio, uel breuior, uel saltem æqualis, non autem maior, seu longior primo termino concedi solet. immo nec debet, alioqui rōnibus, & legibus repugnaret, arg. tex. in l. sancimus. C. de fidei. auth. quæ semel C. quomo. & quan. iu. l. si iudex ff. de iudi. c. præsenti. 5. q. 2.

Prorogatio suscipiendi munus consecrationis alias concedi solebat, & pluries pro eadem persona, & hæc prorogatio etiam antiquo tempore dabatur, ut sup ponunt Innocen. & Ioan. And. in ca. cum in cunctis, de elect. & Rot. 575. utrum episcopus, in anti. hodiè non absqüe maxima causa concederetur, sed non iteratis uicibus.

Quoties super eadem re pluries terminus prorogatur, ultimæ prorogationes debent esse primis breuiores, & ultimæ prorogationi addi solet clausula uidelicet. [Et sine spe ulterioris prorogationis.] Quæ clausula excludit, & denegat omnem ulteriorum prorogationem, argumen. text. in l. si unius in prin. ff. fami. erci. & prout in simili dicimus de clausula spe promotionis omnino sublata] & de altera [omni alia spe dispensationis adempta] quæ præcise futuras promotionem, & dispensationem denegant, denegandasque esse declarant, seu mandant: de quibus clausulis habemus text. in c. fœlicis §. quod si quis prædictorum, in fi. & §. nulli præterea, in fi. de pœnis. lib. 6. & in c. 1. ad h. ibi. Nullam super hoc de misericordia spem, aut fiduciâ habiturus, de electio. eo. lib. Et sine spe recipiendi gradus c. si quis a proprio 21. q. 5. Sine spe futuræ reconciliationis. c. si quis episcopus in fi. ea. cau. & q. sine spe restitutio. c. quoniam, de simo. c. ueritatis, ad fin. de do. & cont. sine spe coniugii maneat c. quidam fornicatus. alias est cap. fi. 34. q. 1. Idem significatur per similia uerba pūta, omni spe impetrandi adempta, prout apud Cæfarem lib. 5. Belli Galli. parum poit prin.

prin. & eodem lib. omni spe deposita contentionis. & lib. 7. uersus si. Mefsi prop̄ uſtoria desperata & postea Galli nisi perfregerint inunctiones de omni salute desperant. Iterum desperata salute copias a munitionib. reducunt. li. 2. Belli Ciui. Hi de sua salute desperantes. lib. 3. Belli Galli post prin. prope idem desperata salute. & lib. 6. pa rum post prin. Ne desperata salute aut se in Menapios abderet.

Prædicta tamen clausula [Sine spe ulterioris prærogationis.] non obstante, aliquando alia prorogationē, seu prorogationis concessionem dari uidi, præsertim si aliqua causa prorogationem petentem a negligentia, & desidia excusat. arg. tex. in alle. c. 1. ad fi. ibi. Nisi manifestissimis &c. de elect. li. 6. Et q̄ in omni re, & in omni tempore spes aliqua superfit, & sperandum semper sit, ostendunt exempla Ruth. Tobiae Senioris, immo & utriusque, ac Mardochei, & aliorum, de quibus in sacra pagina. Rur sus uerba Cæsaris li. 3. Belli Ciui. Qui modo sibi timuerant hos tutissimus portus excipiebat. & Quid. in Elegijs. uicti que resurgunt.

Si prorogatio obtenta fuerit, & altera petatur, debet uel præinseri prima obtenta, uel saltem in substantia narrari ad euitandum subreptionem, & ne, quæ impetratur, inualida reddatur. arg. tex. in c. 2. de fil. presby. li. 6. Oldra. conf. 2 15. puncta breuiter. Staphi. super signa. fo. 186. uer. dudum tecum ut ratione quoruncunque beneficiorum, & ibi ponit formulam breuis de non promouendo infra certum tempus ad sacros etiam subdiaconatus ordines.

Concessa fuit prorogatio patronis præsentandi post quatuor, uel sex menses, ut possent melius deliberare pro idoneo præsentando, uel propter discordiam inter patronos in iure præsentandi: quam prorogationem etiam ordinarius cōcedere posset, ex quo non ageretur de præjudicio alicuius, nisi ipsius prorogantis. ad theoret. Bar. in l. 1. §. & post operis. nu. 5. ff. de no. ope. nun. & Alex. in l. cum stipulatus sim, ad fi. uersi. & quid si terminus. ff. de uerb. obli. Et ita conclusum fuit in Rota, prout Dec. Crescen. cxlvii. alias 11. incipien. ordinarius potest, & Dec. seq. sub titulo de Dicat.

Breue pro capienda posessione alicuius beneficii reseruati, de quo, & illius effetu latè tracto in 23. q. 16. Reg. de Concur. super bene. semper continere solet clausulam [Quod infra sex menses dictum breue obtinens literas expediri facere, & iura camera apostolica soluere teneatur. Et quod nisi literas expedierit, & iura came ra infra dictum tempus persoluerit, breue nō suffragetur.] uide in simi. supra de nouis prouisio. ad fi. uer. quæro in breui Apostolico.

Prorogatio illorum sex mensium ad expediendum literas, & iura Camere solu dum, concedi non confueuit, ea ut puto ratione, quia camere apostolica, & officiarii, qui camere administrationem habent, prout per D. meum confi. 404. uiso eleganti, nu. 3. non possent debitis temporibus sua iura, & emolumenta exigere, seu consequi; & plerunque aperta via similibus prorogationibus; contingere beneficiatum mori nulla literarum expeditione facta. Nuper tamen Io. del cano. clericus Pamphilon. prorogationem expediendi literas post semel tre obtinuit, me ipsi, ac negocio huiusmodi patrocinium præstante.

Hæc sunt quæ mihi super signatura Gratia notaru digniora visa fuerunt, quæ, & omnia alia scripta mea iudicio ecclesiæ, & iurium peritissimi cuiusque, ac in his plurimum expertis subiicio.

F I N I S.

INDEX

INDEX MATERIARVM QVAE IN HOC LIBRO CONTINENTVR.

A

- A**bsolutionibus & rehabilita-
tionibus. fo. 53.
Absolutione ab homicidio.
fo. 54.
Absolutione ab hær. es. fo. 58.
Absolutione a mala fructuum perceptio-
ne. fo. 59.
Absolutione ab excommunicatione.
fo. 59. pa. 2.
Accolitis. fol. 90.
Adoptandi indulto. fo. 47.
Altari portatili. fo. 73. pag. 2.

C

- C**erto modo. fo. 34.
Ceſſionibus. fo. 14.
Coadiutorijs. fo. 29. pag. 2.
Commutatione ultimæ uoluntatis. fo. 52.
Confessionali. fo. 75. pag. 2.
Confirmationibus. fo. 36. pag. 2.
Conſeruatoria. fo. 91.

D

- D**erogationibus iurispatronatus.
fo. 7. pag. 2.
Derogationibus regularum. fo. 9.
Derogationibus aliis. fol. 10.
Dispensationibus. fo. 39. pag. 2.
Dispensatione super defectu natalium.
fo. 40. pag. 2.
Dispensatione pro corrupta ad Abbatif-
latum. fo. 41. pag. 2.
Dispensatione super defectu ætatis.
fo. 41. pa. 2.
Dispensatione ad plura ben. fol. 42. pa. 2.
Dispensatione ad beneficia sub eodem
tecto. fol. 43.
Dispensatione super retentione propter
promotionem. fol. 44.
Dispensatione monachorum pro obtine-
dis beneficijs. fo. 44.
Dispensatione ad beneficia in ecclesia,
in qua pater. fo. 44. pag. 2.
Dispensatione cum Neophytiſ. fo. 45.

E

- Dispensatione pro corpore uitiatis.
fo. 45. pag. 2.
Dispensatione de non promouendo.
fol. 46.
Dispensatione cum simoniaco. fo. 46. pa. 2.
Dispensatione de nō residēdo. fo. 46. pa. 2.
Dispensationibus matrimonialib. fo. 48

E

- Rectionibus. fo. 84.
Exemptionibus ab episcopis. fol. 88.
Expectatiuis. fo. 32. pag. 2.
Extinctionibus. fol. 28.

F

- Fructuum reſeruationib. fo. 26 pa. 2.
Fructuum in absentia percipiendi-
rum indulto. fo. 82.

I

- Indulgentijs. fo. 68. pag. 2.
Iuris patronatus reſeruatione. fol. 87.
pag. 22

L

- Licentijs. fo. 62.
Licentia locandi fructus beneficio-
rum. fo. 67. pag. 2.
Licentia audiendi leges, & phisicam.
fo. 69. pag. 2.

M

- Mandatis de prouidendo. fo. 31. pa. 2.

N

- Nouis prouisionibus. fo. 16.

O

- Officii retentione propter contra-
ctum matrimonii. fo. 52.

P

- Pensionibus. fo. 20. pag. 2.
Pensionum translationibus. fo. 24.
Perinde ualere. fol. 17. pag. 2.
Permutationibus. fol. 13.
Priuationibus. fol. 35.
Proro-

Prorogationibus.	fol.90.	S	
Prothonotariis.	fol.90.	Sacramentis.	fol.72.pag.2
Prouisionibus.	fol. 3.	Saluo conductu.	fol.74.pag.2
		Sepulturis.	fol.75.pag.2
R		Si in evidentem.	fo.60.
Eductionibus ad secularitatem.		Si Neutri.	fol.19.pag.2.
fol.87.		Spoliorum concessione.	fol.79.
Reformationibus.	fo.18.	Subrogationibus.	fol.15.
Regressibus & accessibus.	fo.24.pa.2	T	
Rehabilitationibus.	fo. 53.	Ranslationibus.	fol.86.
Reservis.	fo.31.	V	
Resignationibus.	fol.11.	VNIONIBUS.	fo.30.pag.2.
Retrocessionibus.	fo.14.pag.2.	Voti commutatione.	fo.77.

F I N I S.



